


BIBLIOTHECA
A. D.
1812
UNIVERSITATIS

Donavit
Gul: Hamilton A.M. B. Prof.
Societatis Nostræ
Socius Honorarius
M,DCC,LXXXVII

IO. ZACHAR. PLATNERI

INSTITVTIONES CHIRVRGIAE RATIONALIS.

PARS POSTERIOR.

OEDEMA.

§. 726.

Sed, cum de variis tumoribus dictum sit, qui cum inflammatione sunt, iam etiam transibo ad alia genera, quae a veteribus frigida dicta fuerunt. Incipiam autem ab oedemate et tumoribus, qui iis oriuntur, quos aqua inter cutem male habet.

§. 727.

οἴδημα nomen est tumori pallido, molli, frigido, et qui sine dolore atque sine inflammationis indiciis est. Si digito comprimitur, is cedit, ita, vt plerumque sinus per aliquod tempus in cute permaneat. Per se et ex paruulo incipere solet et diu paulatimque crescere.

§. 728.

Oritur, si lympha, vel serum, per inuisibilia cutis foramina exire solitum, vel in lymphaticis, et his etiam minoribus, arteriis atque venis, vel in adipis cellulis, vel, id, quod in vario hydropis genere fit, in aliquo cauo subsistit. Nonnunquam enim ipsa cutis, in cuius arteriis, serum afferre solitis, humor etiam haerere videtur, intumescit. Quidquid igitur et sanguinis et lymphae vitalem motum et seri excretionem impedit, potest oedemati occasionem dare *.

* Oedema ex iisdem causis oriri potest, ex quibus oriri solet inflammatio. Si enim corpuscula, per minores arterias sanguinem ferentes manantia, prorsus quiescunt, et si sanguis a corde motus maiori vi ad hunc locum appellitur, is in minores et lymphae accommodatas, e latere eductas arterias vrgetur, oritur obstructio et vera atque sanguinea inflammatio (34). Si vero manantia illa corpuscula in extremis arteriis, quae sanguinis capaces sunt, non prorsus

subsistunt, motu tamen multo tardiori ac impeditiori feruntur, lympha a sanguine recedit, et copiosior in illas minores arterias recipitur. Minores vero illae arteriae sic distentae oedema faciunt.

§. 729.

Crebrius autem oedema nascitur, si sanguis non libere per venas refluere potest. Membrum enim quoduis intumescit, si maior vena ita comprimitur, vt sanguis quidem haud omnino consistat et quiescat, ast vero per eam difficulter atque aegre fluat. Eam ob causam grauidis, quarum iliacae venae ab vteri mole premuntur, pedes intumescunt, id quod etiam iis accidit, qui, in rheda sedentes, vel equo vecti, iter faciunt, quorum etiam venae, quae per femora descendunt, premuntur. Si ossibus fractis ferulae pannique ita accommodati sunt, vt venae comprimantur, idem tumoris genus oriri solet.

§. 730.

Vt autem hoc incidit, si venae sanguini accommodatae comprimuntur, sic etiam oedemata nascuntur, si venae illae exiguae, quae lympham recipiunt, a quacunque causa comprimuntur atque arctantur. Proinde, si qua parte glandulae conglobatae, vel etiam viscera glandulis assimilia, intumescunt, et scirrho occupantur, corpus his tumoribus inaequale fit.

§. 731.

Neque tamen ex his solis causis oedema excitatur, sed fere frequentius id a vitiatis in corpore succis, ipsa prae caeteris lympha, proficiscitur. Quibus enim malus corporis habitus ex ictero, empyemate, magna suppuratione, malis et chronicis vlceribus, ipsa etiam phthisi, est, iis hoc tumoris genus frequentius enasci solet. Id etiam fieri potest, si corpus longo morbo viti-

vitiatum eſt, vel malis ac intempeſtiuis medicamentis, quae aduerſus febres, ſcabiem, aliaſque valetudines, quandoque adhibentur, affectum; vel nimia ſanguinis profuſione aliiſque euacuantibus infirmatum et exhauſtum, quod vltimum in febribus acutis accidit, ſi nimium ſanguinis detrahitur, et ob id illa rubicundior ſanguinis portio deficit, quae ad praeparandos perficiendoſque omnes vitales ſuccos adeo neceſſaria eſt. Etiam cacochymia, et tandem cachexia, cum oedemate oritur, vbi aliquis per longum tempus intemperantius, tum eſca, tum potione, vſus eſt, et inuſitatos ac inutiles cibos aſſumpſit, ſe quotidie ardente ſpiritu, vel ſimilibus liquoribus, quibus lympha cogitur, nec non multa crudaque aqua iniurgitauit, et quem quotidianus moeror lacerauit atque confecit. Etiam his tumoribus prae caeteris obnoxius erit, qui corpus ignauia nimioque ſomno hebetat, nec non is, qui mox poſt cibum intemperanter lucubrare conſuevit, cui nocturno humore ac paluſtri coelo grauato inuiſibilis exſpiratio per cutim cohibetur, et cui vrina naturaliter non redditur. Foeminis, quibus ſanguis per menſtrua non reſpondet, et viris, quibus haemorrhoides, ſanguinem fundere ſolitae, ſubito ſuppreſſae ſunt, haec inflatio contingere ſolet. Corpus etiam intumeſcere poteſt, ſi illud vim acriorum frigorum hiememque perfrigidam, qua humores coguntur vaſaque rumpuntur, ſuſtinuit.

§. 732.

Eſt vero quaedam differentia. Tumor, qui, digito preſſus, mox iterum conſurgit, ſignificat, humorem ſuis adhuc receptaculis vaſiſque lymphaticis contineri, ſi autem tumor mollior eſt, et qui digito preſſus cedit, ita, vt circumfluens etiam humor id, quod non premitur, attollat, et ſinus impreſſus diu maneat, is

oſtendit, rupta eſſe illa receptacula, et humorem in adipis cellulas eſſe emiſſum, qui caſus multo aſperior eſt. Peſſimum vero genus eſt, vbi, ruptis iiſdem, aqua vel in caput, pectus, vel in abdomen contrahitur, in quibus ita mouetur, vt eius impetus ſentiri poſſit.

§. 733.

Hi autem tumores, quorum omnium communis eſt nimia humoris abundantia, variis nominibus diſcernuntur, quae a diuerſis ſedibus, quas infeſtant, trahere conſueuerunt. Intumeſcunt frequentius pedes, cum ab his ſanguis per venas difficilius conſurgat, quibus tumoribus verum, et quaſi proprium, nomen oedematum eſt. Si tumor per totum corpus enaſcitur *λευκοφλεγματία*, et, ſi magis adoleuit, *ἀνάσαρκα* vocatur. Si caput intumeſcit, oritur *ὑδροκέφαλον* externum, ſi in caput interius aqua contracta eſt, *ὑδροκέφαλον* internum, ſi in oculum, *ὑδροφθαλμία*, ſi in pectus hydrops pectoris, ſi in imum ventrem, *ἀσκίτης*. Si in vmbilico humor conſiſtit, *ὑδρόμφαλον* oritur, ſi autem is ſub ſcroto confluxit, et ei ſedes eſt inter illas tunicas, quibus teſtes comprehenduntur, vitium *ὑδροκήλην* appellant. Ab hoc differt tumor, qui †oritur, ſi ipſius ſcroti tunica celluloſa ſimili colluuie tumet.

† Si humor in articulis, genu praecipue haeret, *hydrarthron*, Germ. *Gliedſchamm* dicitur.

†† Si ab accumulatis humoribus tumor durior eſt, vocatur *Oedema ſcirrhoſum*; ſi eryſipelas accedit, *Oedema eryſipelatodes* eſt, quod non raro in gangraenam lentam ac deinde in ſphacelum abit. Saepe quoque vlcera fiunt, difficilioris curationis.

§. 734.

Multum etiam intereſt inter oedema, quod per ſe incepit, et inter illud, quod alteri vetuſto ac graui et ancipiti morbo ſuperuenit. Oedema enim, quod per

per ſe incepit, et quod a cauſis variis accidentibus, non ita malis, ortum eſt, ſaepe per ſe, et ſine curatione, finitur. Ergo in iis, qui, grauem ſanguinis profuſionem paſſi, conualeſcunt, nec non in grauidis, poſtquam pepererunt, ſine negotio id diſſipatur. Difficilius autem tollitur, ſi cum alio graui diuturnoque morbo, cacochymia, cachexia, phthiſi, tabe, aliis hydropis generibus, longis et magnis ſuppurationibus eſt. Nec enim tuto tolli poteſt hoc poſterius oedematis genus, niſi curato prius eo morbo, e quo id enatum fuit. Si enim morbus depelli non poteſt, etiam hi tumores nullam curationem recipiunt, qui potius, ſi phthiſis et tabes aegris ſuperueniunt, mortis propinquae indices eſſe ſolent. Oedema, quod ex febre quartana male curata relictum eſt, tollitur, ſi febris reuertitur. Si ſcabies medicamentis extrinſecus adhibitis prohibita, et ex hac curatione ortum fuit oedema, optimum etiam eſt, illam reuocari. Qui arthritidi externis mederi volunt, iis crebrius tumor manet nulla arte diſcutiendus. Facilius tollitur oedema in iunioribus, quam ſenibus, et melius aeſtate, quam hyeme. Saepe id, cuius inter initia non difficillima curatio eſt, ſi inueterauit, non ſine magna mole diſcutitur. Si vulneribus accidit, pus prohibetur. Nunquam enim oedema ad bonam ſuppurationem ſpectat, ſed in eo, ſi id emollientibus curatur, fiunt mala vlcera et gangraena.

§. 735.

Curandi vero ratio ex cognitis praecipue cauſis ducenda eſt, ad quas is, qui curaturus eſt, ſemper reſpicere debet. Illud, quod a cauſis, quae extrinſecus accidunt, excitatum fuit, non aliis auxiliis eget, quam, quae ipſi tumori ſuperdari ſolent. Ne pedes, compreſſis venis, intumeſcant, prohibetur faſcia, vel illo

tibialis genere, quod alias (168) laudaui. Hoc etiam vtiliſſimum et valde opportunum iis eſt, quibus pedes poſt magnam inflammationem, eryſipelas, vlcera curata, intumuerunt. Neceſſe enim eſt, laxiorem cutim hac faſcia, non nimium, tamen vehementer, adſtringere.

† Pedum oedemate affectus abſtineat a ſtatione, ſedeat ſic, vt crura aut prorſus aut paene ſitum ſeruent horizonti parallelum, vel et elatiorem. Conſtrictio moderata artuum non his modo, de quibus PLATNERVS dixit, ſed etiam aliis prodeſt, dummodo datis medicamentis idoneis ſanguis ejuſque riuuli ita immutati ſint, vt excretioni per renes non reſiſtant. Nam tum diureſin per medicamina mouendam efficaciter eo promouent faſciae, quod reſorptionem iuuant.

§. 736.

Iis, quos Anaſarca male habet, ſi ea ex frigore orta fuit, incidenda cutis eſt, ſuper talum, ſatis altis plagis, quo per plures dies frequens humor feratur. Adiiciendae vero ſunt exercitationes, et praecipue, fricationes totius corporis cum pannis ſuffitis, idonevſque victus, quibus omnibus corpus, effuſa aqua, duratur, donec id ad priſtinum ſtatum reuertit.

§. 737.

Quibus aqua in pectus, vel abdomen, contracta eſt, et viſcera adfecta ſunt, iis haec curandi ratio levamen ſaepe adfert, vt morbus hominem, qui ſine ſumma difficultate ſpirare non poterat, emiſſa ſic aqua, diu, et aliquando per vnum alterumque annum, trahere poſſit. Saepe humor eadem ratione per vlcera exit, quae per ſe, etiam in pedibus, oriri ſolent. In his vero caſibus ea diligentia adhibenda eſt, ne vlcera putreſcendo intendantur, et ne iis gangraena ſuperveniat. Igitur, ſi vlcera ſerpere videntur, imponi poteſt aqua vulneraria, addita, ſi id res poſtulat, eſſentia ſuccini. Si vero iam nigrities eſt, eaque ſerpendo in-

increſcit, putre lenius exeſt aqua phagedaenica. Solent vero haec vlcera aliquando pura eſſe, aſt cum intolerabili dolore ac pruritu. Tum vero omnia, quae reprimunt et putrem carnem exedunt, aliena ſunt, imponi debent linamenta ſicca, quae crebrius mutari oportet, ne iis, qui humorem bibunt, vlcera magis exaſperentur. Vrgente dolore, etiam quaedam paregorica imponere licet.

§. 738.

Si os fractum eſt, et membro oedema accedit, ita ſuperdandi accommodandique panni ac ferulae ſunt, ne vena prematur. Vulneris oedemate affecti orae concidendae ſunt, imponenda vero, quae efficaciora ſunt ad pus mouendum, ſuperdatis etiam diſcutientibus ex vino meraciori coctis.

† Oedema, quod vulnera comitatur, aut a malo corporis habitu, aut nimia curatione refrigerante oriri ſolet. Si prior cauſſa ſubeſt, non eadem curandi ratio prodeſſe poteſt. Plerumque tamen cortex chinae cum aromaticis intus ſumi debet. Extrinſecus vero oedematoſum tumorem cataplaſma ex eodem cortice vel abſinthio et oxymelite paratum, frigidum quidem, diſcutit.

§. 739.

Oedema autem, quod a vitiata lympha enaſcitur, tollitur aliis auxiliis, quae, cum Medici doceant, ab iis requirenda ſunt. Si viſcera nondum affecta ſunt, opem inter alia fert ſquilla, quae, vel cum nitro trita, vel ex vino cocta, dari poteſt. In hoc etiam caſu proficiunt thermae Carolinae, quibus humor attenuatur et ex corpore eliminatur. Si is in foemina eſt, cui menſtrua non proueniunt, vel in viro, cui haemorrhoides ſuppreſſae ſunt, ſalutares illae excretiones reuocari debent. Si febrem, praecipue quartanam, medicamenta ſubito et intempeſtiue data ſuſtulerunt, illa reducenda eſt, id quod optime fit, ſi purgantibus, reſoluentibuſque permixtis, ſuperinfunditur vinum, et

huius quotidie cyathus sumitur. Vtiles etiam sunt Becheri pilulae per plures dies deuorandae.

§. 740.

Victus vero necessarius est siccus, sine iurulentis, panis candidus siccus, seu bis coctus, carnes assae, aromate, zingibere potissimum, conditae. Prohiberi debet aeger ab omni potione, quae sitim extinguit, et dari vinum paucum, ast meracius. Praecipue haec vitia longam sitim longamque patientiam desiderant, et plures, qui sibi ex toto temperare nequeunt, se in exitium praecipitant, qui, si medentium imperio obtemperassent, seruari potuissent.

† Quae de necessaria abstinentia a potu Auctor noster dicit, nuper addubitata sunt, vid. DONALD MONRO *An Essay on the Dropsy, The third Edition*, London 1775, vel eius a me edita versio, item *An historical Essay on the Dropsy, by R. Wilkes*, nec non *Recherches sur les maladies chronikles etc. par Bacher*. Paris.

§. 741.

Scabies medicamentis extrinsecus admotis prohibita, si oedema relinquit, hoc curari potest, datis decoctis aliisque medicamentis sanguinem purgantibus, et pulueribus ex stibio diaphoretico et sulphure, quibus efficitur, vt scabies reuertatur

§. 742.

Post grauem sanguinis profusionem oedema victu potissimum datisque iurulentis curatur, adhibita etiam fricatione, et, quantum per vires licet, exercitatione.

§. 743.

Postquam vero ea medendi ratione illud vitium, ex quo oedema natum est, submotum fuit, veniendum etiam est ad ea, quae, extrinsecus admota, his tumoribus medentur. Aduersus eos vero omnino necessarius est calor. Sudor euocari potest, si pedes in arenam calidam, vel furfures calidos, demittuntur. Furfuribus

furibus admiſceri poteſt rad. bryoniae, herba abſinthii, ſabinae, rutae, perſicariae. Superhaberi etiam debent cataplaſmata quae vero ſicciora eſſe oportet, quam alias cataplaſmata ſolent. Parari poſſunt ex farina volatili, herba rutae, perſicariae, ſabinae, agrimoniae, centaurio minori, cum aqua calcis viuae. Si tumor minui coepit et cutis laxior eſt, frictio atque faſcia prodeſt (168. 735.), et ſuperdari poſſunt panni ex vino rubro feruido expreſſi, quo lithargyrium cum gummi myrrhae, elemi, animae, fuit decoctum. Humor, qui in oedemate haeret, ſi is non nimis coactus eſt, quandoque ſoluitur, ſi ſudor accenſo in laconico ſpiritu ardente euocatur. Valentius etiam reprimunt thermae Carolinae exterius admotae. Vel, ſi lixiuium illud, quod poſt illarum thermarum euaporationem cum ſale relinquitur, pediluuiis admiſcetur.

† In largiori vſu lithargyrii videndum, ne alui obſtructio, colica affectio fiant. Tutius roborat et reprimit ſolutio globulorum martis pediluuii ſpecie adhibita.

HYDROCEPHALVM.

§. 744.

Hydrocephali duo potiora genera ſunt. Nonnunquam enim cutis, qua caput contegitur, aqua intenditur, et naſcitur tumor, qui ad immanem magnitudinem increſcit, et in quo, tanquam in vitro cornuque, humor per cutim apparet *. Raro aquae ſedes eſt inter caluariam et pericranium, id quod ſi accidit, caput non ita intumeſcit, ſed preſſum, ſicut vter repletus atque arcte adſtrictus, renititur.

* Hoc genus delineatum vide in RVYSCHII Theſ. II. Tab. III. conf. p. 23.

§. 745.

Si autem in ipſum caput aqua contrahitur, hoc etiam, ſed cum aliqua duritia, intumeſcit, frons extube-

tuberat, oculi torui ſunt eminentes humenteſque *. Nonnunquam caput tumoribus inaequale fit. Nam in mollibus oſſium commiſſuris, praecipue in ea, quae inter occiput et bregmata eſt, ſe attollunt tumores, qui ita increſcunt, vt tandem a capite dependeant **. Crebrius autem aquae in ipſos cerebri ventriculos confluere ſolent.

* Vide figuram in M. A. SEVERINO de Abſceſſibus nouiſſ. obſeru. Cap. IX. p. 210.

** Vide RVYSCH Obſ. Anat. Chir. Obſ. LII. p. 69. fig. 45.

† De hydrocephali ſpeciebus variis docte dictum eſt in CHR. LVDWIGII *Diſſert. de Hydrope cerebri puerorum. Lipſiae* 1774 edita. Item in MONROI l. c.

§. 746.

Si humor in interiora cerebri et huius ventriculos contrahitur, etiam dura mater et cum ea pericranium intenduntur, imo ipſa etiam cutis attollitur, vt hydrocephalum plerumque ex vtroque genere interno et externo quaſi compoſitum ſit.

§. 747.

Interno nonnunquam aliud vitium accedit, ſpina nimirum bifida. Si enim humor in anterioribus cerebri ventriculis increſcit, ille per aquae ductum Syluii in tertium ventriculum fertur, et ex hoc, ſi ei nullus exitus per infundibulum datur, per valuulam maiorem cerebri perrumpens in quartum. Tandem ex hoc is ſibi vtcunque viam facit in eam vertebrarum fiſtulam, per quam medulla cerebro commiſſa deſcendit. Hoc in ipſo partu incidere poteſt, in quo caput ab vteri ore valentius comprimitur *. In pueris ſingulae vertebrae ex tribus oſſiculis conſtant, quae media cartilagine continentur. Cartilago vero etiam eſt in parte poſteriori, vbi adultorum vertebrae proceſſus exigunt, quibus a ſpina nomen eſt. Haec tenerior

car-

cartilago in pueris, et, vt videtur, etiam in nondum maturis ac in vtere haerentibus partubus, ab increſcente humore ita premitur, vt illa teneriora ac cerea oſſicula inter ſe diducantur, cutis vero ab humore, qui ſubeſt, attollatur. Haec enim frequentior horum tumorum cauſa eſſe videtur **. Vtrum ſpina etiam findi poſſit, ſi infans in arctiori vtero ita compoſitus eſt, vt valentius tum eius coxae, tum artus inferiores, comprimantur, dubium eſſe videtur ***. Saepe pueris, qui cum his tumoribus nati ſunt, pedes reſoluti ſunt incurui et in interiora obtorti. Hoc vero etiam ideo incidere poteſt, quia ſpinae medulla, vbi ex ea nerui educuntur, qui per artus inferiores pertinent, a humore preſſa reſoluitur. Membris vero reſolutis, quia non aequabiliter increſcunt, figura manet, quam forte a ſitu, qui eis in vtero fuit, traxerunt.

* Vid. RVYSCH Epiſt. problem. XII. p. 24.

** Ex hoc tumore, ſi is inciditur, plerumque multus et limpidus humor exit, infantes vero, eo aperto, celerius extinguuntur. Hoc vero tumoris genus ex aquarum in caput contractarum redundantia oriri, ex eo diſcitur, quia crebrius cum hydrocephalo eſſe ſolet. Imo experimentis cognitum eſt, protinus multum ex capitis tumore minutum fuiſſe, ſi lumborum tumor ſcalpello diuiſus fuit et humor emiſſus. Glutinata vero iterum illa plaga, capitis tumor ad oculum increuit. Vid. IOH. CONR. BRVNNERI Obſ. in Ephem. Nat. Cur. Dec. III. A. 1. Obſ. 152. p. 149. ſeqq. Conf. etiam Dec. II. A. 2. Obſ. 158. p. 363. vt plures alias, in iiſdem voluminibus legendas, obſeruationes omittam, ex quibus clarum eſt, hunc tumorem cum hydrocephalo eſſe. Icones dederunt TVLPIVS Obſ. L. III. Cap. 30. VAN DER WIEL Cent. II. Obſ. 34. RVYSCHIVS Obſ. Anat. 34. 35. 36. fig. 36. 37. qui ſimiles tumores, etiam in nucha et infima oſſis ſacri parte vidit. BIDLOO de oſſe cribroſo et neruis olfactoriis laeſis in Opp. p. 187. APINVS in Ephem. N. C. Dec. III. A. IX. et X. Obſ. 180. et, qui eundem caſum deſcribit, CAR. FRIDER. HOECHSTETERVS in Diſſ. de Spina bifida, Altdorfii, MDCCIII. Plures etiam et ſimilium tumorum et partuum monſtroſorum icones conſpiciuntur in TITSINGHII et VLHORNII ſcriptis. Conf. IOH. SALTZ-

SALTZMANNI Differt. de tumoribus quibufdam ferofis externis, Arg. MDCCXIX.

*** Magnam de hac re controuerfiam inter fe habuerunt duo Amftelodamenfes chirurgi, ABR. TITSINGH et HENR. VLHORN. Aliquid conferre poteft fitus infantis in vtero, frequentior vero huius vitii caufa eft aqua in caput vel in fpinam contracta. Multi matris grauidae phantafiam concitatam et vifa in animis earum impreffa, vt folam caufam, amplectuntur. Obfcurarum vero et incomprehenfibilium caufarum quaeftio tunc minimum fuperuacua eft, vbi euidentes, et, quae explorari poffunt, apparent.

§. 748.

Caput vero inflatur, fi fanguis per compreffas iugulares venas libere refluere nequit (729), vel etiam, fi interius infundibulum aliaque lymphae itinera vtcunque obturantur (728). Hoc autem morbi genus non, nifi in infantes incidit, in quibus, fi cerebrum ab humore diftenditur, caluariae offa, molles commiffuras habentia, cedere poffunt, et fic totius capitis inflatio oriri. In adultis vero ex eadem occafione oritur apoplexia, vel lethargus. Atque etiam venae iugulares non raro in vtero ab vmbilico conftringuntur. Id quod accidere quoque folet, fi collum ab vteri ore partum non emittente comprimitur. Lympha vero vitiatur, fi matri malus corporis habitus eft, fi ea nimia auiditate plus, quam debet, et alimenta, quae mali fucci funt, craffioremque pituitam faciunt, affumit *.

* Hydrocephalum in puella XIV. annorum ortum ex illito aduerfus capitis tineam vnguento, quod et arfenicum et fulphur habuit, vid. in Ephem. N. C. Cent. I. et. II. Obf. 157. p. 323. In puella IV. annorum, quae ex cunis praeceps in pauimentum data fuerat, hydrocephalum ortum, et poft obitum, incifo tumore, caluaria fracta inuenta fuit. Vid. IDO WOLFII Obf. XIV. p. 47. Tumorem etiam, qui hydrocephalum mentitur, excitare pueris folent fcelefti mendiculi. Vide HILDANVM Cent. III. Obf. XVIII. p. 199.

§. 748.

Hydrocephali externi, et a caufis, quae extrinfecus accidere folent, orti, inter initia non difficillima curatio

tio eſt. Si vero morbus inueterauit, et cum malo corporis habitu eſt, id nullam curationem recipit. Nec hydrocephalum internum medicinam admittit.

§. 750.

Curatio a Medicis potiſſimum requirenda eſt. Vbi vero res patitur, feſtinanter ſubueniendum erit. Infantibus dari poteſt oxymel ſquilliticum, quod profuturum eſt, ſi vomitu multa pituita reiicitur. Purgationis cauſa datur radix ialappae, quae commode pulticulae adiicitur, vel reſina ialappae cum amygdalis contrita, nec non ſyrupus de ſpina ceruina, de ſcorzonera cum rhabarbaro, quibus crebrius et non ita multis interpoſitis diebus vtendum eſt. Mediis autem diebus cibo adiici poteſt radix ireos florentinae. Omnia etiam vrinam mouentia, quia humores vitiatos extenuant, vtilia ſunt. Igitur dari poteſt aqua petroſelini, fragorum, vt et ſuccus millepedarum ſylueſtrium, qui cum vino diluitur.

† Fuere inter recentiotes, qui aduerſus hydrocephali ſpecies mercurio dulci vterentur. Sed fatendum eſt, morbum hunc plerumque curationi vel optimae reſiſtere.

§. 771.

Moderandum vero inter haec eſt, vt vires conſerventur. Cibum dare oportet ſine pinguibus, glutinoſis, inflantibus et aceſcentibus. Optima ſunt iura carnium cum pane ſicco candido, et cereuiſia, quae multum lupuli habet. Potioni etiam idoneum eſt decoctum ligni ſancti. Sitis vero ante reliqua neceſſaria eſt.

§. 752.

Vbi autem tumor minui coepit, quotidie aliquoties vtendum eſt fricatione cum linteis calidis ſuffitisque. Poſſunt etiam radix ireos florentinae, bryoniae, herba abſinthii, rutae, maioranae, ſerpilli, pulegii,

roris

roris marini ex vino rubro auſtero coqui et panni ex decocto expreſſi capiti ſuperhaberi. Sub finem his adiici poſſunt alia, quae reprimunt, et inter haec radix tormentillae, biſtortae, herba alchimillae, millefolii. Multi haec ex lixiuio ſulphuris coquunt, quod vero vix ita tutum eſſe videtur. Cutim etiam flacceſcentem optime adſtringit et caluariae oſſa adducit illa faſcia, quae, in duos fines glomerata, caput arctius comprehendit, *la Capeline*.

§. 753.

Quod ſi tumor his non diſcutitur, adhibenda etiam eſt ſcalpelli opera. Occipitium conciditur, vel ferro candente aduritur. Magis fere opportunum eſt, per perforatam cutim, ne illa nimis celeriter coeat, linum multiplex, et ita tortum, vt vnitas ſit, traiicere, et bis per diem ducere, quo per plagam et aqua effluat et pus moueatur. Videndum vero, ne gangraena vlcus occupet, et ne ea cum periculo ſerpat.

HYDROPHTHALMIA.

§. 754.

Hydrophthalmia oritur, ſi in oculo venulae limpidum humorem abſorbentes obturatae ſunt. Oculus intumeſcit, cum aliquo etiam dolore, adeo, vt is palpebris operiri nequeat. Id vero ex variis cauſis fieri poteſt, plerumque vero ex grauiori ictu, et ſi medicamenta reprimentia diu ſuperhabita fuerunt. Perforandus eſt oculus acu, ſcalpello ancipiti, vel alio ferramento, quod fiſtulam habet ei ſimilem, per quam hydropicis aqua ex ventre emittitur (*Troisquarts*). Illud vero ferramentum, quod ſcleroticam vueamque tranſire debet, ei loco admouendum demittendumque eſt, per quem acus traiicitur, ſi ea ſuffuſio curatur.

Eſt

Eſt vero is inter corneam et angulum tempori propiorem fere medius, corneae tamen paulo propinquior et aliquantum inferior. Aqua educitur, et, vbi oculus deſedit, inter palpebras demitti poteſt veſicae fruſtulum cum quodam vnguento (323), cui axungiam viperarum adiicere licet. Exterius autem oportet oculum paulo valentius comprimere, vel impoſitis pluribus pannis et faſcia, vel ferramento, quod alias propoſui Fig. XIII. (589). Neceſſe vero eſt, etiam percurato vulnere, oculum diu ſic deligatum contineri, ne tumor reuertatur. Cum his dari debent medicamenta vrinam mouentia, praecipue ſuccus millepedarum ſylueſtrium cum meraciori vino, nec non potiones et iuſcula viperarum.

† Morbus ab Auctore noſtro deſcriptus dicitur Hydrophthalmia vera. Sed eſt quoque Hydrophthalmia notha, non vnius generis ſed trium. Aut enim ſaccus hydropicus in adnata tunica aut in cornea formatus eſt, aut inter bulbum oculi et orbitam hydatis quaedam genita eſt, quae oculi bulbum vrget et foras trudit. De his omnibus legatur DONALD MONRO in *Eſſay on the Dropſy*, praecipue eius verſio teutonica a me edita; in appendice enim obſeruationum quaedam abs me addita ſunt. Lectu quoque digna eſt CARTHEVSERI *Diſſertatio de Hydrophthalmia*, Francof. ad Viadrum edita.

PARACENTESIS.

§. 755.

Quibus venter ex aqua intenditur, his ea nonnunquam inter peritonaeum atque abdominis muſculos haeret. Hoc genus plus doloris habet, non vero ita malus corporis habitus eſt, ac in aſcite. Foeminis ſaepe intumeſcunt ouaria, cui vitio aſcites ſuperuenire ſolet *. Crebrius autem multa aqua in ventrem contrahitur, cui hydropis generi nomen aſcites eſt. Huic quandoque mederi licet, ſi aqua emittitur.

Non vero omnes in hoc morbo ſic curari poſſunt, ſed robuſti, qui febre ex toto carent. Nam, quibus iecur et alia viſcera affecta ſunt, et malus corporis habitus corruptuſque ſtomachus eſt, illi idonei huic curationi non ſunt, quae ſaepe mortem maturare conſueuit. Id quod praecipue accidit, ſi vlcus qua parte eſt, quod, accedente per factam plagam aere, exaſperatur. Non nunquam tamen, ſi tumor adeo increuit, vt periculum ſit, ne, cohibito omni diaphragmatis motu, aeger ex toto ſtranguletur, ea aliquod leuamen miſero afferre poteſt. Neque enim in robuſtis aſcites hac chirurgia ſola euincitur. Nam emiſſus humor non morbum tollit, ſed medicinae locum facit, quam is, intus incluſus, impedit.

* Vid. Diſſ. IVSTI THEODORI SCHORKOPFF de Hydrope Ouarii muliebris, *Baſ. MDCLXXXV.* ADAMI BRENDELII de Hydrope ouariorum muliebrium, *Viteb. MDCCI.* IOH. HVLDRICI PEYERI de Ouario hydropico in Cadauere Virgineo reperto, *Baſil. MDCCXIX.* POLYCARPI GOTTLIEB SCHACHERI de Virgine aſcitica poſt paracenteſin purpura maligna extincta, *Lipſiae, MDCCXXV.* et NICOLAI WILLII de ſtupendo abdominis tumore, *Baſil. MDCCXXXI.*

§. 756.

Hanc vero chirurgiam antecedere exercitatio debet. Imbecillis ambulatio, geſtatio, clara lectio, pro exercitatione eſt. Omitti autem curatio debet, ſi homo crebrius tuſſit. Metus enim eſt, ne, aqua emiſſa, ſub tuſſi ſpiritus deficiat. Curatio ita ordinatur: aeger ſupinus in lectulo cubat, ita, vt in illud latus, quod perforandum eſt, inclinatus ſit. Ferramentum, quod in ventrem demittitur, fiſtulam habet argenteam, ex qua illud, quod acutum eſt, educitur, haec autem relinquitur, vt per eam humor effundatur. Praeferri debet ferramentum, quod non nimis tenue, ſed paulo plenius eſt. Perforari autem ſolet locus, qui medius eſt inter vmbilicum et ſpinam ſupremam

oſſis

offis ilei. Violari enim haud debent mufculus rectus, cui fubiecta arteria epigaftrica eft, et qui valida nervofaque aponeurofi continetur, nec etiam linea alba, nec ille tendo, qui inter obliquos rectofque confpicitur. Cura etiam habenda, ne ferramento qua vena incidatur, quae plerumque obfcuro fanguine refertae fatis confpicuae funt. Ferramentum, dum illud cuti admouetur, paululum fuperiora verfus inclinari debet, dum vero illud traiicitur, illud leniter verti et ita deduci debet, vt inferiori parti magis infidat.

§. 757.

Multi curationem diuidunt et non omnem humorem effundunt, fed fiftulam in vulnere relinquunt, quam demiffo linteolo claudunt. Docuit enim experientia, eos, quibus omnis aqua effunditur, praecipue, fi eius maior vis eft, nonnunquam fub ipfo opere animae defectione mori. Hoc vero auertitur, fi, dum aqua effluit, venter fafcia adftringitur. Deficit enim aeger, quia fpiritum trahere non poteft, cum effufo humore abdominis mufculi multum laxati vifcera premere non poffint et diaphragmatis motum iuvare. Arteriae etiam et venae maiores, quae per abdomen defcendunt, aquis valentius preffae, etiam dilatantur, quibus omnibus impeditur refpiratio humorumque circuitus. Nullus vero metus eft, fi corpus circumdato vinculo conftringitur *. Si vero tamen aegri imbecillitas prohibet, quo minus omnis aqua euocari poffit, protinus etiam fiftula recipienda et fuper vulnus linamenta ex aqua vulneraria expreffa deliganda funt. Poftero vero die iterum ferramentum per alium locum cum fiftula demitti, et, fi quid humoris fupereft, euocari poteft. Nihil enim magis peftiferum eft, quam, fi per fiftulam ad interiora perlabitur aer, qui vifceribus nouus eft et noxius. Fafcia

etiam diu poſt curationem vtendum, et ſimul adhibenda frictio eſt, cum linteis ſuffitis. Quod curationis reliquum eſt, a medicis docetur.

* Vid. IO. HENR. SCHVLZE Diſſ. de Mechaniſmo muſculorum abdominalium, Halae MDCCXXXVI. §. 24. p. 20.

** Peculiare ligamen deſcripſit et figura expreſſit ALEXANDER MONRO *in the Medical Eſſays* Vol. I. p. 214.

† Ligamen illud poſtea in MONROI *Operibus* brittannica lingua editis, et ex his in eiuſdem viri Operibus teutonice verſis deſcriptum eſt delineatumque. Vid. ALEX. MONRO, *des Aeltern, ſämmtliche Werke, praktiſchen und chirurgiſchen Inhalts.* Leipzig 1782. Nemo noſtratium hactenus, quod ſciam, ligamine illo MONROI vſus eſt, neque tamen vnquam cauſſam habuere id deſiderandi. Et ſane ſi homo adhibetur, cui ſat largae longaeque manus ſunt, quibus paſſis omnis regio abdominis comprimatur, ligamine eo facile caremus.

†† Sunt quaedam aliae animaduerſiones neceſſariae. Primo enim de praeſentia aquarum certo perſuaſi eſſe debemus. Eam autem vt cuique notum eſt, demonſtrat, ſic dicta fluctuatio aquarum. Sed fit aliquando, vt aut hepar aut lien, tumore magni turgeat, atque fluctuatio in alterutro latere minus euidens ſit, tumorque is altius deſcendens perpunctionem in latere affecto fruſtret. Chirurgus igitur explorans abdomen ne contentus ſit vnius lateris percuſſione illa omnibus nota, ſed animum attendat, vt, ſitne in vtroque latere fluctuatio aquarum eadem an in alterutro euidentior, intelligat. Si vtrobique eadem eſſe videtur, parum intereſt, quo latere fiat punctio; ſin in altero latere obſcurior, in altero euidentior ea eſt, in eo fiat illa, vbi euidentior eſt. Punctio autem audacter fiat, maxime in obeſioribus, alioquin enim cannula non ſatis ad interiora protruſa obturatur adipe ita, vt aquarum effluxus cohibeatur. Interdum quoque humor ſpiſſus eſt adeo, vt is per cannulam, non admodum amplam, tranſire nequeat. Huius rei ſuſpicionem ſuggerit lenta humoris congeſtio atque debilior fluctuatio. Quo caſu fiſtula amplior et acus triquetra plenior adhibenda eſt. Fiſtula quoque exteriori parte, habeat ſulcum, vt, ſi ne ſic quidem factum foramen ſufficiat, id poſtea ſcalpello commode tutoque ampliari poſſit.

Neque ignorare decet, aquas aliquando non libere in imo ventre ſoloque peritonaeo moueri et contineri, ſed ſaccis concludi. Quae res non modo perpunctionem emiſſionemque aquarum difficiliorem reddit et impedit, ſed et nouum affluxum aquarum eiuſdemque ſacci impletionem

nem efficit, maxime ſi non vnus ſaccus, ſed plures ſunt. Hoc morbi genus ſubeſſe veroſimile eſt, ſi cum tumore ventris vomitus eſt, ſi flatulentia, ſi alui obſtructio, ſi dolores per ventrem, ſi vmbilicus non prominet, ſi aegrotus in conuerſione corporis in alterum latus ſenſum intus habet prouoluti ponderis cuiuſdam, ſi abdomen non in vtroque latere aequaliter turgidum eſt tumidumque. Volunt tum quidem nonnulli abdomen incidendo latius aperiri, et ſaccum ſuppuratione deſtrui. De his vid. LE DRAN *Conſultations.* DE HAEN *Ratio medendi*, T. III. T. V. *Comment. Acad. Chirurg. Pariſ.* T. II. Nec defuerunt, qui in vero aſcite, h. e. non ſaccato, poſt emiſſionem aquarum liquores varios iniici vellent. Verum euentus bonae voluntati non reſpondit. Vid. *Tranſact. Britannor.*

TVMORES, QVI TVNICA SVA INCLVDVNTVR.

§. 758.

In capite, palpebris, et qualibet fere ſede corporis, oriuntur tubercula et tumores, qui a paruulo incipiunt et diu paulatim creſcunt. Fere ſine dolore ſunt ſuaque tunica includuntur. Sedem habent in tunica adipoſa et celluloſa, quare non rarum eſt, illos etiam in interioribus ſedibus ac viſceribus oriri.

§. 759.

Habent differentias, ſed mediocres, quare variis vocabulis diſcernuntur, non tamen diuerſo genere curantur. Tumorem enim mollem ac cedentem, in quo humor liquidior, cerae ac melli ſimilis, eſt, et qui preſſu circumfluit, μελικηϱὶν nominant. Si tumori duro ac renitenti humor ſubeſt, magis concretus et pulticulae ſimilis, imo aliquando durior, ἀθέϱωμα vocatur. Στεατώματα vero dicuntur, quibus pingue quiddam ſubeſt, ita, vt cutis etiam ſuper eam materiam labare videatur.

§. 760.

Quandoque etiam in his tumoribus alia esse consueuerunt. Reperiuntur in iis vesicae humore liquidiori, qui igne cogitur, plenae, quas ὑδατίδας nominare solent. Interdum in velamento vera pinguedo est. Nonnunquam idem tumor pulticulae similem ac concretum humorem et pingue continet, seu ex duplici genere, atheromate et steatomate, compositus est *. Inuenta etiam fuerunt quandoque quaedam aliena, conferti pili, lapilli, crines, ossa et alia **.

* Insignem huius generis tumorem aliquando vidi in iuuene sedecim circiter annorum. Is in scapula ortus fuerat, quantum ego rescicere potui, ex tinea, quae medicamentis extrinsecus admotis prohibita fuerat. Tumor, quem ab initio varia medicatione tentauerant, cum ad pugni circiter magnitudinem increuisset, et sine negotio tolli potuisset, committitur curationi agrestis et temerarii empirici. Hic, tumorem, quem sine dubio pro abscessu habuit, emolliendum esse, dixit, et per sat multum tempus lardum superimposuit, Cum vero interea tumor ad immanem magnitudinem excreuisset, is monet, iam tempus esse tumorem aperiendi. Ergo in inferiorem tumoris partem demittit cultrum maiorem, quo educto, magna sanguinis profusio orta est, quae etiam ipsum illum nebulonem perterruit. Sanguis tandem conquieuit, et ego accersor. Inuenio hominem sanguinis profusione infirmatum et tumorem immanis magnitudinis, qui non solum scapulam, sed totum fere tergum occupabat. Non difficile erat praedicere, omnem curationem superuacuam futuram esse, et miserum hominem, cum is ab initio perperam curatus fuerit, iam seruari non posse. Aliorum curae traditus post aliquod tempus exinanito corpore obiit. Cum vero locus, quem is incoluerat, aliquot millia passuum a nostra vrbe abesset, missus mihi tumor fuit a corpore resectus. Quanquam ex hoc omnis fere humor expressus erat, ille nihilominus pondus habuit vndecim librarum. Inferius humor concretus erat verumque atheroma, supra hanc vero materiam, et sub cute, erat alia, ad crassitiem quatuor circiter digitorum, seuo duriori simillima.

** Vide inter alia RVYSCHIVM de Atheromate ventriculi Aduers. Anat. Decad. III. p. 1. et POLYCARPI GOTTLIEB SCHACHERI Programma de atheromate pilis referto in ouario MDCCXXXV.

§. 761.

§. 761.

Enafcuntur hi tumores, fi receptacula, lymphae aliifque fuccis accommodata, intumefcunt. Hoc vero accidit, fi humor ex varia occafione in iis cogitur ac coaceruatur, qui ideo venis non poteft reforberi. A vero propius eft, atheromatis et hydatidis fedem effe potiffimum in venis lymphaticis, quas valuulis fuis diftinctas effe nouimus, nec non in glandulis, quae fub cute funt, et quas, vbi corpus frigore inhorret, oculis diftinguere licet. Meliceris effe videtur in glandulis, quas Anatomici febaceas nominant. Steatomate autem adipis cellulae occupantur. Nemo vero ignorat, cellularum oleo plenarum contextum in omnibus fere vifceribus ac fedibus corporis effe, in quibus etiam hoc tumorum genus oriri quandoque folet. Venae enim lymphaticae et receptacula, glandularumque tunicae, fi ab humore intus contento premuntur ac diftenduntur, formant illud velamentum, quo concretus humor includitur. Et, quia compreffas venas fanguis non permanare poteft, illa materia indies augetur, et tunica, feu velamentum, craffefcit, et ipfae venae, quae per interiora tumoris difcurrunt, non parum ampliantur. Arteriae autem, quae fanguinem adferunt, quod in confiniis comprimuntur, plerumque exiles funt.

† Tumores tunicati in capite orti plerumque ad genus meliceridum pertinent, vocanturque *Teftudines*, *Talpae*, *Lupiae*. Fere noftris temporibus in foeminis frequentius quam olim reperiuntur; cuius frequentiae, cauffa atque ratio repetenda videtur ab illo calamiftratae et cothurnatae comae ornatu, qui, vt ftabilis fit, acubus longis et axungia indiget. Praeterea tritici farina feu amylum infperfum veluti cumulus humanae ftultitiae additur. Nam fic et pungitur fubinde cutis, et pori cutanei obftruuntur, perfpiratio cutanea fupprimitur.

§. 762.

Non difficile eſt hos tumores ab alio tumorum genere, aneuryſmate, abſceſſu, ſcirrho et oedemate, diſtinguere. Nec enim dolor calorque, nec arteriarum ictus, vel pulſus, in his percipiuntur. Nonnunquam tamen etiam ad ſuppurationem ſpectant, et, rupta cute, humor, qui intus coiuerat, effluit. Niſi vero illa tunica a cute et ſubiecta carne ſeparetur et tota eiiciatur, id quod, vel manu, vel medicamentis, fieri poteſt, vlcus haud ſaneſcit, ſed, putri carne excreſcente, oritur ſarcoma, ſeu fungus, totumque vlcus inaequale fit, et in verum carcinoma vertitur.

§. 763.

Steatoma interdum quaſi loculamenta habet, in quibus, ſi id, vel per ſe, vel ſcalpello, apertum eſt, humor, accedente aere putreſcit, et tunicas exeſt. Quare non raro tumor intus et in medio cauus fit, ſub cute vero et circum circa multum increſcit.

§. 764.

Oriri ſolent hi tumores, ſi vitales corporis ſucci vitiati ſunt. Quare ſaepe naſcuntur, ſi ſcabies, tinea, varia exulcerationum genera, reprimentibus fuere prohibita. Interdum autem oriri videntur, ſi illa receptacula violantur, comprimuntur, illatoque ictu laeduntur. Etiam ex iiſdem occaſionibus, ex quibus ſcirrhos fieri ſupra relatum eſt (256. 257.) quandoque hi tumores fiunt.

§. 765.

Tumor, qui recens eſt, nec durus, nec magnus, quandoque reſoluitur. Superhaberi debet emplaſtrum, diachylon ſimplex, diachylon compoſitum, emplaſtro diaphoretico mixtum, nec non galbanum, quod, aceto

aceto ſolutum, ſuper cutem iniicitur, et ei ſuperdatur tegula, vel pannus calidus. Sunt, qui vaporem ex aceto, vrina et ſale ammoniaco extollunt. Cataplaſmata, cum fibras multum laxare ſoleant, hic aliena ſunt. Nunquam enim, neque his, neque aliis, medicamentis efficiendum eſt, vt per ſe tumor aperiatur. Nam, quia illud velamentum non abſcedit, metus ſubeſt, ne ex hac vitiata caro increſcat et ſarcoma oriatur (762).

† G. galbanum et G. ammoniacum, ſi iis vti velis, etiam ſatis commode ouorum vitello ſoluuntur.

§. 766.

Si tamen tumor quacunque ratione apertus eſt, et humor effuſus fuit, protinus etiam eiicienda illa tunica eſt. Optimum eſt, illam a cute et ſubiecta carne ſcalpello ſeparari. Hoc vero cum ſaepe difficile ſit, vtendum eſt medicamentis, quibus velamentum illud eroditur. Validioribus vero opus eſt. Si enim non alia, quam pus mouentia, intus in folliculum iniiciuntur, timor eſt, ne hebes putriſque caro increſcat (762). Si aliquid ex tunica relinquitur, vel idem accidit, vel, ſi vlcus ſaneſcit, tumor breui tempore reuertitur. Inter medicamenta vero prae caeteris idoneus eſt lapis infernalis, nec non ſpiritus ſalis ammoniaci cum calce viua. Haec velamento illi admoueri debent, admotis ſubinde etiam aliis digerentibus. Vbi conſumptum omne alienum eſt, vulnus glutinatur. Si tunica durior eſt, expedit, illam prius ſcalpello concidere, et poſt ſuperdare medicamenta. Spiritus ſalis ammoniaci admouetur vel penicillo, vel ſpecillo, quod lana inuolutum in eum demittur.

† Si acribus erodentibus adhibitis deſtruere velamentum vel totum vel partem velis, locus non ſaepius vexandus eſt, ſed paulo liberalius ſemel vel bis illis vtendum eſt.

§. 767.

Expeditiſſimum vero eſt, hos tumores exſcindere. Plaga recta fit in cute, ita, vt velamentum, quo illa materia comprehenditur, haud violetur. Si tumor maior eſt, plaga duabus tranſuerſis lineis, quae litterae X figuram accipiunt, incidi debet. Iam vero tumor, ſcalpelli manubrio, vel digitis, deducendus eſt a cute et integris partibus, et ſic totus, excutiendus. Vbi tamen nimium adhaeret, ſcalpellum admoueri poteſt, ſemper vero videndum, ne aliquid ex tunica relinquatur, et ne, velamento inciſo, concretus humor effluat. Si cutis iam affecta eſt et occalluit, illam etiam, ſi res poſtulat, latius praecidere oportet. Vulnus vero prius implendum, poſt glutinandum eſſe, apparere cuilibet ex prioribus poteſt.

† Efficacior haec medendi ratio parum aut vix differt ab ea, quae ſupra propoſita eſt, vbi ſermo erat de curatione ſcirrhorum. Ne igitur actum agam, lectorem ad locum eum remitto, et nonniſi hoc addo; ſteatomatum et atheromatum tunica plerumque facile extrahitur, ſi tumor inciſione, paulo quam tumor eſt, longiori aperitur et materies antea extrahitur.

§. 768.

Raro ſanguis cum periculo fluit, ſi tumor ita vellendo excutitur, cum arteriae, quae tumori alimentum ſubminiſtrant, ab huius mole comprimantur arctenturque. Venae autem plerumque maiores eſſe ſolent. Si vero maiores arteriae atque venae tumori ſubiectae, vel glandulae, prope ſunt, et illae iam intumuerunt, ſi aegrum, vel febris, vel tabes, male habet, et ſi fluens aluus eum exercet, haec chirurgia, et praecipue ſcalpellum, ſine pernicie adhiberi nequit.

§. 769.

Vbi autem iam hebes putriſque caro cutim ſupercreuit eaque cum exulceratione mucoſa atque cum foe-

foetore inaequaliter tumet, fungum appellare consueuerunt, cuius facilis tranſitus in carcinoma eſt. Hoc vitium difficilem curationem habet. Plerumque enim, ſi etiam ſcalpello exciditur, poſt inductam cicatricem tamen reuertit, et non raro cauſam mortis adfert. Si tamen ſpes eſt, illum exſcindi ſine periculo poſſe, incidenda circum circa in orbem cutis eſt, et tumor vellendo ſubſecandoque tollendus. Plerumque tamen is altiores quaſi radices egit, et valentius inhaeret, vel tendini, vel alii neruoſae parti. Et hanc, altius etiam demiſſo ſcalpello, atque plaga maiori transverſa, incidi, tendines etiam praecidi, neceſſarium eſt. Niſi enim hoc fiat, tumorem reuerti experientia docuit.

ΧΑΛΑΖΙΟΝ.

§. 770.

Non rarum eſt, tumores his non abſimiles in palpebris naſci, qui, ſi maior iis durities eſt, χαλάζια vocantur. Nec alia ratione illi exciduntur, ea tamen adhibita differentia, vt, ſi ſub cute ſunt, ab exteriore, ſi ſub interiori palpebrae membrana, ab interiori, parte id fiat. Videndum, ne tranſuerſim incidatur ille muſculus, quo ſuperior palpebra attollitur (581), quare haec plagam rectam, a ſumma orbitae parte cartilaginem verſus deſcendentem, deſiderat. Si accidit, vt aliquid ex tunica relictum fuerit, admoueri debent adurentia (766), vbi tamen multa diligentia adhibenda eſt, ne acrioribus oculus offendatur, quem prius lenibus medicamentis inungere oportet.

† Tumores tunica incluſi non adeo magni illi, in palpebris nati in timiduiis hominibus interdum ſine ſcalpelli opera tolli poſſunt. Imponendum emplaſtrum vel malacticum vel diachylon cum gummatibus, cui aliquid pulueris cantharidum admixtum eſt. Si poſt aliquot dierum ſpatium tumor inflammatus, dolentior, et paulo maior eſt, aliud em-

emplaſtrum tenacius adhaerens imponatur. Id autem ex resina ſeu pice alba et therebinthina componitur adiecta etiam aliqua parte cantharidum. Sub hoc emplaſtro ſuppuratio mouetur, eoque poſt dies duos detracto aut ſponte ruptus erit, vel facile lanceola aperietur, et materies exprimetur. Cauum deinde ſphaerula vel ex linteis carptis vel ex emplaſtro formata impletur. Altero die niſi ad extractionem paratum videatur velamentum, ſimilis ſphaerula emplaſtri malactici puluere cantharidum vel praecipitati rubri conſperſa in cauum detur. Ita ſequenti die velamentum adhibita volſella extrahi poterit. Quae ratio et in aliarum partium tumoribus tunicatis locum habet.

ΠΛΑΔΑΡΟΤΗΣ.

§. 771.

Πλαδαρότης vocatur tumor mollis, fungo ſimilis, qui in palpebra interiori naſcitur *. Is forfice praeciditur, ſedes ſcalpello conciditur, et in oculum demittitur vnguentum de tutia cum fruſtulo veſicae tenerioris.

* In Introductione, quae vulgo tribuitur GALENO Cap. XVI. T. II. p. 390.

GANGLION.

§. 772.

Non adeo abſimilis eſt alius tumor durus et renitens, qui etiam ſine inflammatione ac dolore eſt, et praecipue muſculorum tendinibus inſidet, quem γάγγλιον nominare ſolent. In tumore, qui recens eſt, humor eſſe ſolet ex coacta lympha albidus, imo pellucidus, oui albo fere ſimilis. Si vero ganglion malis medicamentis affectum adeo increuit, vt id rumpatur, humor, qui etiam quaſi loculamentis continetur, accedente aere corrumpitur et in acrem foetidamque ſaniem, minime autem in pus, conuertitur.

§. 773.

§. 773.

Sedes eſt in tendinibus, praecipue in tendine muſculi ſublimis, ſ. perforati, digitorum, aliquando etiam in tendine extenſoris communis. Oriri videtur, ſi humor, qui, axungiae inſtar, tendines horumque vaginas lubricat, ſuper tendines, vel etiam inter hunc atque eius vaginam concreſcit. Id vero incidere ſolet, ſi muſculi validiori actione et nixu multum adducuntur, vel nimium intenduntur *, et illa humorum pellucidorum receptacula rumpuntur.

* Haud ita pridem ganglion inſolitae magnitudinis vidi, quod, cum curationem recipere non poſſet, bonum honeſtumque virum interemit. Is ante plures annos, cum ex rheda deſiliret, ea ſede, qua magnus et vulgo dictus Achilleus tendo eſt, ſentit acutum dolorem, qui tamen breui ſe iterum remiſit. Poſt vnum alterumque annum tumor enaſcitur ſub eo tendine inter hunc et duo cruris oſſa. Tumor enim, quem medium tendo comprimebat, vtrinque quaſi extuberare coepit, qui vero ab initio greſſum haud prohibuit. Eo tempore is mihi tumorem oſtendit, vbi ego, praeuidens, eum adeo increuiſſe, vt medicamentis diſcuti haud poſſit, ſcalpellum vero his reconditis et neruoſis locis ſine periculo vix adhiberi poſſet, prohibui eum attingere. Interea cum eximius noſtrae aetatis chirurgus opportune noſtram vrbem adueniret, et is in conſilium vocatus fuit, qui vero ſcalpellum admouere auſus non eſt. Et igitur eo iam tempore nobis non difficile erat proſpicere, aliquando neceſſarium futurum eſſe, vt crus praecideretur. Aeger morae impatiens varii generis emplaſtra aliaque medicamenta impoſuit. Adiit etiam exteros et magni nominis viros, quorum nonnullis, vt mihi poſtea retulit, viſum fuit, materiam concretam digerendam et ad maturitatem perducendam eſſe, id quod mox ab initio ego diſſuaſeram. Tandem, vt fieri ſolet, bonus vir ad omnis generis remedia decurrit, quorum non pauca etiam rudes et ignorantiſſimi empirici, inconſideratiſſimae temeritatis pleni, ſubminiſtrauerunt. His vero omnibus tumor concitatus, adeo increuit, vt is non minor eſſet hominis capite. Tandem extenuata cutis madeſcere, et aeger febrem habere coepit, quae eum fere ſemper tenuit. Cum hoc denique tempore iterum ad eum, amicorum rogatu accerſituque, veniſſem, deprehendi, illud praeſidium, quod mihi ſemper vnicum viſum fuerat, membri nimirum amputationem, iam etiam magno cum periculo eſſe, cum corpus iam tenuatum, imo malis

malis ſuccis ac febricula vitiatum eſſet. Illud tamen, vt vnicum, quamuis anceps, propoſui. Aeger vero nunquam ad haec extrema deſcendere voluit. Rupta in variis locis cute, per quatuor fere menſes incredibilis vis humoris acrioris et foetidioris effluxit. Tumor, liquatis et putreſcentibus iis, quae intus erant, cauus factus eſt, ambitus vero eius multum adauctus, vt parum abeſſet, quin etiam is anteriora tibiae contegeret. Febre interea aucta ſummaque macie orta, homo tandem, diutinis malis fatigatus, extinctus fuit. Ganglion fuiſſe nullus dubito, cuius vero et magnitudo et ſedes mihi inſolitae viſae ſunt.

§. 774.

Ganglion, ſi nec multum increuit, nec valde induruit, quandoque ſine alio auxilio iterum diſcutitur, maxime, ſi id, vel digito valentius premitur, vel pugno lignoue, percutitur, et illa, qua comprehenditur, tunica rumpitur. Quo facto, oportet et locum multum fricare, et ei laminam plumbeam imponere, hancque valentius adſtringere. Experiri etiam licet medicamenta, quae multi extollunt. Emplaſtrum diaphoreticum Mynſichti cum diachylo compoſito, oleum lumbricorum terreſtrium, ſcorpionum. Tentanda haec ſunt, aſt vero etiam videndum, ne iis tumor, dum molleſcit, multum augeatur.

† Ganglia minora non admodum dura, nec nimium vetuſta, aliquando ab impoſito emplaſtro mercuriali euaneſcere vidi. Spiritus quoque ſaponatus bis terue die vnctione et leni frictione adhibitus, noctu vero ſplenium eodem ſpiritu madens, impoſitum plerumque diſſipant tumores eos.

§. 775.

Quod vero ſic diſcuti haud poteſt, etiam oportet exſcindi. Et in hoc genere velamentum inuiolatum ſeruandum eſt, et eiiciendum cum eo, quod intus tenet. Si quando tamen illud ab inferiore parte tendini inhaeſit, magna diligentia adhibenda, ne is ſcalpello laedatur, quae res magnum dolorem atque inflammationem mouere poteſt.

† Tumor

† Tumor aut durior, aut qui haſtenus adhibitis medicamentis non ceſſit, ſine multo negotio ſectione tollitur. Cutis quidem ſcalpello ad tunicam tumoris vſque diuidenda eſt, deinde detecta tunica quoque ſectionem paulo longiorem quam tumor ipſe eſt, accipit, atque ſic materies contenta extrahitur. Quo facto labia vulneris ſutura non cruenta ad ſe mutuo adducta in hoc ſitu retinentur, balſamus aliquis vulnerarius ope linteorum imponitur, ſplenio et faſcia ea firmantur, eademque futuris deligationibus fiunt. Sed eiecta materie feſtinandum eſt, nec committendum, vt aer diutius ad interiora admittatur.

POLYPVS NARIVM.

§. 776.

Interdum in ea membrana, qua intus nares veſtitae ſunt, et cui nomen a pituita eſt, quae in ea ſecernitur, naſcuntur carunculae, quae maiores tandem tumores fiunt, et polypi dicuntur. Hi tumores, qui plerumque imis narium partibus inhaerent, modo ad labra tendunt, narem implent et magnam deformitatem adferunt, modo retro feruntur per illa foramina, quibus ſpiritus a naribus ad fauces deſcendit, vbi increſcunt adeo, vt poſt vuam conſpici poſſint et hominem tandem ſtrangulare. Niſi aliud vitium acceſſit, ii fere ſine dolore ſunt.

§. 777.

Inter eos tamen diſcrimen eſt. Interdum enim tumor latiſſima radice naſcitur et fit rotundus, muliebri mammae ſimilis, quod genus nonnulli a polypo diſtinguunt et ſarcoma vocant *. Polypus enim ab initio caruncula eſt infra ad membranam, cui inhaeret, tenuis, ſupra latior, quae, vbi increſcit, plures quaſi pediculos, ſiue radices membranae inhaerentes, format, a quibus nomen traxit.

* Vide GLANDORPIVM de Polypo Cap. III. VILARS T. II. Art. VIII. p. 334.

† Polypus

† Polypus sic dictus non semper a pluribus vno pediculis dependet, quamuis crescens progressu temporis pluribus locis non tam concrescens quam adglutinatus esse possit.

§. 778.

Differunt etiam colore. Polypus enim modo albus est, modo subruber. Interdum tumor, praecipue, si is a resoluta laxataque membrana ortum habet, multum increseit, alio tempore iterum minuitur. Prius illo tempore accidere solet, quo copiosior mucus ad hanc membranam fertur.

† Alii polyporum sunt molles, rubentes et sensu praediti, quamquam non dolore molesti; *carnosos* cognominaueris. Alii duri, scirrhosi sunt et dolorem mouent. Priores vocantur *benigni*, posteriores *maligni*. Aliud genus est eorum qui albi et molles sed instar corii tenaces, *polypi pituitosi* vocantur. Atque hi praecipue modo mole augentur, modo minuuntur, pro varia tempestatum vicissitudine, multam mucositatem plerumque plorant. Ideoque a membranae pituitariae singulari emollitione et elongatione proficisci videntur. Praeterea quidam *solidi* sunt, nonnulli vero caui, hos *vesiculares* vocant. Alii tum ex rubentibus tum ex albidis facile rumpuntur, alii minus. Sedes quoque varia est. Modo in inferiori et anteriori, modo in inferiori et posteriori narium parte haerent. Quidam et ad anteriora et adfauces porriguntur. Aliorum sedes altior est, ab ipsis sinubus frontalibus deorsum protrusi. Oriuuntur alii in sinubus maxillarium ossium superiorum. Varia quoque eorum facies exterior est. Alii enim sunt *scabri*, alii *laeues*, alii *nodosi*, quidam ramos quosdam emittunt; *ramosos* dixeris.

§. 779.

Ex variis occasionibus hi tumores nascuntur. Si multus humor in nares destillat et per illam membranam (776) copiosior pituita profluit, haec laxatur, intumescit, et oritur primum illud tumoris genus, quod fere rotundum est. Accidere etiam potest, vt in ea tunica, quae plures glandulas habet, scirrhus fiat, ad quem pituita, quae calore spissatur, opportuna est. Contingit hoc, si forte nimia sanguinis profusio per nares, admotis reprimentibus, nec non ad-

urentibus,

urentibus, vitriolo et ſimilibus, repente fuit cohibita, et his nimis valenter materia retenta. Nonnunquam ex alio, praecipue ex venereo, morbo teneriora narium oſſa ac cartilagines vitiantur, et mala vlcera fiunt, atque ozaena, quibus hebes putriſque caro increſcit.

† Si de cauſſis ſermo habendus eſt, ſcire licet, cauſſam proximam diuerſarum ſpecierum eſſe diuerſam. Albidorum polyporum ortus repetendus eſt tum a relaxata elongataque membranae pituitariae parte quadam, tum vero etiam a quadam acrimonia vellicante et humores copioſiores alliciente. Illi, qui rubent, eo fieri videntur, quod vaſcula membranae illius paulatim in aliquo loco ampliantur, ſanguine implentur, et ab aliqua acrimonia exſtimulantur, ſic vt luxuriantis carnis ſpecies excreſcat. Priores illi fiunt in iis, quibus a crebriori et diuturniori coryza membrana Schneideri nimium emollitur laxaturque, maxime in locis inſalubribus atque paludoſis. Illi alteri naſcuntur in iis, qui frequentiori haemorrhagia narium affecti fuere, etiamſi nulla remedia externa ex acrioribus adhibita fuerint. Omnis ſolutio continui vel ab erodentibus vel ab acri coryza vel violentia externa facere poteſt maxime in praediſpoſitis, vt vaſcula et fibrae luxurient. Acrimoniam acidam, quae ſimul ſpirituoſa eſt, poſſe polypos narium gignere credimus, quoniam in hominibus vino et cereuiſia acido-dulci abutentibus naſum externum excreſcentiis turpiter affectum plus ſemel vidimus. Noſtra aetate virus venereum ſaepe idoneam polyporum cauſſam eſſe poſſe docent aliarum partium, genitalium iiſque vicinarum praecipue, morbi cutanei generis ſimillimi. Sed quod acrimonia ea, per humores corporis diffuſa, poteſt, idem etiam ab aliis effici poſſe non abſurde dicitur. Haud vero parum intereſt, ſcire morborum cauſſas. Alia enim medendi ratio neceſſaria eſt, ſi malum a cauſſa quadam locali, alia, ſi a vitio humorum profectum eſt. Luxurians autem cutis in venereis, ſi recens quidem hoc ſymptoma eſt, plerumque nulla medicatione externa opus habet. Vitium vetuſtius ſolis medicamentis intus aſſumtis raro cedit.

§. 780.

Polypus, qui, tenuibus radiculis inhaerens, mollis et ſine dolore eſt, cui nullum aliud vitium ſubeſt, in homine caeteroquin ſano tollitur. Qui vero ſcaber eſt et durus, et dolet, is fere καρκινώδης eſſe ſolet, et attingi non debet. Si ex polypo, vel medicamentis,

vel ſcalpello, curato, radicula relicta eſt, is renaſcitur. Si is ferramentis reſoluitur, ſanguis periculoſius quandoque erumpit, cuius profuſio hominem interimere poteſt.

† Polypi prodromi: Coryzae ſpecies aut certe opinio; narium obſtructio humida tempeſtate; effluxus multi humoris; iactura olfactus; ſternutatio, quae tamen ceſſant ſicca tempeſtate, quia polypus iunior antea ab humiditate intumeſcens nunc ſiccatus concidit.

Signa benigni, facilius ſanandi
1) Color pallidior, cinereus, brunus ſed non obſcure,
2) Vix dolens aut perraro, ac ne ad contactum quidem.
3) Moles humida tempeſtate creſcens, ſicca decreſcens.
4) Mobilitas (verſus anteriora) poſteriora.
5) Mollities.
6) Qui plorant humorem pellucidum non mali odoris.
7) Qui ſat alte admittunt ſpecillum in parte ſui anteriori.

Signa difficilioris curationis
1) Dolor vehemens in ſyncipite et ſuperiori narium parte.
2) Color ſtatim ab initio ruber valde (*bochroth*) vel et ex obſcuro ruber.
3) Qui continuo creſcunt ſine viciſſitudine incrementi et decrementi.
4) Qui dolent ad contactum vel fundunt ſanguinem.
5) Qui ad tuſſim, ſternutationem, emunctionem, in naribus vel fronte faciunt ſenſum ingratum.
6) Qui fixi ſunt, nec ad emungendi conatus mouentur vel antrorſum vel retrorſum.
7) Duri valde et a contactu dolorem in cantho interno et fronte mouentes.
8) Qui multum accreti ſunt, ſic, vt circa anteriorem partem mouere ſpecillum nullo modo poſſis.
9) Qui ſubinde ſtillant ſaniem foetentem.

§. 781.

Si tumor rotundus eſt et a relaxata tunica ortus, adhuc mollis, nec ita magnus, expeditiſſimum eſt, illum ſcalpello incidere. Dum enim vulnus curatur, membrana illa cicatrice contrahitur *.

* Vid. PALFIN *Anat. Chir. P. I. p.* 406.

§. 782.

Medicamentis adurentibus non niſi illud genus curari poteſt, quod molle eſt. Nam id, quod durum eſt, illorum vſu carcinodes fieri conſueuit. Admoueri poſſunt, temperata tamen manu, et demiſſo per fiſtulam medicamento, lapis infernalis, butyrum antimonii, aliaque adurentia. Ea enim diligentia adhibenda eſt, ne medicamentum os, vel cartilaginem, rodat, in quibus difficilis curatio eſſe ſolet.

§. 783.

Sunt, qui circa polypum nares emplaſtro contegunt, et radiculae ſupremae, mediante penicillo, admouent adurens medicamentum, quod, ſi hoc radiculam perrodit, etiam tumor inareſcit. Ne illud medicamentum diffundatur, protinus calida eluenda naris eſt.

§. 784.

Vbi vero ferramentis vtendum, homo in aduerſo ſedili collocandus eſt, loco lucido. Caput, quod in poſteriora reclinandum eſt, ab ea parte miniſter continet. Chirurgus ferramento, vel volſella, ad id idonea, per nares demiſſa, apprehendit tumorem a ſuperiore parte, et, vbi eum ſatis tenet, paulatim deducit, trahitque, ac permutatis digitorum vicibus, illum contorquet, ita, vt nulla propter feſtinationem vis adhibeatur, tandemque illum euellit. Si metus eſt, ne ſanguis cum periculo erumpat, diuidenda haec curatio eſt, et tumor indies magis ac magis attrahendus. Si polypus poſt vuam haeret, volſella, qua is apprehenditur, eſſe debet oblonga, et quae extremum incuruatum habet. Haec enim per os demittitur. Sunt, qui, vt melius apprehendere poſſint polypum, prius incidunt velum palati, quae res vero facit, vt homo non recte deglutire poſſit. Ad id idoneum eſt ſcalpellum anceps linamentis inuolutum.

§. 785.

Sanguis, niſi cum periculo fluat, non tam celeriter ſiſtendus eſt. Si vero metus eſt, ne homo vehementiori profluuio exhauriatur, cereus tenuior traiicitur per fauces in nares, qui linum trahit. Linum vero habet linamenta, ſeu puluillos teretes contortos, aliquantum inter ſe diſtantes, eique innexos. Cereus prehenditur et adducitur filum, atque imis naribus adprimitur puluillus prior, qui ex linamentis ſiccis puris eſſe ſolet. Si vero ſanguis nondum conquieſcit, alter puluillus exprimi debet ex liquore ad ſanguinem ſupprimendum idoneo, qualis eſt alcohol, vt adducto magis lino, et priori etiam puluillo, hic oris venarum ſanguinem fundentium admoueatur. In nares etiam linamenta ſicca, vel ſimili medicamento madentia, coniici poſſunt. Sunt, qui oras venarum ferro candente per fiſtulam demiſſo adurere iubent, id quod et difficile et minus tutum videtur. Vbi ſanguis conquieuit, vlcus curandum eſt medicamentis, quae locis neruoſis idonea ſunt. Optima eſt aqua vulneraria, cui parum eſſentiae ſuccini adiectum fuit.

§. 786.

Interdum non omnis tumor tolli poteſt, ſed, illo praeciſo, eius radix relinquenda eſt. Huic admouenda ſunt medicamenta, quae eam leniter exedunt, additis aliis, quae digerunt. Haec medicamenta illinuntur lino, quod multiplex et ita tortum eſt, vt vnitas in eo facta ſit. Linum hoc etiam per nares traiicitur et in ore relinquitur. Quotidie vero debet illud ſic immutari, vt ſubeat pars, quae medicamento illita eſt. In hac medendi ratione, quae ardua, et taedii ac moleſtiarum plena eſt, tamdiu perſeuerandum, donec nihil ex tumore reliquum ſit *.

* Vid. LE DRAN Obſ. VI. VII.

§. 787.

§. 787.

Si digitus, ferramenta, nec non medicamenta, per os demittuntur, videndum eſt, ne poſterior linguae pars prematur irriteturque. Sic enim vomitum cieri, nemo ignorat.

† Si conſilium polypos curandi capiendum eſt, ante omnia humores, ſi vitio quodam inquinati ſunt, corrigi, et, quod dicunt, purgari debent. Miaſmata morbi venerei per corpus diſperſa et in naribus haerentia, niſi vetus hoc malum eſt, ſic ſatis feliciter et commode per medicinas ex hydrargyro paratas ex corpore expelluntur, iiſque expulſis excreſcentiae cutaneae in genitalibus viciniſque partibus plerumque ſine medicinis externis contrahuntur, et ſponte abeunt. Eadem ſpes de polypis ab cauſſa ſimili luxuriantibus eſſe poteſt. Aqua mercurialis tam mitis et diluta, vt rodere nullo modo poſſit, extrinſecus ſubinde adhibita curationem eam iuuare poteſt. Sin malum vetuſtius eſt, eadem quidem facienda ſunt, ſed tum vtplurimum vitium radices altiores cepit, ſic vt oſſium iactura quaedam fiat. Scrophuloſus corporis habitus ſimilem, quamuis paulo mitiorem medicationem expoſcit. Poteſt autem vtroque caſu aegroti procliuitas in fluxus ſanguinis magnam moderationem a medentibus requirere. Si neutrum eorum vitiorum eſt, homo vero et ante ortum polyporum et ortis iis ipſis ſanguinem crebrius ex naribus ſtillantem habuit, neque genus vitii prauorum humorum exquiri poteſt, eorum tamen tenuitatem et acrimoniam quamcunque ſubeſſe credibile eſt. Itaque generalibus remediis vtendum eſt, tanquam aquis mineralibus diluentibus magis quam ſalinis, ſero lactis, lacte ipſo, decoctis radicum demulcentium, alimentis et blandis et concoctu facilibus etc.

Curatio extrinſecus adhibenda multiplex proponitur. Si baſis excreſcentiae latior eſt, atque ſedes eius manus et ferramenta chirurgi admittit, expeditiſſima ratio haud dubie eſt, ſi luxurians caro ſcalpello reſecatur. Verum raro adeo in propinquo et propatulo malum eſt, vt rationi ei locum concedat. Proponunt igitur vſum medicamentorum, quorum longam enumerationem exhibet HEISTER in *Inſtit. Chirurg.* At vero niſi ad locum eum ipſum, vbi polypus radicatus eſt, medicamentum peruenire tandem poſſit, malum per rodentia et adurentia redditur peius. Si tamen ea ſint ex genere eorum, quibus acidum minerale quoddam adhaeret, atque ſi valde diluta iterum iterumque ac ſaepius admoueantur, vaſa polypi contrahendo prodeſſe aliquando poſſunt ſic, vt polypi radix exſucca reddita facilius a ſubiectis partibus ſoluatur.

 Polypos

Polypos conſtrictione circumpoſitorum] vinculorum curari nouum non eſt. Cum vero prodeſſe haec ratio nequeat, niſi vinculum in ipſo ortu polypi aut certe in viciniſſima propinquitate eius circumiici queat, in remotioribus narium partibus radicati polypi curationem hanc non permittunt. Et tum quoque, quando filum ad polypi radicem peruenire poteſt, eius conſtrictio difficultatem affert. Inventum eſt a LEVRETTO machinamentum quoddam, quo difficultas ea ſuperatur. Deſcriptum delineatumque eſt et in *Comment. Acad. Reg. Chir. Pariſ.* T. III. et in libro ſingulari, cuius inſcriptio haec eſt: *Obſervations ſur la Cure radicale de pluſieurs polypes* etc. *Paris* 1749. Adhiberi non poteſt, ſi polypus nares prorſus implet.

Illa ratio polypum mediante forcipe tollendi, luculenter a PLATNERO deſcripta eſt. Si vulgaris forceps ob ſingularem polypi habitum et molem non ſatis commoda fuerit, chirurgus non omninò obtuſus ſibi parari aliam curabit. Niſi radici proxima polypi pars forcipe apprehendi poſſit, ſaepe fit, vt non extrahatur totus polypus ſed rumpatur. Sequi multum ſanguinis ſolet. Cunctandum tum non eſt ſed danda forceps iterum in nares, vt relicta pars quoque, partim leniter trahendo partim huc illuc vertendo ſeu contorquendo forcipem, protrahatur. Polypi albidi mucoſum humorem plorantes extractionem haud admittunt. Plerumque etiam origo altior eſt, quam vt ligatura fieri poſſit. Potior medela a mutatione totius habitus corporis ſperari poteſt; qua facta quaedam ex antea tactis medicamentis moderate fibras et vaſcula adſtringentibus, ſeu mercurialibus ſeu ſaturninis, attrahi naribus aut ſiphone iniici poſſunt —. De Polypis Liber LEVRETI ſupra citatus euoluatur.

HERNIA.

§. 788.

Herniae nomen, quod olim in obſcoenis fuiſſe videtur *, hac noſtra vero aetate honeſte dicitur, commune eſt variis tumoribus, qui in abdomine fiunt, et qui caeteroquin, et ſede, et natura, et ortu, non parum inter ſe diſcrepant.

* CELSVS L. VII. Cap. XVIII.

§. 789.

Duae arteriae vnaque vena, quae ex foetu ortae ad ſecundas pertinent, in hoc, quamdiu is ſucco materno

terno alitur, ſanguinem recipiunt, in adultis vero in ligamenta degenerant. Hae arteriae venaque conteguntur peritonaeo, quod ibi plicatum eſt. Haec vero ligamenta, quibus adhuc aliud ex vracho, e veſica educto, accedit, ad vmbilicum inter ſe iunguntur, et velantur comprehenduntur que tunica, quam ſibi a peritonaeo adſciſcunt. Cum hac traiiciuntur per circulum neruoſum vel tendineum, qui in linea alba, communique abdominis muſculorum tendine eſt. Ab hoc enim circulo vmbilicus oritur, qui in foetu ad ſecundas fertur, poſt partum autem praeciditur. In hac ſede, ſi ille circulus, quem ex tendine eſſe dixi, ex varia cauſa ſe remittit et laxatur, viſcera abdominis peritonaeum premunt, quod etiam, quia id ſolum inteſtina non ſatis continere poteſt, grauatur, diducitur et ab irrumpentibus, tum epiploo, tum inteſtino, diſtenditur. Si vero illud intentum cutim, ipſumque vmbilicum, attollit, is indecore prominet, et vitium communi nomine ἐξόμφαλος, vel ἐξόμφαλον πάθος, vel ὀμφαλοκήλη dicitur. Si tumor ſolum omentum continet, vocatur ἐπιπλοόμφαλος, ſi ſolum inteſtinum, ἐντερόμφαλος, ſi vero vtrumque, ἐντεροεπιπλοόμφαλος appellari poteſt *.

* Vid. GALENI Defin. Tom. II. p. 274.

§. 790.

Eſt aliud herniae genus, quod in variis abdominis ſedibus oriri poteſt, et de quo, propter raritatem, inter autores parum conſtat, qui id, quod non cognoverant, praetermiſerunt. Vocant herniam ventralem, quae oritur in iis locis, vbi in muſculis tranſuerſis abdominis fibrae inter ſe diductae ſunt. Si in haec loca, quibus adeps innaſcitur, preſſum ex variis occaſionibus peritonaeum irrumpit, illudque etiam diſtenditur, viam quoque reperiunt, et omentum, et inteſtinum.

Accidere etiam poteſt, vt hoc vitium ex vulnere abdominis, muſculos ad peritonaeum vſque penetrante, enaſcatur, vtque haec membrana, quia muſculis haud tegitur, ab iis, quae intus ſunt, diducatur. Atque aliter quoque id fieri ſolet, vbi patentiori plaga cum muſculis etiam peritonaeum diſciſſum, et, curato vulnere, cicatrix minus confirmata relicta fuit, quae ab intus prementibus diſtendi et diduci poteſt.

† Hernias ventrales in quouis abdominis loco progenitas protruſaſque ſtudioſe collegit IOSEPH. TADD. KLINKOSCH *Programmate de diuiſione herniarum, Pragae* edito 1764.

§. 791.

In vtroque inguine ſuper os, quod ſub pube transverſum, pectinem vocant, deſcendunt in viris vaſa ſpermatica, quae contextu celluloſo comprehenduntur, quem ſibi ab eo, qui ſub peritonaeo eſt, adſciſcunt. Hunc, qui in alterum teſtis velamentum, ſeu tunicam vaginalem, vertitur, vulgo proceſſum peritonaei appellant, quem tamen a vero peritonaeo diſtinctum eſſe, ex his intelligitur. In foeminis ad naturalium oras per eandem viam deſcendunt etiam minores arteriae atque venae, quae ſimili contextu celluloſo veſtitae, et alieno nomine ligamenta vteri rotunda vocantur. Haec vaſa, quae in vtroque ſexu in abdomine ſub vero peritonaeo ſunt, quo omnes partes, generationi inſeruientes, conteguntur, ſub illa membrana ad foramen oblongum arcuatum feruntur, quod in eo tendine eſt, quem habet muſculus obliquus externus, accedente etiam tendine obliqui interni. Nam ab hoc vltimo, et quandoque etiam a carnibus muſculi tranſuerſi, in viris, incipit ille muſculus cauus, cremaſter dictus, qui tertium teſtis velamentum, vel tunicam erythroideam, conſtituit. Foramen vero illud, quod annulum vocant, arcum repraeſentat, cuius crura pectini et huius mediae atque anteriori

teriori cartilagini oblique inſiſtunt. Et hoc foramen crebrius diducitur, atque per id deſcendit diſtentum peritonaeum, in quod et omentum et inteſtinum ſuo pondere deuoluuntur. Quamdiu tumor in inguine eſt, et quaſi bubonem mentitur (127), βȣβωνοκήλη nomen habet. Si vero illa, quae ſubſunt, ad inferiores etiam partes niſa, viam inueniunt, ea in viris ſcrotum paulatim diducunt, quod vitium ὀσχεοκήλη vocatur. In foeminis ex eadem occaſione vaſtius tument pudendorum labra, quod tamen herniae genus in his peculiari denominatione haud diſtinguitur. Sed vero in vtroque ſexu omne genus herniae a retento in tumore omento ἐπιπλοκήλη, et ab inteſtino incluſo ἐντεροκήλη vocatur. Si vero vtrumque ſubeſt, illud ἐντεροεπιπλοοκήλη haud paucis dicitur.

§. 792.

Arteriae atque venae, quae iliacae dicuntur, ex abdomine ad femora pedeſque deſcendunt et nomen habent cruralium. Vbi vero ex abdomine educuntur, illae ab oſſe ileo ſuſtinentur, quod hac ſede cum oſſe pectinis committitur et ſinuatum eſt. Arteriae autem atque venae ſuper muſculos pſoas et iliacos feruntur, conteguntur que ligamento quodam, quod ab inuentoribus ligamentum FALLOPII *, vel POUPARTII **, appellatur. Iſtud formatur ex aponeuroſi, vel tendine, muſculi obliqui externi, qui et oſſis ilei ſpinae, tum ſuperiori, tum inferiori, et tuberi oſſis pectinis inhaeret. Is tendo dum in interiora quaſi inflectitur, et cum obliqui interni tendine committitur, craſſeſcit et maiorem etiam duritiem habet. Sub hoc igitur ligamento, vel, vt alii *** volunt, muſculorum tendine et aponeuroſi validiori, quibus accedunt fibrae ex faſcia lata, educuntur illae maiores arteriae atque venae. Et hac parte, ſi hoc ſic dictum ligamentum

premitur, diduciturque vel laxatur, peritonaeum in tenditur, et omentum ac inteſtinum deſcendunt. Herniam cruralem, vel μηροκήλην recentiores appellant.

* FALLOPIVS in Obſeru. Anat. p. 91. et in Inſtit. Anat. ab initio.

** Vid. H. A. R. Sc. MDCCV. p. 64.

*** Negatur a MORGAGNO Aduerſ. III. Animadu. I. COWPERO in Myotomia p. 2. Tab. XIV. XV. HEISTERO in Compend. Anat. not. IV.

§. 793.

His adhuc addi poteſt rarum herniae genus, ſi veſicae pars per eum muſculi obliqui arcum (791), vel, vulgo ſic dictum, annulum, irrumpit, et, vel in inguine prominet, vel teſtis tunicas diducit et in ſcrotum deſcendit.

* Vid. Comm. A. R. Sc. MDCCXIII. p. 146. RVYSCH Obſ. Anat. Chirurg. XCVIII. IO. SALTZMANNI Diſſ. de Veſicae vrinariae hernia, Arg. MDCCXXXII.

† Veſica in foeminis aliquando etiam in vaginam vteri prorumpens ſpeciem herniae ſiſtit. Multo plures hernias veſicae compilauit KLINKOSCH l. c. quem inſpice, ſi lubet. Enumerauit praeter ea vir doctus plures imi ventris partes herniofos tumores ingredi ſolitas, addiditque obſeruationem de herniae inſolito genere; tumore enim ligamentum hepatis rotundum receptum fuit. Ouaria quoque hernia comprehenſa refert idem, plane ſingularem tamen caſum narrat POTT in *Chirurgical-Obſervations*, London 1775.

§. 794.

In omnibus his herniis frequentiſſimum eſt, peritonaeum diduci, atque multum extendi, rarum vero, illud rumpi. Hoc tamen aliquando fieri poteſt, praecipue, ſi illa ſedes, in qua hernia eſt, vehementer percuſſa fuit.

* Cum veteres exiſtimarent, hanc tunicam, ſeu peritonaeum, frequentius in herniis ruptum eſſe, ortum Germanis vocabulum, *der Bruch*. Negant tamen plures, et inter hos RVYSCHIVS, peritonaeum vnquam rumpi, Aduerſ. Dec. II. p. 9.

p. 9. Id vero fieri, obſeruatione PETITI confirmat GARENGEOT Oper. Tom. I. C. VII. Art. IV. Obſ. XVI. p. 329. et, vt videtur, vel eadem, vel fere ſimili, hiſtoria SALTZMANNVS in Diſſ. de hernia veſicae §. 21. p. 34. Homo, hernia laborans, percuſſus fuit a calcitrante equo, et mox rupta herniae tunica, ſeu peritonaeum, magnaque moles inteſtinorum deuoluta fuit.

† RVYSCHIVS non eſt inter primos, qui hernias plerumque non a rupto ſeu a laxato diſtentoque peritonaeo fieri dicerent. PAVLVS AEGINETA Lib. VI. C. 65. AETIVS *Serm.* II. C. 23. olim ita exiſtimarunt.

§. 795.

Si igitur herniae vocabulum tumorem ſignificat, qui oritur, ſi partes quaedam molles ſitum praeter naturam mutant, et in varias ſedes prolabuntur, his modo commemoratis ſpeciebus proprium herniae nomen eſt. Hoc vero vocabulum etiam abuſiue et translatione facta aliis tumorum generibus accommodatum fuit, qui herniis vulgo adnumerari ſolent.

§. 796.

Vmbilicus interdum intumeſcit, ſi humore diſtenditur, id quod in aſcite crebrius fieri ſolet, dum ille tendineus circulus (789), mole aquarum preſſus, ſe remittit. Crebrius etiam in omphalocele (789) in dilatatum peritonaeum humor contrahitur, et eo loco cum epiploo et inteſtinis reperitur. Ὑδρόμφαλον vocant hoc tumoris genus, quod plerumque cum iis vitiis eſſe, non vero facile per ſe oriri, videtur. Πνευματόμφαλον oriri poſſe, ſeu ſolum ſpiritum in intentum peritonaeum irrumpere, plures dubitare videntur *. Crebrius vmbilico carnes increſcunt, modo integrae, modo carcinomati ſimiles, quod valetudinis genus σαρκόμφαλος appellatur.

* Exemplo, non tamen ſatis luculento, probauit HEISTERVS Inſt. Chir. P. II. Sect. V. Cap. 114. §. 2. p. 784.

§. 797.

§. 797.

Humor contrahitur in cellulas alterius tunicae quae teſtem comprehendit, et quae vaginalis dicitur Plerumque humor inter mediam et imam tunicam, ſeu inter albugineam et vaginalem, conſiſtit, quandoque inter ſummam, quae erythroidea dicitur, ſeu inter muſculum cremaſterem et mediam. Vbi humor increſcit et mediam tunicam perrumpit, in vtraque ſede circumfluere poteſt. Incidere ſolet, vt, ſi in bubonocele, vel oſcheocele, intus compellitur omentum et inteſtinum, peritonaeum vero diſtentum elongatumque et per annulum deuolutum relinquitur, idque a vinctura extrinſecus admota comprimitur, etiam in hanc tunicam, vel, vti vulgo vocare ſolent, ſaccum humor contrahatur, vtque interdum tunica in ſumma parte arctetur et claudatur. Ὑδροκήλην hoc valetudinis genus appellant.

* Vid. LE DRAN Obſ. LXXV. Tom. II. p. 162.

§. 798.

Etiam ipſe teſticulus indureſcit, et in eo ſcirrhus fit. Vel inter tunicas ipſis etiam arteriis veniſque, ex quibus teſticulus dependet, carnes (796) increſcunt: Σαρκοκήλην Graeci vocant.

§. 799.

Praeter haec vitia, integris etiam tunicis atque teſtibus, illae modo commemoratae arteriae venaeque, quae ad teſticulum pertinent, intumeſcunt, quae quaſi intortae ac conglomeratae, et viſui ſubiectae ſunt, et inaequales prementi digito renituntur, quod tumoris genus κιρσοκήλην vocant.

§. 800.

Raro haec tumorum genera ſola ſunt, ſed ſaepe alterum alteri accedit. Inde etiam plura nomina et curantibus maiores difficultates oriri ſolent.

EXOM-

EXOMPHALOS.

§. 801.

In hoc, ſi inteſtinum prolapſum eſt, tumor nec durus, nec mollis, eſſe ſolet, qui retento ſpiritu creſcit, vbi vero homo reſupinatus eſt, is vel ſponte deſidit, vel digito preſſus ſonat, et cum quodam quaſi murmure retro compellitur. Vbi vero omentum eſt, caetera ſimilia ſunt, tumor autem mollior, in quo ſtrepitus haud percipitur. Vbi vtrumque eſt, indicia etiam mixta ſunt.

† Si proprie et ſtricte loqui velis, hernia vmbilicalis dicitur ea, cuius ſedes eſt vmbilicus. Laxiori ſenſu LE DRAN et ante eum PALFIN aliique vmbilicales nominant eas quoque quae per omnem lineae albae longitudinem fiunt. Vid. LE DRAN *Traité des Operat.* p. 238. Verum eas ad ventrales rectius referri liquet.

§. 802.

Frequens hoc vitium infantibus eſſe ſolet, quibus vmbilicus, poſtquam is praeciſus fuit, non recte curatus, aut faſcia non ſatis adſtrictus fuit. Si etiam his vmbilicus inflammatur, ad eum confluit humor, quo ille circulus laxatur. Nec parum confert puerorum, quem ſaepe ingentem edunt, vagitus. Foeminis etiam hoc ex grauiditate partuque incidit. In viris hoc herniae genus rarum eſſe ſolet, in quibus tamen aeque, ac in foeminis, illud enaſci poteſt, ſi abdomen valentius premitur, vel concutitur.

§. 803.

Non ſine periculo eſt omphalocele. Nam, ſi inteſtinum prolapſum fuit, aliquando eo delabitur ſtercus, ex quo, vt et ſpiritu retento, illud vaſtius tumet inflammaturque. Adiiciuntur dolores, vomitus, febres, et tandem, increſcente inflammatione, ac ſuperueniente gangraena, homo, niſi minime diſtans curatio

tio adhibeatur, praecipitatur. Rarius incidit, vt omentum, ſi id ſolum eiuſque maior modus per illum circulum perrupit, et ab hoc premitur, inflammetur.

§. 804.

Si ea, quae proruperunt, non intus compelluntur et arctius circumdata faſcia continentur, etiam metus eſt, ne ille ſaepe commemoratus circulus et intentum peritonaeum, neque hoc, et inteſtinum ac epiploon inter ſe glutinentur. Nam haec res in omni hernia periculum auget, cum ea, quae ita adhaerent, ſine ſcalpelli opera inter ſe diduci ac retro compelli nequeant.

§. 805.

De omni etiam herniarum genere, in quo per varias ſedes inteſtinum atque epiploon deuoluta ſunt, illud tenendum, eas curari poſſe in infantibus, quorum corpora augeſcunt, ſola adhibita vinctura. In adultis vero vinctura morbum non tollit, ſed leuat, et, ſi recte accommodata eſt, hominem ſine periculo eſſe ſinit.

§. 806.

Igitur, ſi exomphalus in puero eſt, is reſupinari debet, et, quod prolapſum eſt, digito premi, vt id in ventrem relabatur. Vmbilico autem et ſinui, qui in eo eſt, imponitur cera, quae fere pileolum repraeſentat, ima parte, qua cuti imponitur, globoſa, ſuprema parte latior. Huic imponi poteſt emplaſtrum, ſuperfulciendi vero ſunt panni gradati. Omnia comprehenduntur faſcia, quae abdomen circumit, et quae paulo valentius adſtringitur. Neceſſe vero eſt, vt haec per plures menſes ſuperhabeantur, et, vbi faſciam reſolui oportet, ea diligentia adhiberi debet, ne ea, quae in ſuas ſedes reducta fuerunt, iterum deuoluantur.

§. 807.

§. 807.

Adultis vero neceſſarium eſt lorum, cui pila aſſuta eſt ex ſubere, panniculis, vel coactili, facta, et aluta contecta, quae tumore, poſtquam is, repulſis omnibus, deſedit, accommodatur. Cum haec, quae diutius ſuperhabentur, ſudore conſpurcari, cutis vero exulcerari ſoleant, inter pilam et cutim linteolum mundum, vel panniculus quadratus coniiciendus eſt. Faſcia, vel lorum, melius continet, ſi ei adiiciuntur duae habenae, quae vtrinque a ſcapulis deſcendunt, ita, vt dexterior ſiniſtra, ſiniſterior dextera procedant, et quae ſic, tum in tergo, tum in ventre, illi loro adſuuntur. In valde obeſis quandoque neceſſarium eſt, vt alia habena a poſteriori parte per perinaeum ad ventrem detur et priori adſuatur. Magis tamen opportunum eſt, ſi, loco faſciae, ſemicirculus ex chalybe, cui pila affixa eſt, abdomini recte et curatius aptatur, et is, mediante loro, adſtringitur.

§. 808.

Inteſtina vero et epiploon, quae, nec intus compelluntur, nec tali vinctura continentur, inflammari nonnunquam ſolent. Hoc vero incidit poſt frigora, vel, ſi venter valde adſtrictus eſt, ſi adſumpta fuere, quae refrigerant et inflant, et aliena ſtomacho ſunt. Huius rei notae ſunt: dolor, tormina, vehemens inflatio, crebrior vomitus, et, ſi nec aluus, nec ſpiritus, infra tranſmittitur. Tandem adiicitur vomitus biliosus et mali odoris, imo ipſum ſtercus per os redditur, quod morbi genus εἰλεὸν medici vocare conſueverunt.

§. 809.

Vt vero ea, quae prolapſa, diſtenta ac inflammata ſunt, intus cogi queant, plurimum confert, hominem recte iacere. Ei reſupino tum caput, tum coxae

a miniſtris erigendae ſunt *, ilia vero ab alio vtrinque comprimenda. Tumor recta digitis deorſum premitur, ita, vt priora ſemper condantur, quae poſteriora prolapſa ſunt. Situs ſubinde mutandus et venter parumper concutiendus eſt.

* Neceſſe eſt, vt hoc ab aliis fiat, vtque aegri muſculi, praecipue recti, et alii abdominis ſe ab omni actione remittant.

§. 810.

Si vero ea in ſuas ſedes reduci nequeunt, experienda medicamenta ſunt. Super tumorem dari poſſunt cataplaſmata ex pane candido, lacte et oleo. Vel ex lacte coquuntur radix althaeae, maluae, herba meliloti, flores ſambuci, verbaſci, ſemen lini, donec cataplaſmatis craſſitudo ſit, et additur oleum. Opportuna etiam eſt lana oleo madens et ſuccida *. Haec omnia calida eſſe oportet. Nocere poteſt et nimius humor et frigus. Nimius tamen calor etiam offendit, et fibras ad validiorem contractionem excitat.

* Sunt, qui pellem leporis, vel lini faſciculum, ex lacte calido oleoque exprimunt et imponunt.

§. 811.

Interea venter ſuperinungi poteſt oleo, quod roſam excepit. In aluum vero infundi debent lotiones, tum mollientes, tum paulo acriores. Eas iterari oportet, quamuis venter nihil excernat, et ipſa etiam lotio intus maneat. Non raro opem fert fumus peti, ſi is ſimili ratione, vel per fiſtulam ad id accommodatam in aluum immittitur.

§. 812.

Cum his dari debet oleum amygdalarum dulcium recens, quod cum cereuiſia miſceri poteſt, adiecto ſemine cumini, bene trito. Multi vinum Maluaticum cum oleo miſcent, et eius cyathum aegro propinant. Inter-

Interdum, vbi omnia fruſtra adhibita fuere, opem tulit ſanguinis miſſio, qua vero eius non parum detrahi debet. Ex iam dictis apparere poteſt, omnia, quae, intus ſumpta, calefaciunt, nec non, quae refrigerant et inflant, et, quae ex ſpiritu vini parata proſtant, aliena eſſe.

§. 813.

Si vero epiploon et inteſtinum, quae inflammata ſunt, his fomentis in ſedes ſuas reduci nequeunt, ad incidendum tumorem feſtinare neceſſe eſt. Haec tamen chirurgia inanis eſſe ſolet, ſi ea iam gangraena tenet. Cuius rei notae ſunt: tumor mollior, ita, vt ſinus digito impreſſus maneat, cutis liuida, et dolor ſe multum ſine leuatione remittens, maiorque imbecillitas (conf. 172. 173.)

§. 814.

Vbi omnia recte repulſa fuerunt, dolor, inflammatio, et alia mala ſigna, ſe mox remittunt. Interdum, quamuis omnia deſediſſe videantur, tamen inflammatio, dolor atque febris, quibus homo vrgetur, et quae timeri poſſunt (804), haud conquieſcunt, ſed continuantur. Id quod non ſolum in hoc herniae genere, ſed in omnibus aliis euenire poteſt. Solet enim incidere, quia inteſtina iam grauis et magis diffuſa inflammatio tenet, vel, quia inteſtinum, quod ex vehementiori commotione ac vomitu vertitur, implicitum, et quaſi inuolutum eſt, recentiores voluulum vocant, vel etiam, quia illud peritonaei elongati tunica, cum qua intus compulſum fuit, arctius comprehenditur et ſtrangulatur (789. 791. 792). Nec facile inueniuntur notae, quae oſtendunt, ex qua occaſione inteſtina laborent. Scire tamen licet, inflammationem non in ea parte inteſtinorum, quae prolapſa fuerat, conſiſtere, ſed magis diffuſam eſſe, ſi dolor totum

ventrem infeſtat, et vehemens huius inflatio eſt. Si inteſtinum implicitum fuit, inueniri poteſt manu impoſita mali locus, qui vehementer dolet, et digito renititur. Vbi autem inteſtinum peritonaei tunica ſtrangulatur, eo tempore, quo id manu coactum in ventrem relabitur, haud ſonat, et in cute ſuper vmbilicum, nec non ſuper muſculi obliqui annulum et ligamentum Fallopii, quaſi ſinus quidam manet depreſſior, quem digito ſentire non difficile eſt. Si primum eſt, homo ſeruari nequit. In altero experienda ſunt, quae medici in ilei et voluuli curatione praecipiunt, et ex his etiam mercurius, cuius magnum pondus deglutire iubent, quo inteſtina explicentur. In vltimo caſu neceſſaria ſcalpelli opera eſt.

* Vid. LE DRAN Obſ. LVIII. T. II. p. 18.

§. 815.

Hominem autem, quem ſcalpello curari oportet, neceſſe eſt, reſupinum, et ſuper ſcorteum puluinum, ita collocari, vt pectore et coxis demiſſioribus ſit, vmbilico vero erectiori. Eum etiam duo praeualentes miniſtri, pectori ac cruribus incumbentes, continere debent. Inciditur ſuper tumorem intenta cutis, plaga recta, et, ſi tumor maior eſt, etiam duabus lineis tranſuerſis. Magna vero moderatio adhibenda eſt, vt ſola cutis aperiatur. Nam quandoque, quamuis rarius, ſi peritonaeum ruptum eſt, protinus ſub ea et adipe inteſtinum eſſe ſolet. Si vero peritonaeum integrum eſt, ſecta cute conſpicitur aliquod quaſi reticulum, quod nihil aliud eſſe videtur, quam tunica celluloſa, qua peritonaeum contegitur, alioquin tenerior, iam vero vexata, inflata et tumida, in quam non raro etiam humor contractus eſt. Haec tunica leuiſſima manu ſecanda, et vulnus ſedulo, obiectis ſanguini linamentis, vel ſpongia, detergendum eſt. Neque

chi

chirurgus periclitetur, ne inteſtinum, quod ſubeſt, laedatur.

§. 816.

Tandem vero, vbi ad imam tunicam, ipſumque peritonaeum, peruentum eſt, illud etiam incidi debet. Summa itaque moderatione adhibita illa tunica digitis prehenſa leuanda, et, facta prius minori plaga, pertundenda eſt, mox autem demiſſo ſpecillo, ſulcum habente, et ſcalpello, vel forfice incurua, quae retuſum mucronem habet, latius aperienda. Aperto ſic tumore, ea, quae proruperant, intus compelluntur (687. 688). Si vero quaedam ex omento vitioſa ſunt, vel induruerunt, illa praecidi debent. Quod ſi vel hoc, vel inteſtina peritonaei tunicae, vel haec circulo inhaereſcunt, et glutinata ſunt (804), neceſſe eſt, illa inter ſe, non tam ſcalpello, quam digito, vel ſcalpelli manubrio, diducere. Hoc autem non raro incidit, ſi nondum repoſito omento et inteſtino vinctura iniicitur, illaque et elongatum peritonaeum aliquantum comprimuntur. Si vero res cogit ſcalpello vti, illud ſemper quam maxime ab inteſtinis debet abduci. Opportunum eſſe poteſt ſcalpellum Petiti, quod aciem habet non admodum acutam (698).

§. 817.

Nonnunquam res poſtulat, vt; ſi eorum, quae in contractiorem circulum (689) irruperunt, maior modus eſt, is incidatur, quo magis pateat. Id fieri poteſt illis ferramentis, quae ſupra (689. 690. 691) propoſui, obſeruatis etiam omnibus, quae in ventris vulneribus curandis alias praecepi (694).

§. 818.

Repoſitis omnibus, vulneri imponi poteſt glomus, ſeu pila, ex linamentis facta (21. fig. 11). Superdantur panni et iniicitur faſcia, quam mantile vocant cum

 ſuſpen-

fuſpenſorio (623. 639. 700). Neceſſe eſt, vt aeger ſe contineat atque reſupinus decumbat. Oportet etiam vti ſanguinis miſſione, abſtinentia et lotionibus in aluum immiſſis. Peſtifera ſunt omnia, quae inflant, opportuna autem, prae aliis, iuſcula ex auena, hordeo, et ſimilibus cum ptiſana.

§. 819.

Obſeruatione cognitum eſt, eos, quibus in hoc et aliis herniarum generibus magnus modus omenti et inteſtini deſcendit, raro ſeruari, quamuis curatio bene ceſſiſſe videatur, omniaque ſine noxa fuerint retro coacta. Nam omnia abdominis viſcera ab inſolito pondere premuntur atque male afficiuntur *.

* GARENGEOT Op. T. I. p. 359.

§. 820.

Quamuis vero omnis curatio finita, vulnuſque ad cicatricem perductum fuerit, non omnis tamen metus ſublatus eſt. Non raro enim ea, quae repulſa ſunt, diducta minus valida cicatrice, iterum in illum circulum irrumpunt, quare oportet vmbilicum pilae atque vincturae ſubiicere. Quandoque, et praecipue, ſi homo iam adoleuit (805), illa vinctura per omnem aetatem neceſſaria eſt (806. 807). Id vero non ad exomphalum ſolum pertinet, ſed commune eſt omnium herniarum, ſi omentum et inteſtina exceſſerunt, et inciſa cute in ſuas ſedes iterum reducta fuerunt.

† Exomphalon vulgo pila hemiſphaerica vna et vinctura retinere ſolent chirurgi. Sed etiamſi pila ſatis magna initio circulum vmbilicalem ita obturat, vt hernia repreſſa videatur, poteſt tamen eum progreſſu temporis ampliare, atque adeo cauſſam morbi adaugere. Quamobrem praeſtat pilas oblongas duas capitibus duobus vincturae affigere, capitum vero alteri clauum vncinum alteri ligulam aſſuere. Vincturae pars media dorſo, capita illa pilis armata oblongis vmbilico applicantur ſic, vt circuli vmbilicalis partes laterales verſus mediam vrgeantur. Pilas in ſitu eo retinet clauus vncinus et ligula per eum data. Vid. *Mémoires et Obſervations de Chirurgie* etc. par TRECOURT. A Bouillon. 1769.

HERNIA

HERNIA VENTRIS.

§. 821.

Minus peritos hoc herniae genus fallere poteſt, iiſque opinionem abſceſſus facere, ſed vero, tum ortu, tum variis ſignis, quae cum hernia eſſe ſolent, non parum diſcrepat. Vbi enim inteſtinum ſubeſt, illud vehementiſſimos abdominis dolores affert, et ſtomachum etiam afficit, vt, tum ea, quae aſſumpta ſunt, tum bilis, tandemque, ingraueſcente morbo, etiam ſtercus, per os reddantur. Tumor plerumque magnus non eſt, qui quandoque enaſcitur, ſi interior abdominis membrana ex ictu vehementiori, retento diutius ſpiritu, vel ſub graui etiam faſcia, aliaue occaſione, diducitur. Hanc herniam in nonnullis ſedibus et quandoque ex vulnere oriri, quod muſculis abdominis, vel ſolis, vel cum his etiam peritonaeo, illatum fuit, iam alias (790) retuli.

† Hernia ventris *fieri* poteſt in quauis ventris regione et facta legitur in linea alba, tum ſupra tum infra vmbilicum, in regionibus vmbilici lateralibus, in linea ſemilunari, in regione epigaſtrica, in iliis, in regione hypogaſtrica laterali, prope annulum, ſupra pubem, in vagina muſculorum rectorum, iuxta muſculos abdominis alios, per ouale foramen oſſium peluis, per inciſuram iſchiadicam, ad perinaeum, ad dorſum, in vaginam prolapſam aut vterum prolapſum et inuerſum, in pectus aut per ſolutum aut relaxatum diaphragma, aut per foramina diaphragmatis dilatata, aut per vulnera eius; denique in toto ambitu anteriori abdominis in ſaccum extenſa. In herniis illis ſede adeo diuerſis diuerſae quoque partes contineri quiſque videt. De his omnino legendus KLINKOSCH l. c.

§. 822.

Nec aliter curatur hoc vitium. Si tumor non cedit, et cum inflammatione eſt, neceſſaria ſunt fomenta (810), et oportet reſupinato recteque collocato corpore (687. 809) tumorem digitis premere atque cogere.

† Quodsi intestinum in hernioso tumore subest, idque inflatum, neque cum adiacentibus concretum, aqua frigida vel nix, tempestiue adhibita non raro ita contrahit intestinum, vt id vel sponte sub situ apto vel digitorum modesta contrectatione in debitum ventris cauum reprimatur. Fomenta calida tum saepe non modo non prosunt, sed spiritum intus conclusum expandendo nocent. Atque hoc item de aliis herniis intestini partem concludentibus dictum esto.

§. 823.

Si vero is magis obnititur, cutis incidenda est cum adipe et carnibus. Interior vero tunica, seu diductum peritonaeum, quod intestinum et omentum continet, relinqui potest, et, resolutis ab eo adipe ac carnibus, cum iis, quae continet, retro pelli. Vulnus glutinatur, eique aptatur vinctura (805. 806). Si tumor ea sede ortus est, qua olim vulnus fuit, illa interior tunica, si olim peritonaeum vulnere laesum fuit, subiecta non est (705), sed carnibus mox subest intestinum, vel omentum. Igitur, si res postulat tumorem incidere, circumspectius illud faciendum, et manus suspendenda est, ne intestinum laedatur.

* GARENGEOT Op. T. I. Art. VI. p. 367.

† Si ad scalpelli vsum ventum est, tum in hoc, tum in alio quocunque genere herniarum, magna prudentia et sapienti cunctatione scalpellum adhibere chirurgus debet; nulla enim hernia est, quae a reliquis omnibus non re aliqua differat.

BVBONOCELE.

§. 824.

Hoc herniae genus (791) fere frequentissimum est, praecipue viris. Oritur, si homo sub clamore et satietate, et sub aliquo pondere nititur, vel, si is totius corporis nixu grauiores fasces tollit mouetque, si labore ludoque contendit, luctaturque, tibias inflat, si is vomit, vel siccior, aluum duram reddit, et si foemina partum enititur. Oriunter etiam herniae

casu

casu ab alto, et si per hunc femina valentius inter se diducuntur, et illae musculorum aponeuroses atque peritonaeum (791. 792) laxantur. Nec non, si abdominis viscera, ictu extrinsecus illato, casu ab alto, praecipiti saltu, et quauis exercitatione, grauiter commouentur, si pectus et abdomen fasciis, thoracibus arctioribusque vestibus comprimuntur. Rarum esse videtur, nonnunquam tamen obseruatum, herniam ex terrore repente fieri *. His vero offensis magis obnoxia est infirmitas, et hominibus imbecillis, obesis, humidis, hydrope laborantibus, iisque, qui quotidie copiosum lac, oleum atque butyrum assumunt, vel qui se calida ingurgitant, saepe per haec, aliaque in abdomine loca, intestinum ac epiploon, descendunt.

* RVYSCHIVS Obs. Anat. Chir. p. 98.

† Est *hernia* in infantibus, quae vocatur *congenita*. Non ignota quidem fuit priorum temporum medicis, veruntamen nouissimis temporibus in lucem clariorem protracta. Fit autem circa id tempus, quo testiculus ex ventre imo in scrotum deuolutus secum deducit peritonaei productionem, cuius hiatus nisi mature satis contrahitur deleturque fortuito eò delapsum intestinum recipit, atque sic herniae initium facit. Vid. ALBERT. HALLERI *opuscul. Patholog. Obseru. XXVIII.* et eiusd. *Element. Physiolog.* T. VII. p. 412. seqq. POTT in *an Account of an particular Kind of rupture frequently-attendant in new born childern* etc. London 1757. HVNTER *in medical commentaries*, Part. I. London 1762. ARNAUD *Memoire de Chirurgie*, London 1768. Senes etiam herniis laborare solent, tum ob intestina magis magisque nitentia in annulos tum ob defectum vitalis virtutis in his.

§. 825.

Plerumque autem haec prius in inguina deoluuntur, in quibus etiam tumor buboni similis (123) ab initio paruus conspicitur. Huic nomen esse bubonocele, supra retuli (791). Ea vero, quae sic descenderunt, nisa, illud iter, per quod irruperunt, magis et magis diducunt, tandemque etiam in scroti tunicas

 viam

viam reperiunt. Incidere tamen poteſt, vt, ſi maior vis fuerit adhibita, repente et potenter diducantur illae aponeuroſes, membranae atque peritonaeum, vtque mox inteſtinum in ſcrotum deuoluatur.

§. 826.

Notas, quae in omni herniarum genere communes eſſe ſolent, alias (601) poſui, nec non eas, quibus bubonocele a bubone diſtinguitur * (123). Non ita expedita eſt diſtinctio bubonoceles ac herniae cruralis. Bubonocelem viris, herniam cruralem foeminis, frequentiorem eſſe, obſeruatione compertum eſt. Bubonocele propius a pudendis eſt, et in inguine paulo inferiori. Hernia cruralis in parte ſuperiori, et fere ſuper femur, prominet. Quare etiam, vbi inflammatio acceſſit, haec magis dolet, ſi tibia flectitur. Nam valentius adducitur faſcia lata, cui *μηροκήλην* aliquantum ſubiectam eſſe conſtat (501).

* Inter alia indicia et hoc eſſe poteſt. Imperandum eſt homini, vt tuſſiat, interea vero manus admoueatur tumori. Si bubo eſt, fere nullus in tumore percipitur motus, longe maior in hernia.

§. 827.

Subeſſe vero inteſtinum cognoſcitur, ſi tumor paulo magis digito renititur. Etiam, vbi ei inflammatio acceſſit, longe acerbus dolor, crebrior vomitus et deſidendi conatus eſſe ſolet, infra vero, nec aluus, nec ſpiritus, tranſmittitur.

§. 828.

Si vero omentum eſt, tumor mollior eſſe conſueuit, et aluus etiam redditur. Vomitus tamen nihilominus vrget, quia ab omento adducitur ventriculus.

§. 829.

Animaduerterunt, interdum non totam inteſtini fiſtulam in tumorem deſcendere, ſed vnam et inferiorem

rem eius partem, quae mole ſtercoris paulatim diſtenditur atque elongatur, ita, vt appendix quaſi quaedam et diuerticulum fiat, quod, quia ſtercus, et cum hoc etiam ſpiritus, in eo haeret, et, quia id comprimitur, etiam inflammatur *. Oriuntur dolores crebrioreſque vomitus, aliaque mala ſigna, ſed aluus reſpondet, cum ſtercus ſuper eam appendicem ad inferiora deſcendere poſſit.

* Vid. RVYSCHII Muſ. Anat. p. 63. fig. 3. Eiuſd. Theſ. VII. p. 10. T. VII. fig. 2. et 3. H. A. R. Sc. MDCC. p. 384.

† Auctor eius loci eſt LITTRIVS.

†† Tum ii ex hernioſis, quibus diuerticulum eiuſmodi natum eſt, tum omnino omnes fugiant voracitatem, flatulenta, frigus, nimiam exercitationem, nimios et aſperos corporis ſuccuſſus, ictus loci affecti, obſtructionem alui; ſatis igitur bibant, vtantur lubricantibus et carminatiuis, ſubinde aluum purgantibus quoque.

§. 830.

Si in bubonocele, et in omni hernia, ea, quae deſcenderunt, non retro compelluntur, tandem gangraena naſcitur, quae hominem breui inter frigidos ſudores neruorumque diſtentionem tollit. Maius vero periculum eſt, ſi ſolum inteſtinum ſubeſt, idque ſtercore accepto vaſtius tumet, quam, ſi cum inteſtino etiam epiploon deuolutum fuit. Vbi enim vtrumquee ſt, inteſtinum facilius in ventrem relabi poteſt. Vbi vero ſolum omentum deſcendit, idque comprimitur, vomitus dolorque non ita vrgent, nec inflammatio tam praeceps eſt, ſed magis lenta, quae vero, niſi illud reducatur, etiam morte finitur.

§. 831.

Ergo omne conſilium eo dirigendum eſt, vt ea, quae prolapſa ſunt, in ventrem reducantur. Eſt vero neceſſarium, vt cutis ſupra tumorem ſollicitius detergatur. Nam ſi illa humectata et lubrica eſt, tumor digitis commode tractari nequit. Tum oportet, red-

dita prius vrina, hominem resupinatum et coxis elatioribus esse, a ministro vero, non ab ipso aegro (809), aliquantum leuari caput atque pectus. Femur etiam, supra quod tumor est, chirurgum flectere oportet, et alium ministrum ilia vtrinque sursum versus premere. Tum digitis premendus est tumor, vt discutiatur, si quis intus est, spiritus. Tandem vero supremus tumor oblique et sursum, lineamque albam versus, in illud musculi foramen, seu sic dictum annulum, cogendus est, ita, vt semper, quae posteriora prolapsa sunt, priora condantur. Quae sic condita sunt, imposito alterius manus digito deprimantur, donec omne, quod prominebat, reuertat. Hoc, si intestinum est, cum murmure fit (809).

† Sunt, qui hominem herniosum eo casu ex pedibus suspendi iubent, vt partes in herniam ingressae, pondere suo nitentes in ventrem relabantur. De aquae frigidae vsu supra a me dictum est.

§. 832.

Si vero ea, quae prouoluta sunt, iam inflammationem acceperunt, et, quia nimium distenta sunt, haud reuertuntur, id quod ex variis occasionibus fieri supra (808) retuli, protinus confugiendum est ad medicamenta, quae molliunt, et quae ipsi tumori superhabentur (810), et alia, quae in aluum immittuntur (811), atque ore sumuntur (812). Periculum enim est, ne, cum diu frustraque per digitos tumor agitatur, mortifera inflammatio excitetur.

§. 833.

Quo vero repulsa ab inguine scrotoque excludantur et ventri immorentur, vinctura opus est. Fasciarum vero, quas περιζώματα appellant, varia genera sunt, et cuique chirurgo suus fere modus est. Iis, quibus abdomen circumdatur, adsuenda pila est, et huic proxime subiiciendus ille musculi obliqui sic

dictus

dictus annulus, sicque coercendum, tum intestinum, tum epiploon, tum etiam ea diducti atque elongati peritonaei tunica, siue saccus, quo ilia inclusa sunt. Pilae suprema pars aliquantum inniti potest inferiori ossis ilei spinae, nulla vero alia pars, neque os pectinis, ita valenter premi debet, quam ea modo descripta sedes. Huic etiam pila ita accommodari debet, vt eam non solum erecto corpore, sed sub eius etiam et membrorum quocunque flexu aequaliter, et sine intermissione, premat. Periculum enim est, vbi inguina flectuntur, homoque sedet, vel equo, curruque, vehitur, ne, dato inter inguen et pilam spatio, intestinum iterum deuoluatur. Igitur multi vtuntur perizomate, quod ex ferro fabricantur, corioque obducunt, et cui pilam affigunt, quae, vel elaterem habet, vel trochulum, vt, adducto etiam femore, pila altius in inguen deprimi possit. Fasciae lineae, vel ex corio factae, vix satis continent, et quouis corporis nixu diducuntur. Accedit etiam lorum, vel habena, per femina traiicienda, quae omnibus, praecipue foeminis, perincommoda esse solet. Nihil etiam nocentius periculosiusque est, quam, si sub vinctura non recte aptata, ea, quae retro compulsa erant, aliquantum reuertuntur, et a pila comprimuntur, non reprimuntur. Id enim mouere potest inflammationem, vel efficere, vt illae partes ea ratione, quam supra (804) proposui, inter se glutinentur, sibique inhaerescant, et post retro compelli nequeant. Ea curatione admota pueros ita restitui, vt vincturam tandem sine pernicie omittere queant, non vero adultos senesque, alibi dictum est (803).

† De compositione idoneorum perizomatum; vid. *Monument. Acad. R. Chir.* T. V. *Journal de Medecine*, par M. A. ROUX, Tom. XXXXIII. De curatione herniarum vsu externo medicamentorum causticorum perficienda vid. *Dissertation sur l' usage des caustiques pour la guerison radicale*

dicale des hernies etc. Par GAUTHIER, *à Londres* 1774. Sed vero etiam ea, quae ab aliis contra methodum eam dicta sunt in *Monum. Acad. R. Chir.* T. V. De vsu pulueris tenuissimi corticis quercini ad hernias sanandas vid. *Séances publiques de l'Academie de Chirurgie, à Paris* 1779.

§. 834.

Ad scalpelli vero operam decurritur, si, quae devoluta inflammataque sunt, reduci nequeunt, vel, quia stercore ac spiritu accepto intestinum vastius tumet, vel, quia id et omentum atque peritonaei tunica, nec non hoc ac ipse annulus inter se glutinata sunt. Festinandum vero est, et haec curatio recenti re adhibenda, neque, cum intestina iam gangraena tenet et summa imbecillitas, singultus, neruorum distentio, sudor frigidus, aliaque mala signa, ad vltima iam ventum esse, significant (813).

† Si intestinum vel a faecibus vel flatu distentum est, atque haec caussa sola subest, quam ob rem reddi in aluum id nequeat, ad vsum scalpelli non adeo properandum, quam si morbus statim ab inflammatione incepit vel iam cum ea est. Id intelligimus, si hernia vel ad minorem contactum dolet.

†† Anteaquam ad scalpelli operam decurras, aegrotanti et adstantibus, quae spes, qui metus subsit, significandum est. Prognosis autem varia est. Aut enim elapsae partes parum aut vix male affectae feliciter in ventrem redduntur. Aut partes eae gangraena iam affectae sunt, et homo hac perit. Aut haec, quia in loco non amplo est, vel quia non tam gangraena quam suppuratio est, hominem quidem non interimit, fit vero postea gangraena ex faecibus humoribusque ex superiori intestini aperti nec sat commode cum vulnere externarum partium connexa parte in ventrem subdole stillantibus. Aut erit anus factitius seu succenturiatus in inguine. Aut sanatio integra videbitur quidem, quando scilicet intestinum parum laesum, iam glutinatum et cum vicinis coalitum est, attamen, quia in loco eo contractum angustatumque id est, caussae ad varios morbos praedisponentis vice per futuram hominis vitam fungi poterit. Et cum nonnulli herniarum, quae reductionem sui adhuc admittunt, curationem efficacem secando faciendam nihilominus proponunt, eorum gratia huc loco commemorandum est, herniae non incarceratae operationem chirurgicam

multo

multo saepius lethalem euentum habere atque periculosiorem esse, quam quae herniae incarceratae, quam vocant, adhibetur, ac praeterea hernias, quae antea sat benignae visae essent, variis difficultatibus, non praeuisis, impediri, sic, vt chirurgiae huius administrationi moram nectent, atque intestini elapsi reductionem retardent; neque hoc cum in his curationibus, tum in aliis rarum esse, vt vel in sano caeteroquin corpore vitia intus recondita lateant, quae, operatione vel felicissime administrata demum euolvantur, et symptomata grauia moueant, quae periculum ingens mortemque minitentur; propter haec igitur rationi non congruere sectionem herniarum, quae reduci et adhibito idoneo perizomate retineri queant.

§. 835.

Prius autem oportet aluum lotione ducere, sanguinem ex incisa vena mittere, vesicam exonerare, et inguen, si pube contegitur, radere. Quod si vero inguen incidendum est, debet homo collocari supinus, ita, vt demisso capite sit, coxis vero elatioribus, isque a ministris contineri. Femur tamen, super quod tumor est, a quodam attolli debet. Chirurgus et minister digitis prehendunt super tumorem cutim, eam plicant, attollunt, atque per eam scalpellum rectum, cuius dorsum tumori obuertitur, traiiciunt, et eam sic aperiunt. Vbi cutis ex inflammatione valde intenta est, et plicari atque attolli nequit, ea ab exteriori parte deorsum versus incidi potest circumspectius. Plaga facta, adeps, quae nonnunquam valde induruit, non tam secanda, quam ferramento, scalpelloue retuso (*dechaussoir*) diducenda est, donec tandem ad herniae tunicam, quae ex peritonaeo deorsum versus subest; peruenitur. Rarius enim hanc ruptam et mox sub ea intestinum esse, alias dixi (794). Inter quae si sanguis fertur, oportet illum linamentis obiectis, vel spongia, occupare atque detergere, si vero arteria secta fuit, illam vincire.

§. 836.

§. 836.

Tunica peritonaei, quam vulgo ſaccum vocant, ſcalpello, quod leuiſſima manu teneri debet, eiusque mucrone, non tam ſecanda, quam paulatim radenda, et ita aperienda eſt, ne inteſtinum, quod ſubeſt, laedatur. Vbi minima plaga ſcalpello facta fuit, illa demiſſa forfice debet latius ſuper digitum aperiri. Plerumque humor exit, qui, ſi bonus eſt, non ſubliuidus, nec mali odoris, ſecuritatem pollicetur. Nam, ſi omnia, quae euoluta fuere, ſicciora ſunt, coniectura eſt, ea cum peritonaei tunica coaluiſſe. Quo vero commode poſſint reduci inteſtina, ea, ſi vaſtiora tument, adduci queunt, quo retentus ſpiritus et eo delapſum ſtercus latius diſſipentur (688). Si vero ille ſic dictus annulus ſtrictior eſt, et ob id refundi inteſtina nequeunt, oportet eum incidi et latius aperiri. Igitur miniſter educta inteſtina attollat, quo ea ſemper a ſcalpello longe ſint. Prae aliis huic chirurgiae idoneum eſt illud ſcalpellum, quod LE DRAN inuenit. Adhiberi tamen etiam alia ſcalpellorum et ferramentorum genera poſſunt (690). Incidendus vero ſic dictus annulus eſt, lineam albam et ſurſum verſus, ne arteria epigaſtrica vulneretur (692).

§. 837.

Epiploon vero, ſi id, vel ſolum, vel cum inteſtino, prolapſum, et ſine noxa eſt, etiam reduci leuiter ſuſpenſa manu poteſt. Si vero id induruit, vel iam inflammationem accepit, praeſtat, illud protinus lino deuincire et praecidere, obſeruatis iis, quae ſupra praecepi (683). Si quae peritonaeo iuncta ſunt, vel ſi hoc annulo inhaereſcit, ea ſcalpello non abſcindi, ſed eius manubrio, digito, vel ſcalpello PETITI (690), reſolui debent (816).

§. 838.

§. 838.

Sunt, qui iubent peritonaei tunicam, vbi ea patefacta est, integram relinquere, et eam, omniaque, quae descenderant, retro compellere. Haec vero curatio non semper tuta videtur. Minimum, si tumor maior est, qualis in oscheocele frequentius esse solet, et si tunicae vetustate frequentique inflammatione occalluerunt, vel, si peritonaeum annulo, intestina et epiploon peritonaeo, inhaerescunt, et, si vitiosa sanies, pus, aliudue alienum, subest, illa prodesse non potest, sed semper nocere.

* Vid. GARENGEOT T. I. p. 311.

§. 839.

Reductis omnibus, ille tendineus sic dictus annulus, praecipue, si is remissus valde fuit, scalpello potest concidi, quo validior fiat cicatrix. Vulneri superdatur illa pila (21. fig. 2), prius in medicamentum ad id accommodatum demittenda. Plerumque solent ouum in vas defundere, idque affuso pauco spiritu ardente agitare, et hac mixtura pilam, vel linamenta, madefacere. Imponuntur panni plures gradati, et iniicitur fascia, quae, quod in inguine spicam describit, inde nomen habet. Videndum ne vasa spermatica pila pannisque premantur.

§. 840.

Necesse est, vt aeger supinus, in alterum latus inclinatus, coxisque paulo elatioribus cubet. Adhibenda est abstinentia. Omnia sollicitius, velut in grauiter vulneratis, agenda sunt. Perutiles sunt lotiones, si ea crebrius in aluum immittuntur. Ante tertium diem, nisi aliud quid hoc requirat, fascia resoluenda non est, et eo tempore multa diligentia adhibenda, ne ea, quae retro compulsa fuerunt, reuertant. Curato

rato etiam vulnere, vinctura (833) nihilo minus necessaria est.

§. 841.

Incidere potest, vt aperto tumore et patefacta peritonaei tunica intestinum iam vitiatum sit et gangraena affectum; id quod intelligitur ex colore, et si ex vulnere stercus cum odore malo effertur. Plerumque mors in propinquo esse solet. Seruari quandoque homo potest, cui id, quod corruptum est, tollitur, et intestini finis, qui superne labitur, vulneri adsuitur * (697).

* Vid. quae ad §. 674. adducta sunt. Adde LAVR. HEISTERI Diss. de Hernia incarcerata suppurata saepe non lethali, Helmst. Anno MDCCXXXIIX. Qui etiam ostendit, ita curari posse herniam, a chirurgo, quem tumoris mollitudo et opinio bubonis decepit, incisam. Duo exempla etiam adducit SAMVEL SHARP *in the Treatise on the Operations of Surgery* Cap. III. p. 16.

OSCHEOCELE.

§. 842.

At, si cui intestinum et epiploon in scrotum descenderunt (791), hocque intumuit, id, ne opinionem sarco-vel hydroceles faciat, certiori nota explorari oportet. Magnum enim discrimen in ortu caussisque positum est, quas supra (824) retuli, cum oscheocele ex bubonocele plerumque oriatur (825), vel, id quod rarius incidit, ex vehementiori totius corporis nixu motuque, aut abdominis pressione. Sarcocele ex testis inflammatione relinquitur, hydrocele vero plerumque, si valentius compressum fuit scrotum. Si sub tumore sunt intestina et epiploon, ea, homine resupinato (831) in ventrem reduci queunt. Si etiam non omne id, quod deuolutum fuerat, reuertit, quia peritonaeum annulo inhaerescit, maior

tamen

tamen prolapſorum pars digitis repelli poteſt. In ſarcocele tumor duritiam fere lapideam habet, in hydrocele vero is digito cedit, ſublato vero digito mox iterum conſurgit (conf. 801. 827. 828).

§. 843.

Ratio curationis non alia eſt, quam, quae bubonoceles. Sunt tamen quaedam obſeruationes neceſſariae. Non temere ad ſcalpelli operam decurrendum, ſi omne id, quod prouolutum eſt, poteſt reduci, et admota faſcia, cui pila adſuta eſt (833), contineri. Nec, vbi maior modus inteſtinorum omentique deſcendit, atque ideo ingens tumor eſt, ſolet tam magnus metus inflammationis eſſe, quod plerumque annulus diductus atque multum remiſſus eſt. In quo caſu etiam ipſam ſectionem non ſatis tutam, ſed anceps remedium, eſſe, compertum habemus. Nam quamuis inciſa cute omnia in abdomen compulſa atque ſine noxa condita fuerint, inſuetum tamen illorum pondus grauiter afficere videtur hominem, ita, vt is non raro breui et ſubito rapiatur (819).

† Si oſcheocele vetus eſt et vaſtior, homo is ne perizomate quidem commode vtitur, quia, tanta mole elapſorum in ventrem reddita, male admodum afficitur, ſtatim vero atque iterum in ſcrotum delapſa ſunt, melius habet. His tamen ſuſpenſorio ſcroti commodo opus eſt.

§. 844.

At, ſi annulus et peritonaeum inter ſe glutinata ſunt, atque ob id retro agi nequeunt, aeger de ſalute periclitatur, cum eiuſmodi tumor pilae commode ſubiici nequeat (804). Nonnunquam tamen id fieri poſſe, obſeruatio docuit, ſi vtrumque, et inteſtinum atque epiploon, annulum perrupit, et inteſtinum repelli poteſt, omentum autem, quod peritonaei tunicae, ſiue ſacco, inhaereſcit, inguini immoratur, et ex

hoc tumor potiſſimum manet. Nam, ſi vinctura ita admouetur, vt a ſcroto excludatur inteſtinum, epiploon vero parum et minus valenter prematur, homo fere ſine periculo eſſe poteſt *.

* Vid. SHARP l. c. p. 15.

§. 845.

Si in oſcheocele maior epiploi modus et iuncta inteſtina prolapſa ſunt, eaque nec a ſcroto excludi atque repelli, nec admota pila et vinctura contineri poſſunt, multum leuatur aeger, ſi magno tumori ſubiicitur faſcia, quam *ſuſpenſorium* vocant chirurgi, quo is commode excipitur (132).

§. 846.

At in eo, quem ſcalpello curari oportebit, incidendus tumor eſt, ab inguine vel annulo deorſum, ad extremum vſque teſtem. Simul atque ad peritonaei tunicam, ſeu ſaccum, peruenit ſcalpellum, is aperiendus eſt (836), ſic, vt inteſtinum, quod ſubeſſe ſolet, haud laedatur. Exire ſolet ex plaga humor, qui intus in peritonaei tunicam vtplurimum contractus eſt, et qui, ſi melioris generis, haud liuidus, aut mali odoris eſt, ſpem oſtendit (836). Caeterum haud quidquam noui curatio requirit (conf. 835. 836. 837). Semper incidenda eſt peritonaei tunica (838). Faſcia (839) vero accommodanda, vt ea etiam ſcrotum ſuſpenſum contineatur. Quod ſi etiam feliciter ceſſit curatio, vinctura tamen (833) per omnem vitam neceſſaria eſt.

§. 847.

Poteſt interdum euenire, vt praecidatur arteria epigaſtrica (692. 836), ex qua re magna ſanguinis profuſio et ingens mortis periculum ſequitur. Ea enim deuinciri commode nequit. Igitur linamenta

ex

ex liquore ſtiptico (411. 412) expreſſa arteriae admoveri eamque per plures horas ita aequaliter digito premi (407) oportet.

§. 848.

Hernia cruralis (792) frequens eſt foeminis, in quibus grauiditates partuſque peritonaeum multum diducere et praecipue ea ſede laxare ſolent (826). Si inteſtinum, quod deſcendit, repelli debet (831), motus adhibendus eſt, vt id oblique, ſurſum, lineamque albam verſus, prematur. In bubonocele enim reponenda, tumor compellendus eſt extrorſum et os ileum verſus (809. 831).

† Si cruralis ſeu femoralis hernia eſt, tumor eſt ſupra os ilium eo loco, vbi recta ſupra acetabulum inciſura ea eſt, per quam pſoas muſculus et iliacus cum ſubiectis vaſis cruralibus ex ventre egrediuntur. Eo loco ad interiora eſt peritonaeum, ad exteriora pars faſciae latae, adeps et cutis vna cum infima parte muſculi abdominalis oblique deſcendentis, quae quidem eius expanſio vocatur ligamentum Poupartii. Tumor autem minor eſt, quam in bubonocele.

†† *In feminis etiam non grauidis a cauſſis iiſdem, quae bubonocelem faciunt, hoc herniae genus fit, maximeque a veſtibus arctioribus.*

§. 849.

Vbi vero tumorem inflammatio tenet, et, quae eo continentur, repelli nequeunt, eum etiam, id quod per omnia herniarum genera perpetuum eſt, oportet incidi. Plures, vt plaga tranſuerſa fiat, praecipiunt, alii vero eam commodiſſimam eſſe contendunt, quae linea longa paulo exterius ſuper tumorem deorſum deſcendat, qui addunt, metum eſſe, ne tranſuerſa plaga praecidatur arteria epigaſtrica (692. 836. 847), vel vena ſaphaena, quas iuxta eſſe ex anatome diſcitur. Laedi etiam poſſunt glandulae in inguine, et, quae ipſi herniae ſubiectae ſunt, arteria venaque cruralis. Tumor, poſtquam apertus eſt, ſedulo conſiderandus,

num is nouus ſit, et num ei haud aliud vitium ex vetuſtate vel admoto prius perizomate acceſſerit. Si enim haud ita pridem ortus fuit, non ſemper neceſſarium eſt, peritonaei tunicam, vel ſaccum (838), incidi, id quod faciendum, ſi ille iam vetuſtate occalluit; vel, ſi is arctius comprehendit atque ſtrangulat inteſtinum (814), vel, ſi in eum iam multus humor contractus eſt (838).

CYSTOCELE.

§. 850.

Veſicam, in bubonocele, vel oſcheocele, tumori ſubeſſe, raro incidit (793). Id cognoſci poteſt, ſi homo vrinam reddere nequit, niſi preſſo exterius tumore. Nec alia huius vitii curatio eſt. Summa cura atque moderatio adhibenda, ne, vbi tumor inciditur, veſica laedatur, quam non peritonaei tunica contineri, ſed proxime cuti ſubiectam in tunica adipoſa, vel celluloſa, haerere nouimus.

† De hernia veſicae inguinali, ſcrotali, vaginali, vid. *Monum. Acad. R. Chir.* Tom. II. et IV. item ANTON. DE HAEN *Ratio medendi* etc. Tom. III. p. 165. ſeqq.

§. 851.

Repudianda eſt illa vulgaris empiricorum medendi ratio, qui in omni bubonocele et oſcheocele teſtem praecidunt atque tollunt. Nec aliae curandi viae, in quas diuerſas alii proceſſerunt, ſecuritatem aegris praeſtare poſſunt.

† De herniis veris ſcriptores haud contemnendi ſunt ANTON. DE HAEN in *Ratio medendi*, pluribus locis. GEORGE ARNAUD in L. ſupra allegato, idemque in Tractatu gallice conſcripto, *Traité des hernies*. Paris 17   AUG. GOTTL. RICHTER, *Abhandlung von den Brüchen*, Göttingen 1778.

ΥΔΡΟΜ-

ΥΔΡΟΜΦΑΛΟΣ.

§. 852.

His verarum herniarum generibus in conſpectum quendam, quatenus ſcire medentibus neceſſarium eſt, adductis, iam etiam ad alios tumores veniam, qui, cum proxime ad herniarum ſimilitudinem accedant, his adnumerari conſueuerunt (795). Et quidem nonnunquam vmbilicus prominet, quod in eum humor irrupit, id quod crebrius iis incidit, quos aqua inter cutem male habet. Humorem etiam in peritonaei laxati diductique tunica crebrius reperiri, ſi in omphalocele per vmbilicum epiploon et inteſtina prolapſa ſunt, alibi retuli (796). Cognoſcitur ſine opera, humorem intus eſſe, quia is, ſi tumor digito premitur, circumfluit. Huic vitio, ſi cum hydrope eſt, non alia ratione ſubueniri poteſt, quam eo percurato. Nam, ſi tumor perforatur, et humor effunditur, is breui reuertit *.

* *Vide figuram in* PVRMANNI *Chirurgia curioſa*, Cap. VII. p. 330.

ΣΑΡΚΟΜΦΑΛΟΣ.

§. 853.

Vmbilico interdum carnes increſcunt, quae ſaepe, carcinomati ſimiles, cum periculo tractantur. Accidere id ſolet pueris, quorum vmbilico laxior vinctura poſt partum iniecta fuit. Nonnunquam corrupta caro oculis, et latius patet, ac nocenter increſcit, aliquando vero ea ſub cute eſt, quae inaequaliter tumet. Interdum locus mollior, interdum aſperior, eſt, qui tactus aliis dolorem affert, in aliis vero non habet. Tumor vero, vbi homo reſupinatus eſt, nunquam relapſo inteſtino deſidit, nec prementi cedit,

quem vitiata caro in eadem figura tenet. Nonnunquam plura vitia esse solent, vt et intestinum atque omentum prolapsa sint, vtque cum his etiam humor peritonaei tunicam distendat, et quoque membranis vitiata caro increscat. Si tumor cum malo vlcere est, valdeque durus, cum magno dolore, is omni curatione, praecipue admotis medicamentis adurentibus, irritatur. Nec is sine periculo scalpello exciditur. Si vero tumor malus non est, is vtraque ratione tolli quandoque potest *. Caro etiam, quae sub cute increuit, hac incisa, resoluenda eximendaque est.

* Vid. IOBI A MEEKREN Obs. Cap. XLVII. p. 200.

ΣΑΡΚΟΚΗΛΗ.

§. 854.

Huius vitii duo genera esse, retuli (798). Vtrumque nascitur, si, vel testiculus, vel, quae ad eum pertinent, arteriae venaeque, et membranae, quibus hae partes comprehenduntur, compressae, vexatae et inflammatae fuerunt, praecipue, si testiculo, qui ex his et aliis caussis, ex impura venere et gonorrhoea suppressa (129) inflammatus est, non opportuna curatio fuit adhibita (254 ad 258) *. Obseruatio docuit, testem tumere, et sarcocelen oriri posse etiam ex ea caussa, ex qua aliae veraeque herniae nascuntur, si, retento spiritu, vel sub graui fasce, vel alia occasione, homo valentius et diutius nititur, vel, si is praecipiti saltu in terram fertur **. Inter rariora est, testiculum osseum fieri ***.

* Sarcocelen ex acu in testiculum infantis infixam describit SAVIARD Obs. LVI. p. 253.

** Vid. LE DRAN Obs. LXXI T. II. p. 132. Inflato abdomine et sub fortiori nixu adducitur musculus obliquus externus abdominis, et contrahitur annulus, quo processus peritonaei, seu vasorum spermaticorum velamentum, quod ex

tunica celluloſa peritonaei habent, comprimitur. Sub praecipiti ſaltu vero accidere poteſt, vt a colo, fecibus durioribus pleno ac tumido, peritonaeum ſuper annulum ictum atque inflammationem accipiat. Haec vero, ſi incidunt, impediunt, quo minus ſanguis per venas minores permanare queat, et intumeſcit ac inflammatur teſticulus. Haec res mihi haud ita pridem confirmata fuit, cum, vt hydrocele curari poſſet, longa magnaque plaga inciſa eſſet tunica vaginalis. Ipſius enim teſticuli grauior inflammatio, orta fuit, cum tumore, non aliam ob cauſam, quam, quod ab inflammato illo vaſorum ſpermaticorum velamento comprimerentur venae, et quod per eas ſanguis permanere haud poſſet.

*** Vid. H. A. R. Sc. MDCC. p. 47.

† Teſticulus ſarcocele affectus modo laeuis eſt extrinſecus, modo non eſt, ſed exſtantibus quibuſdam hiſpidus; alio tempore non dolet, alio dolet; interdum funiculus ſpermaticus ſimul durus eſt et epididymis tumet, interdum haec vitia abſunt. Intelligitur ex his, qua data conditione teſticulus vel benigno vel maligno morbo laboret.

§. 855.

Si teſticulus occalluit, licet ante ſcalpellum prius experiri medicamenta, quae glandularum tumoribus ac ſcirrhis reſoluendis quandoque idonea eſſe retuli (113. 267). Neceſſaria vero cum his eſt faſcia, quam ſuſpenſorium vocaui (845), qua teſticulus excipiendus et ſemper ſuſtinendus eſt. Parum valent medicamenta, quae ore ſumuntur. Victus ſit tenuis et parcus et aluus ſubinde ducatur.

§. 856.

Si his vero per plures dies admotis nihil ex tumore minuitur, et aegro, cui teſticulus indecore, vel etiam cum dolore, dependet, vltima experiri ſtatutum eſt, teſticulus excidendus eſt. Protinus vero conſiderari et diligentius admoto digito explorari oportet arterias et venas ſpermaticas, vbi illae ex ſic dicto annulo educuntur et ad teſticulum feruntur. Illae enim ſi multum tument duraeque ſunt, chirurgia, in qua

caeteroquin multa genera ac tempora periculi ſunt, ſine pernicie adhiberi non poteſt, cum eae tuto, nec praecidi, nec deuinciri, queant. Nonnunquam aliud vitium acceſſit et per laxiorem annulum etiam omentum atque inteſtina deſcenderunt, quae ſupra durum tumentemque teſticulum haerent. Id ex eo cognoſcitur, ſi in inguine, vbi modo dictae arteriae venaeque deſcendunt, tumor eſt, non vero ita durus, ſed magis aequalis, et ſi reſupinato homine pars quaedam ad ventrem reuertit, vel preſſa retro pellitur. Et haec res curationem recipere poteſt, ſi, repoſitis iis, quae deuoluta erant, arteriarum venarumque funiculus lino adſtringitur, et teſticulus exſcinditur.

† Sarcocele, quae dolorem iam mouet, atque adeo iam ſcirrhi maligni indolem prodit, vix tuto reſectione curatur; plerumque enim mors maturatur; quod et fieri ſolet, ſi funiculus ſpermaticus ſpeciem duri tumoris prae ſe fert. Illi igitur, qui chirurgiam efficacem procraſtinant, dum dolor accedat, morbum ſanabilem non attingunt, inſanabili malo malum addunt.

§. 857.

Quod ſi vero res ſcalpello agenda eſt, ante aliquot diebus corpus victu vinique abſtinentia praeparari oportet, vt aeger modicos ſalubreſque cibos aſſumat et ptiſanam bibat. Sanguis praeterea mitti et aluus duci debet medicamentis ſatis valentibus, minus autem acribus (63). Ipſo autem die, inguen, ſi pube tegitur, radendum, homo ſupinus collocandus, et plaga, quae recta deorſum fertur, inguen et ſcrotum aperiendum, donec ad ſcroti infimum peruentum ſit. Hoc enim niſi fiat, metus eſt, ne quid ſanguinis concreti in ſcroto maneat. Rectus ſcalpellus ita admoveri debet, vt dorſum vaſis ſpermaticis obuerſum ſit, et is prius ſolam cutem digitis chirurgi ac miniſtri plicatam ſublatamque cum pinguedine ſecet (835). Vbi autem ad tunicam, quae vaſa illa tegit, peruentum fuit,

fuit, inclinandus mucro eſt, vt et hanc ſecet. At enim ſcalpellus quam leuiſſima manu teneri debet, ſummaque cura adhiberi, ne arteriae, venae neruique attingantur (836). Minor vero plaga facienda, vt intrare digitus poſſit. Super hunc enim in vulnus demiſſum hoc commode forfice ampliatur. Si etiam inteſtina deſcenderunt et ſuper teſtem haerent, maiori diligentia opus eſt, ne ea, quae prolapſa ſunt, violentur. Quae, ſi patefacta fuerunt, protinus reponenda ſunt (736). Omentum vero deuinciri atque praecidi poteſt. Videndum tamen ſedulo, ne omento, quod inteſtinum, praecipue coeci appendix, cui a vermiculo nomen eſt, comprehendatur, id quod fieri poteſt, ſi tumor ab inguine dextro dependet (683. 837).

† Cum fieri poſſit, vt teſticuli hydrocele paulo durior aliquando habeatur pro ſarcocele teſticuli, antea quam alia agere occipias, tumidus teſticulus perforandus eſt, vt pateat eius ſtatus. Nam ſi ſola hydrocele fuerit, ſeruari poterit teſtis, ſin aut nil effluxerit, aut vna cum humore peccante praua conditio teſtis ſolidi fuerit, reliqua, quae in ſequentibus praecipiuntur, ex arte fiant.

§. 858.

Patefactis ſic omnibus, modo commemoratus tunicae celluloſae proceſſus, qui plerumque induruit et tumet, a vaſorum ſpermaticorum funiculo reſolui, et lino incerato ſeparatim a reliquis ad annulum deligari debet. Alio vero lino vinciri oportet vaſorum ſpermaticorum funiculum, a quibus teſticulus dependet. Linum ex quatuor filis debet eſſe compoſitum, non tortis, ſed ſibi ad latus poſitis, mediaque cera ita inter ſe glutinatis, vt ligulae ſimiles ſint. Lini duo capita inter ſe connexo nodo adſtringuntur, primum ſimplice, poſt, vbi linum iterum funiculum comprehendit, duplici, quali chirurgi plerumque vtuntur. Inter lini etiam capita, antequam adſtringuntur, ponendi ſunt panniculi minores ex linteo incerato, quo

id melius infideat, et, ne arteriam venamque abrumpat. Capita vero extra plagam relinquenda funt. His peractis, tefticulus a tunicis fuis digito, fcalpelli manubrio, ferramentoue refoluitur. Si tumor ingens eft, etiam ex fcroto aliquid exfcinditur. Tandem ille funiculus, ex quo tefticulus dependet, fcalpello abfcinditur, ad quartum circiter digitum, ab iniecto vinculo. Praeciditur quoque illud velamentum, quod alio lino adftrictum fuerat, ad alterum circiter ab hoc digitum, et totus tefticulus demitur. Alia fectione vero ampliari debet annulus, ne, fuperueniente inflammatione, tumentes arteriae, venae neruique, cum illo velamento, quod haec vafa ex tunica cellulofa habent, a minori et ftrictiori annulo ftrangulentur.

† Alii, vt PERCIVAL POTT foluunt arteriam fpermaticam ab vafe deferente digito mediante, eamque feorfim vinculo conftringunt, quo iniecto tefticulum a funiculo haud procul a loco vinculi, fere fpatio dimidiae vel quartae partis pollicis refecant, et tum demum eum a fcroto feparant. Vide de his aliifque non paucis omnino *A Treatife on de Hydrocele* etc. *By* PERCIVAL POTT. *The third Edition.* London 1773. Germani verfum hunc librum ex editione fecunda, legere poffunt. Translator fuit IOH. CLEM. RODE. Librarius ROTHE Hafnienfis.

†† Sunt etiam, qui, vinculo conftrictis vafis, curationem reliquam differunt in id tempus, quo teftem vident redditum effe flaccidum et nutrimento orbum atque corrumpi, hoc enim doceri putant, recte vincta effe vafa, neque de fanguinis profufione quicquam effe metuendum; atque tum teftem fub vinculo refecant.

§. 859.

Super vulnus linamenta eatenus dari debent, donec id tegant atque impleant, ea vero non fulcienda, fed leuiter tantum ponenda funt. Caetera, quae ad reliquam curationem pertinent, fupra (834. 839. 840) comprehenfa funt. Vbi metus eft, ne hominis lotium fafciam confpurcet et vulnus irritet, accommodari poteft fcroto velamentum ex linteo incerato.

§. 860.

§. 860.

Ad hanc curationem feſtinare, cum praeceps ſit, nullo modo conuenit. Ac neque in omni vitio illa experienda eſt. Si enim arteriae venaeque ſpermaticae, a quibus teſticulus dependet, occalluerunt, illa deuinciri nequeunt (856). Nam ſi illae lino altius et in ipſo abdomine adſtringuntur, ſequi ſolet peritonaei, vel potius tunicae celluloſae, quae ſub eo eſt, inflammatio, quae hominem interimere ſolet. Ea quoque curatio eſſe debet, ſi teſtem ex ictu, aliaue occaſione, grauis inflammatio tenet, et haec in gangraenam tendit (133). Superuacua eſt illa, ſi ſerius adhibetur, et vbi iam arteriae venaeque ſaepe commemoratae, ex quibus teſticulus dependet, gangraena affectae ſunt. Interdum tamen etiam temeraria medicina profuit *.

* Vid. LE DRAN T. I. Obſ. LXXIV. p. 149.

ΥΔΡΟΚΗΛΗ.

§. 861.

Humor, qui fere ſemper inter mediam, vulgo vaginalem dictam, et imam teſticuli tunicam, ſeu albugineam, conſiſtit *, effertur ex ruptis lymphae accommodatis venis. Etiam confluit, vt videtur, ſi humor, quo illae partes, ne inter ſe coaleſcant, humidantur, haud iterum ſuis venulis abſorbetur.

* Raro euenire arbitror, humorem inueniri inter erythroideam et vaginalem. Vid. qui optime de hydrocele ſcripſiſſe videtur SHARP'S *Treatiſe on the Operations* Cap. XI. p. 32. Pluribus autem Autoribus opinionem huius hydroceles feciſſe videtur tumor, qui in tunica vaginali et dilatata per confluentem humorem cellula oritur, et vbi humor, velamento quaſi ſuo, et cyſtide incluſus, inter vaginalem et erytroideam reperitur. Hoc vero ſi incidit, vtplurimum humor etiam eſt inter teſtem atque vaginalem tunicam. In entero- et epiploocele non raro etiam in peritonaei tuni-

tunicam, ſeu ſaccum, humorem deſtillare, alibi retuli (836). Humor vero ſub ima vel albuginea teſticuli tunica eſſe non poteſt, niſi hic vitiatus ſit, induratuſque, qualis in ſarcocele eſſe ſolet. Hydrocelen, in qua humor tribus locis deprehenſus fuit, deſcribit LE DRAN T. II. Obſ. 75. p. 159.

† Hydrocele dicitur familiarior eſſe incolis regionum auſtralium; frequens quoque eſt inter Britannos, vid. WARNER in *An Account of the teſticles*, London 1774. KAEMPFER quoque commemorat hydroceles ſpeciem inter regni Cochini incolas endemicam; *Malabaricam* vocat, vid. *Amoenit. Exot. Faſc.* III. Obſ. 7. Scriptorum de ſede varia hydroceles opiniones enarrat PERCIVAL POTT in *Treatiſe on the hydrocele*, London 1773. p. 6. ſeqq. Item BONHOEFFERVS in *Diſſert. de hydrocele*. Argent. 1777.

§. 862.

Certis et ſupra poſitis indiciis (844) cognoſcitur, humorem ſubeſſe. Si humor digito premitur, is, vel circumfluit, vel, ſi vehementer increuit, tumor renititur, ſicut vter repletus et arcte adſtrictus, in quo tamen plerumque teſticulus, neque viſu, neque tactu, ſentitur. Tumor ſine omni dolore eſt, qui, ſi quandoque leuior fit, ſe nunquam ex toto remittit, nec preſſus deſidit. In inguine vero eaque ſede, vbi arteria venaque, ex quibus teſticulus dependet, ex annulo educuntur, tumoris vel nihil eſt, vel parum, pro magnitudine illius, quo inferius ſcrotum intenditur. Si etiam humor, qui intus eſt, multum increuit, nullum vero vitium contraxit, is tanquam in vitro cornuue per ſcrotum apparet: qui vero, ſi foeculentus eſt, percraſſus, colore luridus et ater, ita haud diſtingui poteſt. Cauſas praeterea, ex quibus varia herniarum ac tumorum genera naſcuntur, etiam indicia diverſarum ſpecierum oſtendere, ſupra retuli (842).

§. 863.

Sunt alia indicia, quae ſedem humoris oſtendunt. Non parum enim hydrops ſcroti ab hydrocele diſcrepat. Nam ſi tunica illa celluloſa, quae ſub ſcroto eſt,

et

et quae illam membranam, quam δαρτὸν vocant, vtrinque tegit, humore intenditur, ſcrotum ſine rugis eſt aequale albidius et magis omni ſua parte tumidum. Vitium autem plerumque cum hydrope per vniuerſum corpus oriente eſſe ſolet. Tumor mollis eſt, qui prementi digito cedit, et ſe eo ſublato tardius attollit. Intumeſcit etiam cutis, quae ſuper glandem eſt, adeo, vt ea fiſtulam quoque vrinae intercludat. In hydrocele tumor prementi magis renititur, remoto digito, ſubito attollitur. Scrotum vero rugoſum, coles minor eſt et contractior, qui fere ſub tumore deliteſcit. Tumor etiam non niſi vnum ſcroti latus plerumque occupat.

† Hydroceles nomen diuerſis morbis ab Auctoribus impoſitum eſt. Hydrocele vera eſt ea, quam PLATTNERVS paulo antea deſcripſit, eſtque hydrocele teſtis, vbi aqua inter vaginalem teſticuli tunicam, qua teſtis vbique laxe comprehenſus eſt, colligitur, tanta tandem mole, vt teſtem eius lateris nullum eſſe opineris. Alia hydrocele eſt funiculi ſpermatici, vbi aqua vel per omnes cellulas cellularis proceſſus peritonaei, vaſcula funiculi connectentes diffuſa eſt, vel cellulis eius quibuſdam in ſpeciem ſacculi aut hydatidis mutatis continetur. Illam vocant anaſarcam funiculi ſpermatici, hanc dicunt hydrocelen cyſticam funiculi ſpermatici. Eſt aliud genus, reperiundum in ſacco herniae ſcrotalis, quod igitur complicatum eſt cum ea ipſa hernia vera. Huic analogon eſt id genus, quod in infantibus tenerioribus nonnunquam obuium eſt, quando ſcilicet a deſcenſu teſticuli ex abdomine in ſcrotum relicta fuit cavitas in proceſſu peritonaei, quem teſtis ex hoc eduxerat; in ea enim tum interdum aqua colligitur; quae quia per hiatum eiuſdem proceſſus communionem habere poteſt cum cauo imi ventris, ſubinde euaneſcit et reuertitur. Quamobrem hoc genus cognomen *pneumatoceles* meruit.

§. 864.

Hydrocele oritur, ſi venae lymphae accommodatae rumpuntur, vel, ſi compreſſis arctatiſque ſanguinis itineribus humor libere reuertere nequit. Igitur, ſi teſtis, id quod equum conſcendentibus, vel effreno equo vectis, quandoque accidit, femoribus ſubmittitur

tur, et is hac aliaue occaſione allatoque ictu valenti premitur; Si arteriae venaeque, ex quibus teſticul dependet, aliquid ſuperimponitur, et illae a deuolut inteſtinis atque indurato omento, a veſtibus vel vi ctura, bubonoceles cauſa admota, premuntur; Si ali tumor, ex oſcheocele, vel ſarcocele, ortus, ex iis de pendens, eas multum adducit et venas multum c arctat, hoc vitium naſci ſolet. Ex his etiam intell gitur, quandoque id per ſe oriri, quandoque id eſſ cum aliis herniarum generibus.

§. 865.

Hoc valetudinis genus ſine dolore et fere ſine pe riculo eſt. Si humor vehementer increſcit, quand que is perrumpit per intentas membranas et effertu glutinato autem vulnere is iterum circa teſticulum in creſcit, id quod etiam euenire ſolet, vbi is inciſo tu more effunditur. Non ita timenda eſt hydrocele quae non facile ad gangraenam aliaque vitia, qua maius periculum habent, ſpectat. Nec ea, ſi mod tumor faſcia exceptus ſuſpenſus teneatur, prohibet quo minus ad vltimam ſenectutem perueniant homi nes. In corpore, quod mali habitus eſt, et ſi humo intus ex admixto ſanguine putris eſt, is teſtem cutim que erodere poteſt, ita, vt mala vlcera fiſtulaeque orir quandoque poſſint.

§. 866.

Superuacua ſunt plerumque medicamenta, qua extrinſecus admouentur, ſi humor penitius inſedit Quo minus vero tumor ad maiorem molem increſcat prohibet faſcia (132. 845). Scalpelli opera neceſſaria humorque effundendus eſt, qua tamen curatione mor bus non tollitur, ſed ad tempus leuatur, cum tumo poſt interuallum vtplurimum rurſus aſſurgere ſoleat Tumorem plures aperiunt illo ferramento, quo aſcit

labo

laborantibus aqua ex abdomine emittitur (756). Praestat vero, ſcalpello vti ancipiti, quo alias, ſi ſanguis mittendus eſt, venae inciduntur. Chirurgus ſiniſtra prehendere debet tumorem, ita, vt humorem, quantum valet, a ſuperioribus et teſte ima verſus propellat, et poſt audacter tranſuerſas membranas ſecare, donec perueniat ad humorem. Plaga facienda eſt in parte inferiori atque externa tumoris. Niſi cum periculo laeditur illa membrana ſcroti, quae teſticulos diducit, et quam in ſcroto linea, quam ῥαφὴν vocant, indicat, quippe arteriam comprehendit, ex qua ſanguinis profuſio timeri poteſt. Vbi omnis humor effuſus eſt, linamenta eatenus imponi poſſunt, vt vulnus tegant, et id glutinari.

§. 867.

Si nihilominus vel ſcalpello praeciſa vel rupta fuit arteria, et ſanguis cum impetu ruit, quod vitium alii αἱματοκήλην vocant, ſine mora omnis humor euocandus, vulnus latius aperiendum, idque purgandum eſt, vt rupta arteria oculis pateat. Sanguis deuincta compreſſaque arteria vel admotis medicamentis cohibendus, et vulnus percurandum eſt. Si vero is non conquieſcit, vel, ſi teſticulus ictu, aliaue re, ita laeſus eſt, vt ſeruari non poſſit, id quod humor, qui exit, ſignificat, ſi is ater, faeculentus et mali odoris eſt, promendae ſunt arteriae venaeque, ex quibus is dependet, illaeque lino deligandae et praecidendae, teſticulusque tollendus eſt (857. 858. 859).

§. 868.

Si inciſis ſuperioribus membranis humor non omnis effluxit, et eius maior adhuc modus ſubeſſe deprehenditur, altius demittendum ſcalpellum eſt, quo is, qui inter mediam imamque tunicam concurrit, etiam exeat. Sedulo videndum, ne quod ex ſecti-

one

one periculum ſit, quod eſſe poteſt, vbi cum liquor etiam inteſtinum ſubeſt, quod ſine pernicie vulnera nequit.

§. 869.

Si vero effuſo ſic humore ſanitas ex toto reddit haud fuit, et is iterum renaſcitur, et ſi vehemens malo vehementiori auxilio ſuccurrendum eſt, medentes etiam in varias curandi vias proceſſiſſe legimus. Quidam praecipiunt, vt acus linum trahens ex pluribus filis compoſitum tortumque per tumorem traiiciatur, vtque id linum, quod in vulnere relinquitur bis in die ſic ducatur, vt tumorem ſubeat pars, quae ſuperior fuit. Linum vero aliquo medicamento illinendum eſſe addunt, ex iis, quae callum exedunt atque aliis, quae pus alunt. Moto enim pure teſticuli membranas, quas callus obduxit, purgari, callum reſolui et illud humoris profluuium tandem vinci.

§. 870.

Alii, qui idem moliuntur, tumorem facta patentiori et ab inguine ad imum ſcrotum deſcendente plaga aperiunt, teſticuli membranas, vel ſcalpello, vel ſi aliquis medicamentum mauult, adurentibus exulcerant, atque etiam ſuppurationem excitant. Vtrique vero vlcus, vbi per plures dies nihil humoris ex eo effluit, illudque penitus ſiccefcit, ad cicatricem perducunt. Nec deſunt, qui, tumorem non ſcalpello ſed impoſitis adurentibus aperiendum eſſe, exiſtimant, cum iis protinus pus citari poſſit.

§. 871.

Curationibus vero his difficultatem facit inflammationis vehementioris timor. Nam non ſolum inciſis et exulceratis tunicis, ſed ipſi etiam teſticulo, inflammatio ſuperuenire ſolet, quae, ſi cum magno dolore atque febre eſt, aegrum in malis eſſe oſtendunt.

Teſti-

Testiculus enim cum inflammatione intumescit, vt videtur, eam ob caussam, quam supra adduxi (854). Id vero significat lumborum dolor, si is aegrum etiam molliter cubantem affligit, qui, si increbrescit, pessimum signum est. Qua ratione his succurri possit, dibi proposui (130. ad 133), vbi etiam executus sum, quae scroto, si id inflammatum est, idonea sunt (134).

§. 872.

Vbi autem tumor maiori plaga incisus, orae etiam exulceratae fuerunt, id quod sine inflammationis periculo haud fieri potest, et vbi nihilominus vulnus adhuc madet, multum proficiunt cataplasmata et emplastra, quae plurimum emolliunt atque pus citant (91. 92), si ea diutius et sine intermissione superhabentur. Quandoque enim illa ea sede, vbi humoris exitus est, nouum tumorem doloremque faciunt et suppurationem excitant atque felicem curationis exitum ostendunt *. In omnibus vero curationum generibus ligamenta leuiter et ita imponi debent, ne iis arteria et vena spermatica premantur (132. 854. 855). Homo semper supinus in lectulo contineatur, et fascia, siue suspensorium, subiiciatur tumori.

* Sectione et facta patentiori plaga, admotis etiam non solum propter inflammationem, sed etiam propter pus mouendum, cataplasmatis et emplastris haud ita pridem hydrocele curata fuit, ex qua iam liquor bis frustra emissus fuerat. Vitium ortum erat ex compresso valentius inguine per arcubalistam, qua sagittae emittuntur.

† Curatio hydroceles varia et multiplex inde ab antiquioribus temporibus reperta est. Si morbus tantummodo localis est, neque recentior, medicamenta intus sumenda fere superuacua sunt. Si ab vitio quodam vniuersi corporis ortus fuit, aut id progressu temporis accessit, medicamentorum id vitium corrigentium tollentiumue vsus necessarius est, quacunque via medendi locali vtendum esse videatur. Aduersus hydrocelen recens ortam, quae nullum alium morbum, seu caussam seu comitem, habet, medicamenta extrinsecus adhibenda, efficaciora quidem discutien-

tia, experiri licet. Iis autem nihil proficientibus, morbu simplex, non nimium increscens, trahi debet, vsum rerun non naturalium apte instruendo, atque suspensorium idoneum adhibendo. Si quod vitium testiculi simul subei immedicabile, resectio testiculi fiat, nisi quid sit, quod prohibeat. Vbi vero hydrocele sine alio morbo est, eaqu mole sua molestiam aegroto creat, efficaci chirurgia opu est, siue morbum radicitus tollendi, siue minuendi et levandi animus sit. Palliationem, quam vocant medici descripsit PLATTNERVS; quae, quamuis raro, tamen tandem aliquando concitata inflammatione sanationem radicalem efficit. Hanc autem certo perficere si statutum est ex diuersis illis viis curandi eam eligere rationi conuenit quae et efficacior, et tutior, et simplicior sit. Laudes ea meretur ea ratio, qua et scrotum et tunica humorem comprehendens incisione longa (§. 870.) diuiduntur. Ita enim nihil alieni retinetur, et testiculi habitum sanum morbi dumue dignoscere datur. Incisio autem tunicae vaginali a quibusdam forfice, ab aliis specillo sulcato et cultro producitur. Alii vero in incisam eam cystidem protinus e. anteaquam omnis humor effluat immittunt manus sinistrae digitum, vt eo duce mucro cultri tuto dirigatur, dun facta sit sufficiens tunicae illius dilatatio. Reliqua curatic spectat doloris lenimen, febris moderamen, inflammationem futuram etc. Atque methodum hanc laudant vel illi qui alia via lubentius incedere solent, v. c. POTT, cui in hoc genere multi multum tribuunt. Quodsi magna aquarum collectio est, tunica igitur vaginalis et scrotum nimium extensa, recte agitur, si antea facta pertusione tumoris aquae emittuntur, ipsa autem sectio in futurum tempus differtur. Nam emissis aquis chirurgus de conditione testiculi tactu iudicare potest, partes vero antea nimium tensae iam relaxatae moram nanciscuntur, sese contrahend et robur aliquod recuperandi. Facta post noua aquarum collectione, at mediocri, sectio et curatio radicalis feliciorem profectum habet. Siue autem praemissa pertusione, siue non praemissa, cultro sectio facta est, et tunica vaginalis crassa et dura, quam suppuratio absumere nequit, quicquid eius sponte non secedit, cultro, sed magna moderatione adhibita separari debet. De hac ratione vid. SABATIER in *Monum. Acad. R. Chir.* T. V. Curatio autem radicalis eo fit, quod inflammatione et suppuratione mediocri mota tandem cystis cum ima testiculi tunica concrescit, atque adeo noui humoris collectio fieri nequit. Cum vero multi aegrotantium tam longam scroti sectionem horreant, chirurgi omnium aetatum de aliis medendi rationibus cogitarunt, quae inflammationem et suppurationem mouere possent. Nonnulli igitur v. c. RVYSCHIVS in *Ad-*

Aduersar. Anatom. Decad. III. et WARNERVS l. c. In minorem plagam, qualis palliandi caussa sit, turundam indunt, irritandi caussa; alii, vt MONROVS in *Medical Ess. and Obs. Vol.* V. P. I. eodem consilio cannulam acus triquetrae in loco puncturae relinquunt. Verum vehemens dolor et grauis inflammatio postea saepius, nec tamen saepius, quam volunt, perfecta curatio sequitur. Fuerunt quoque, qui iniectis liquoribus variis, tanquam spiritu vini, vel vino rubro, aqua vulneraria, camphora, inter se remixtis vterentur qua de ratione vid. SABATIER l. c. Paucis via haec probata est. Setacea veteres vt GALENVS *Method. medend.* L. IV. GVIDO DE CAVLIACO *Chirurg. Tr. VI. Doctr. II. C. I.* dudum adhibuerunt. Eos duces nostra aetate secutus POTT fere nimius est in celebrandis huius methodi laudibus; quem vide l. c. Medicamenta caustica quidam, vt docet PLATTNERVS, ad cystidem exulcerandam et suppurationem excitandam, aperto antea scroto, admouerunt. Longius progressi aetate nostra sunt Britannorum quidam, in primisque ELSE, chirurgus peritus, qui in *Essay on the cure of the hydrocele of the tunica vaginalis testis, London* 1770 edito libro vsum causticorum scroti parti inferiori anteriorique impositorum caeteris medendi rationibus praefert. Lapidis autem infernalis seu caustici alius particalam nummo Britannorum, qui ipsis *Schilling* dicitur aequalem eo loco scroti applicatam per quinque et horas amplius, aliquando per nycthemeron relinquit, vt non modo scrotum sed et tunica vaginalis testis aduratur, fiatque inflammatio, suppuratio, destructio tunicae vaginalis, testisque coalitus cum scroto. Plura vid. in Libro eo ipso vel in RICHTERI *Biblioth. Chirurg.* T. I. P. I. Si fides habenda est ELSIO, tuta admodum haec curatio est; nam ex multo tempore in *nosocomio ad D. Thomas* sine haesitatione adhibetur. Virum ea ratione curatum quidem vidi, quem tamen tussis protinus superueniens, et ex ea orta tabes, ex viuis sustulit.

†† PLATTNERVS de hydrocele funiculi spermatici nihil dixit. Eius genera duo sunt. Aliud vocari potest *anasarca funiculi spermatici*, quando scilicet aqua per omnes cellulas eius tunicae, quam vulgo tunicam vaginalem funiculi spermatici nominant, diffusa est. Aliud nominatur *hydrocele cystica funiculi spermatici*, vbi aqua collecta est in tumore seu cystide formata ex vna vel pluribus cellulis tunicae illius. Prior illa hydrocele tactu mollis est et diffusa per totum funiculum, immo vero aliquando per annulum abdominalem porrigitur in cellulas eas, quae vasa spermatica in imo ventre concomitantur. Potest tum esse opinio de epiplocele. Hydrocele cystica tumorem seu quasi vesicam offert tactui scrutantis medici, oblongam, eam, et ouo

 maiori

maiori minoriue similem. Haec plerumque est morbu localis, neque a vitio reliqui corporis genitus. - Sed ana sarca fere semper ab hydropica corporis constitutione effi citur. Neuter eorum tumorum pertusione sola certo cu ratur. Sectio igitur facienda est, qua facta et aquae effluunt et suppuratio consequens radicalem sanationen promittit. Interdum opus esse potest membranularun sponte non secedentium separatione cultro vel vno ve pluribus actibus peragenda. Nonnulli etiam ad absumen das membranulas adurentibus vtuntur. De hydrocele ha vid. DOUGLASS in *Treatise on the Hydrocele*, London 1755 PERCIVAL POTT in l. c. SCHMVCKER L. saepius cit. T. II

HYDROPS SCROTI.

§. 873.

Ad scroti vero tumorem (733. 863), si is cum hydrope in adulto est, vtendum est iis, de quibus alibi dictum est (739. ad 743), et de quibus medici praecipiunt. Si tumor concidendus est, vt humor exeat, vtendum est scalpello tenui atque bene cultellato. Post magna cura adhibenda, ne gangraena nascatur, id quod etiam accidere solet, si humor per se tenuatam cutim perrumpit, vel erodit (737).

§. 874.

Quandoque pueri nascuntur, quibus scrotum intumuit, quae res oriri videtur, si infans in vtero ita compositus fuit, vt verenda pressa fuerint. Tumor saepe per se dissipatur, opitulantur vero vegetabilia, quae resoluunt atque discutiunt (49), si ex vino rubro, vel aqua, cui acre acetum adiectum fuit, coquuntur, et panni ex liquore bene expressi calidique imponuntur. Nec inutilia sunt emplastra, de cumino, diaphoreticum, si ei aliquid ex emplastro de meliloto adiicitur. Tenerior vero cutis saepe emplastrorum impatiens est, quae, si id deprehenditur, protinus tolli oportet.

† Scroti hydrops adeo interdum increſcit, vt, niſi aquae emittantur, gangraenae et ſphaceli timor ſit. Emiſſio fieri paulatim debet, ne partes natura ſua laxae, morbo autem magis relaxatae ſphacelo corripiantur. Itaque nec longa profundaque ſectio, nec plures ſcarifationes fiant, alioquin omni humore ſubito effluente partes ſolidae flaccidiores omnem humorum per ſeſe motum protinus ſufflaminant, ideoque emortuae fiunt. Aut paucae inciſiones in ſuperficie cutis aut pertuſio acu triquetra facta eum metum minus parit quidem, vt nihilominus poſt amaris et roborantibus diligenter vtendum. Ab emiſſione aquarum ſanationem integram fieri perquam rarum eſt. Intus ſumtorum medicinarum actio iuuatur.

ΚΙΡΣΟΚΗΛΗ.

§. 875.

Supereſt, vt de genere vitii dicam, quod olim Graecis κιρσοκήλη, Latinis ramex *, dictum fuit. Interdum enim venae crebrius commemoratae, vbi per inguen ad teſticulos deſcendunt, intumeſcunt, et, quaſi conglomeratae, tum inguina, tum ſcrotum, implent. Vel oculis patent, vel, ſi magis conditae non aeque quidem cernuntur, habent aliquid tumoris pro venarum magnitudine et modo, qui prementi etiam renititur. Vitium naſcitur, ſi ſanguis in corpore malus eſt, craſſus, ater atque concretus, qualis interdum eſſe ſolet litterarum cupidis, et quibus ſtudii ratio omnem corporis curationem exercitationemque detrahit. Nec minus hoc aliis frequens eſt, quibus totus corporis habitus ex ſcorbuto, cachexia, aliiſque diuturnis grauibuſque morbis, vitiatus eſt. Non raro etiam venae iis tument, qui concubitum nimis concupiſcunt, vel, qui inflammato animo venereis cogitationibus immorantur. Solent etiam interdum hae ſedes ex illato ictu intumeſcere, vel, ſi venae perizomate, aliaue vinctura, compreſſae fuerunt.

* Vide de hac voce IOH. BEVEROVICII Epiſtolicas quaeſtiones p. 99.

† A testiculo venereo ramicem relinqui rarum nostra aetate non est; saepe autem medicamenta intus forisque adhibita nil quicquam proficiunt. Ramicem facit interdum fluxus haemorrhoidalis impeditus repressusue, nec non viscerum imi ventris obstructio; aut certe haec et ramex ab eadem caussa, quae in prauitate humorum cernitur, efficiuntur. Plerumque ipse testis et epididymis habet aliquod vel euidentius vel occultius vitium, quod facit, quo minus sanguis per arterias expedite promoueri et per venas prompte reuerti possit. Aliquando ramex tantae molis est, vt, quia quoque mollis est, epiploceles suspicionem moueat, maxime si vasa funiculi non in scroto tantum sed et in loco annuli et vltra hunc in ventre tument. Hoc postremo casu annulus ita ampliari potest, vt ramex herniae verae caussa fiat. Plerumque quidem ramex dolore molestus non est. Iusto maior tamen dolorem mouet modo obscurum modo acutum sursum per lumbos, deorsum per femoris interiorem regionem ad genu vsque tendentem.

§. 876.

Hoc vitium inter initia facilius auertitur, quam, si id vetustate confirmatum est, tollitur. Illud causae aestimatio soluere aliquando potest. Si vitium in toto corpore consistit et sanguis abundat, is mittendus est, et cum corporis exercitatione adhibenda dilutissima et frigida potio. Multum solent his prodesse aquae minerales. Aliis cum his victus subtrahendus est, et cibus dandus, qui minus alimenti praestat. Hi etiam monendi sunt, vt animum a libidinosis cogitationibus abducant. Si vero venae, vetustate iam occalluerunt, vitium haud facilem curationem recipit. Autores multi sunt, incidendas esse tumidas induratasque venas, et sanguinem concretum ex iis educendum, vulnera vero iterum ad sanitatem perducenda. Sed hoc vix sine periculo fieri poterit, nisi remissiores laxioresque venae fuerint. Nam in aliis, quae occalluerunt, sectio non sine periculo est. Metuendum etiam, ne ex vulnere relicta cicatrix venas magis deuinciat prohibeatque, quo minus sanguis in eas permanare sine impedimento possit.

† Ramicis

† Ramicis curationes ab A. C. CELSO L. VII. C. 22. commemoratae hodie vix adminiſtrantur. Ramex maior et dolorem creans vix curatur, niſi reſectione teſtis, quae tamen, ſi tumor per annulum abdominis in ventrem protenditur, non tuto adminiſtrari poteſt.

ΦΙΜΩΣΙΣ.

§. 877.

Si glans ita conteсta eſt, vt nudari non poſſit, *φίμωσις* dicitur. Quod vitium aliquando vrinae iter praecludit, crebrius etiam prohibet, quo minus medicamenta, ſi his opus eſt, inter glandem et cutim ingeri poſſint. Hoc pueris interdum naturale et a natiuitate eſt. Caeteroquin hoc iis, quibus maius et ſpatioſius praeputium eſt, crebrius ex aliis occaſionibus incidit, praecipue, ſi vel hoc, vel glandem, illud malorum vlcerum atque verrucarum genus, quod ex tabo venereo naſcitur, infeſtat. His enim verrucis ſubduris, et vlcerum, ſi illis callus inductus fuit, oris calloſis, premuntur venae per cutim diſcurrentes, vt humor per eas reuertere nequeat; id quod praecipue incidit, ſi vlcera frenum et glandis elatiorem circulum occupant. Acris praeterea ac purulentus humor, qui gonorrhoea laborantibus ex vrinae itinere fertur, ſi inter glandem atque praeputium confluit, has partes rodit, inflammationes mouet et exulcerationes excitat. Neque dubium eſt, ex alio humore ſubpingui, qui ex glandulis in glandis circulo poſitis exit, et quo, et cutis, et ipſa glans, naturaliter circumliniuntur, ſi is, vel vetuſtate, vel ex venereo tabo, acrior fit, prurientem exulcerationem fieri; et interdum *φίμωσιν* naſci *. Etiam obſeruatione notatum legimus, eadem ſede, inter glandem atque eius cutim concreuiſſe plures calculos, qui his partibus inhaeren-

tes etiam inflammationem mouerunt et hoc vitium attulerunt **.

* Eſt peculiare gonorrhoeae genus, ſi vitiatus humor in rara et ſpongiae aſſimili glande haeret, et haec eum quaſi exſudat. Vide BOERHAAVII Praefat. in Aphrodiſiacum, et Celeb. ASTRVCCIVM de Morbis venereis L. III. Cap. III. §. 2. p. 190.

** V. H. A. R. Sc. MDCCVI. p. 30.

† Mala etiam curatio vlcerum cancroſorum a contagio venereo ortorum interdum peſſimum genus huius morbi relinquit, idque immedicabile. Quale ego vidi quondam in iuuene alioquin ſano, iucundo et honeſto, quem imperitum ſocii ſui in lupanari cum ſcorto commiſerant. Ex concubitu eo igitur contraxit vlcuſcula venerea et in glande et intus in praeputio. Quae cum ab imperitiſſimo chirurgorum miniſtro medicamentis externis digeſtiuis et acrioribus quoque purgata eſſent, praeputium et glans vndique et arctiſſime concreuerunt, ſic vt vrina vix liberum exitum haberet, nulla prorſus mobilitas praeputii eſſet, et, quod complementum malorum erat, concretio ea non laeuis eſſet, ſed iacturam ſubſtantiae per cauas cicatrices euidentiſſime proderet.

§. 878.

Nonnunquam hoc vitium medicamentis remoueri poteſt. Emollientes herbae ex lacte coquantur et decocto eiuſque vapore foueatur coles. Super hunc etiam panni collocari poſſunt bene calidi ex hoc liquore expreſſi. Is etiam mediante ſiphone crebrius inter cutim glandemque inſerendus eſt. Homo deſidere debet in aqua cum mollientibus incocta. His enim efficitur, vt relaxata extenuataque cutis reducenti pareat, id quod vi quoque experiendum eſt. Tum ſuperdari medicamenta poſſunt, quae vlcera ad ſanitatem perducunt, de quibus dicam, cum ad vlcera peruenero.

§. 879.

Si vero his parum profectum eſt, cutiſque haud ſequitur, malum, quod medicamentis non cedit, manu curandum, et glans ſcalpello aperienda eſt.

Sunt,

Sunt, qui cutim, quae ſuper glandem eſt, adducunt atque extendunt, eamque protinus forfice praecidunt. Sed praeſtat, cutim ab inferiori parte recta linea glandis circulum verſus incidere, et ſic glandem nudare. Ad id idoneus eſt minor et admodum tenuatus ſcalpellus, iſque aliquantum falcatus. Huius mucroni adfigitur cera, quo is, ſine offenſione inter cutim glandemque ad huius circulum vſque poſſit demitti. Hoc vbi factum eſt, mucro inclinatur, vt is per ceram compulſus tranſuerſam cutim a ſummo glandis circulo ad extremum vſque ſecet. Commode etiam res forfice agitur, cui alter mucro retuſus eſt. Neceſſarium vero eſt, vt ante ſectionem miniſter cutim ſuper colem digito prehendat, et quantum poteſt, pubem verſus trahat, quo glans tota hac ſectione aperiatur.

§. 880.

Diſcindi vero ſolet cutis ea parte, qua occalluit. Nam duritia oſtendit, eo loco potiſſimum vlcera ſubeſſe, quae incidi commodiſſimum eſt. Si vero inferius cutis inciditur, glans non ſatis patefieri poteſt. Melius res ſuccedit, ſi ſuperior cutis ſecatur, vbi tamen metuenda eſt grauior ſanguinis profuſio, quam ſupprimere non ita facile eſt. Commodius igitur cutis e latere inciditur. Si aliquae membranulae prohibent, quo minus cutis a glande diduci queat, illae ſcalpello reſoluantur, donec tota glans ante oculos ſit. Ne etiam ſaneſcente vulnere cutis cum glande cohaereſcat, interponenda ſunt linamenta, quae id prohibent.

† Si cultellus vel forfex inter glandem ac praeputium per loci anguſtiam inferri nequit, ſectio ab exteriori cute praeputii ordienda eſt, et magna prudentia adhibita paulatim cellulofitas et interior praeputii tunica perſecandae ſunt, niſi fortaſſe cute exteriori diuiſa reliquum praeputium laxetur ſic vt iam cultellus inter glandem et praeputium dari facilius et liberius poſſit. Quocunque loco praeputii

 diſſectio-

diſſectionem feceris, abſoluta curatione pars praeputii diuiſi non modo nullius vſus eſt, ſed et congreſſum cum foemina impedit. Quam ob rem optimum videtur, flaccidam eam partem protinus ſectione orbiculari ita praeſecare, vt ne culter fraenulum vlla ratione laedat.

OEDEMA PRAEPVTII.

§. 881.

Hoc vitium, quod alii tumorem, vel bullam cryſtallinam, appellant *, et quod frequentius priori vitio accedit, ex ſimilibus cauſis oritur, ſi lympha per ei accommodatas venas in alias ſanguini idoneas reuertere nequit. Id, niſi ei minime diſtans curatio adhibeatur, ad gangraenam ſpectat. Aduerſus id vero etiam auxilium in emollientibus eſt, ex quibus fomenta, epithemata atque cataplaſmata fiunt et ſuperhabentur. Si vero tumor iam gangraena affectus eſt, emollientia ex aqua, quae calcem viuam excepit, coqui, et iis adiici poſſunt alia, quae vlceri purgando idonea ſunt, radix ireos Florentinae, ariſtolochiae, herba rutae, abſinthii. Aliena ſunt omnia, quae lympham cogunt et inter haec praecipue alcohol cum camphora.

* Vid. Celeber. ASTRVCCIVS l. c. T. I. L. III. C. VIII. p. 361. Edit. nou.

ΠΑΡΑΦΙΜΩΣΙΣ.

§. 882.

Contra, ſi glans, quae naturaliter longiori, aſt nimis arcta, cute contecta fuit, ita nudata eſt, vt haec rurſus induci nequeat, παραφίμωσις vitium dicitur. Eſſe ſolet cum magna inflammatione, ex qua omnia magis intumeſcunt, praecipue, ſi inflammato freno, ſiue illa membranula, qua praeputium coli inferius adſtringitur, hic retrahitur, vel, ſi is inflatis corporibus cauernoſis tentigine rumpitur.

§. 883.

§. 883.

Id ex varia occaſione naſcitur, frequentius, ſi ex nflammatione coles intumuit, et praeputium, quod juandoque in iunioribus valde anguſtum eſt, vi adhiita fuit diductum. Inflammatio ſaepe oritur, ſi vlcea, vel in glande, et vltra eam in cole, vel in praeputii lteriori parte, ſunt, illaque latius altiuſque ſerpunt.

§. 884.

Si coles ex tentigine intumuit, interdum expeditior curatio eſt, ſi ei frigida imponitur, vel, ſi hominis haud opinantis lumbis frigida affunditur. Cum nis et glans et cutis oleo inungi et haec circa glanlem, vel digitis, vel faſcia vniente, prehendi et rurſus nduci debet. Si vero vlcera, vel glandem, vel cutim, nfeſtant, iiſdem rationibus (878) adhibendum lactis omentum eſt, et acris humor eluendus. Nec alienus eſt cremor ex ſemine cydoniorum et pſylli (173. 188).

§. 885.

Si autem coles vehementer ex inflammatione inumuit, incidi poteſt vena, quae ſuperius per tergum olis fertur, et per quam ſanguis ex corporibus cauernoſis reuertitur. Si autem nec hoc modo malum ictum fuit, minime differendum, ſed protinus incilenda et ipſa cutis ea parte, qua illa colem arctius comprehendit, et quaſi ſtrangulat, ſic, vt prius cutis, quantum fieri poteſt, verſus pubem reducatur. Vulnus ta glutinandum, vt cutis increſcat et latitudo cicatriis ſatis velamenti praeſtet. Videndum etiam, ne cuis glandi agglutinetur (880). In omnibus his curaionibus neceſſaria eſt potio dilutiſſima atque victus a ame propior. Coles etiam ſemper ſurſum et ad entrem deligari debet.

† In

† In illa cutis incifione diligentius cauendum eft, ne fcalpellus iufto altius imprimatur, neque tunica aponeurotica qua corpora cauernofa veftiuntur, laedatur. Eius enim vulnus cicatrice non coalefcit; itaque poftero tempore quoties membri genitalis tentigo eft, tuberculum aliquod erumpit, quod progreffu temporis mole fua congreffum cum foemina impedit.

Fit autem ex paraphimofi aliquando glandis gangraena, quae non femper corpora cauernofa corripit, fed glandem flaccidam, marcidam reddit, fponte cafuram. Partem coli anteriorem feu ob gangraenam feu vlcus cancrofum profundius amputatam curaturus prouidere debet, ne vrethrae meatus cicatricem contrahat claudaturque.

VERRVCA.

§. 886.

Super varias corporis fedes, praecipue fuper faciem atque manus, verrucae interdum eminent, quorum diuerfa nomina funt. Ἀκροχορδόνα vocant, fi tuberculum durum eft et afperius, ad cutem tenue, fupra latius. Ἀκροθύμιον vocatur, quod ad cutem latius, fupra tenue, fubdurum et in fummo perafperum eft, et in quo fummum colorem floris thymi repraefentat. Μυρμήκια humiliora durioraque funt; infra lata, fupra tenuia *. Peffimae verrucae in obfcoenis nafcuntur ex venereo morbo. Quibufdam porri dicuntur. Saepe finduntur, et aliquantum fanguinis fundunt.

* Vid. CELSVS L. V. C. 26. §. 14.

§. 887.

Nafcuntur ex papillis nerueis, quae in cute, labris, penifque glande, funt, fi hae intumuerunt atque induruerunt. Hoc accidere videtur, fi illarum radices varia occafione ita premuntur, vt humor, quo illae aluntur, reuertere nequeat. In hominibus lue venerea aegris hoc accidit crebrius in glande penis, in qua plures et exquifitum fenfum habentes papillae funt,

ſunt, vel, quod tenerior et celluloſa tunica, quae in glande penis ſub cuticula eſt, et qua papillae conteguntur, ab acri humore exeſa fuit *, vel, quod radices papillarum a virulento humore affectae indurueruntur **. Id quod etiam in cute fieri a vero propius eſt. Ex his intelligitur, cur exciſae etiam vel medicamentis aduſtae verrucae renaſcantur, niſi etiam tollantur radiculae, quas quandoque altius exigunt.

* Vid. BOERHAAVE Praefat. in Aphrodiſiacum.

** Cel. ASTRVCCIVS l. c. L. III. C. IX. p. 280.

† Verrucae ſaepius quidem a cauſſis leuioribus externis, immunditie etc. efficiuntur, non raro tamen a vitio quodam humorum, quamuis non venereo, originem habent. Cuius ſuſpicio eſt, ſi plures oriuntur. Atque id genus aliquando contagio nocet, neque niſi purgatis humoribus curatione, quae in loco fit, tolluntur. Correctio ſaepius quidem ea fit mutata victus ratione in pueris et liberiori vſu aeris puri atque exercitationis corporis; aliquando tamen medicamentis opus eſt. Si ſcabioſa vel venerea affectio ſubeſt, neque quod contraindicans eſt, ſubinde aliquid mercurii dulcis et decoctum radicum demulcentium; ſi acido mucoſa materies, ſapo cum extracto quodam amaro proſunt.

§. 888.

Nonnunquam per ſe finiuntur verrucae, ex quo incidit, vt plures alia atque alia auxilia aduerſus eas propoſuerint, vt magis appareat, quid quiſque ſibi perſuaſerit, quam, quod euidenter compererit. Tolluntur, ſi, adhibita prius frictione, ſcalpello raduntur atque praeciduntur, et radiculae etiam conciduntur, ſuper plagam vero dantur medicamenta adurentia. Ex horum numero reliquis praeferri debet lapis infernalis: Adhiberi etiam poteſt butyrum antimonii, ſpiritus vitrioli, nitri. Si verruca parum dura eſt, illa quandoque ſucco eſulae et chelidonii obedit. Ne, quae circa ſunt, exulcerentur, ea contegi poſſunt emplaſtro, quod in medio foramen habet, vt ex ea verruca emineat. Etiam cura habenda eſt, ne adurentia ſub-

ſubiectas alias partes, praecipue tendines, laedant, graues inflammationes moueant. Cuius rei mai metus eſt in palpebris, quae ſummam teneritate habent *.

* Quamdiu haec medicamenta palpebris admouentur, oculum inſeri debet axungia, quo eius membranae cuſtod antur. Hominem oportet pronum cubare, ne acre med camentum inter palpebras defluat. Vide hiſtoriam infelic curationis in BIDLOO Exerc. Anat. et Chirurg. IX. in Op pag. 114.

§. 889.

Quidam verrucam, ſi in cute eſt, multum et pe plures dies perfricant, illique emplaſtrum imponun atque ſic molliunt, poſt circum circa cutim incidun et tuberculum volſella prehendunt, atque ita euellun vt etiam radicula ſequatur, nihilominus plagae aduren tia illinunt. Ἀκροχόρδον, ſi lino vehementius adſtrin gitur, emoritur. Verrucae, quae ex venereo morbo enatae ſunt, ſi tolluntur, reuertere ſolent, niſi vitium quod in humidis eſt, idoneis medicamentis elidatur. In maiori vero vetuſtoque malo maior vis neceſſaria eſt. Percurato vero morbo venereo ad tollendas ver rucas ſatis lenia medicamenta proficiunt.

† Exiguam guttulam cantharidum tincturae aliquoties die verrucis admotam facile et commode eas tollere a medico quodam inter Belgas ſcriptum eſt. Vanum eius vſum fuiſſe aliquando compertus ſum. Verrucae durae, liuidae al erodentibus ſaepius ita exaſperantur, vt in cancrum dege nerent, inprimis illae, quae in labris germinant. Neque alia ratio medendi locum habet, niſi reſectio, qua quicquid duri circa verrucam eſt, vna cum ea aufertur.

CLAVVS.

CLAVVS.

§. 890.

Clauus in pedibus maxime nafcitur, qui dolorem impatibilem ingredienti mouet. Radiculam habet, quam etiam quandoque altius, et ad digitorum tendines, imo ad perioftium vfque exigit. Nafcitur, fi pedes horumque digiti arctioribus vrentibufque calceis comprimuntur. In cute enim, vel etiam tendine ac offis membrana, compreffis ea ratione minoribus fiftulis, humor per eas reuertere nequit, fed effluit et inter minores fibras occallefcit. Huic etiam, preffu, fi manet, quotidie et incrementum et maior duritia accedit, ita, vt tandem compreffis etiam fanguini accommodatis arteriis venifque cutis atque tendo et membrana, qua os contegitur, inflammationem accipiant, vehementerque doleant. Ipfe enim clauus fine dolore eft, fed, quia eius radicula plerumque tendini vel perioftio altius inhaeret, is etiam fcalpello non fine metu tollitur.

§. 891.

Prohibentur claui, ne in pedibus nafcantur, neque, fi adfunt, dolorem moueant, fi homo laxioribus calceamentis vtitur, et fi is tibialia ita induit, ne etiam haec digitos pedis ftringant. Vbi vero claui iam eminent, commodiffimum eft, eos balneo, impofitis idoneis emplaftris, emplaftro de cicuta, malactico, viridi, vel cera viridi, mollire, illofque fcalpello ita radere, vt callus diducatur, hoc vero diducto, iterum illa emplaftra et imponere et diutius fuperhabere. Cura adhibenda eft, ne fcalpello tendo vulneretur, cum ex minori etiam plaga quandoque grauiffima et funefta inflammatio orta fuerit. Vetus clauus, quamvis fic excifus, faepe reuertitur, qui vero tandem fub

repe-

repetita curatione paulatim emoritur. De condyl mate et aliis tuberculis, quae ad anum oriuntur, d cam infra, vbi alia vitia, quae anus recipit, exponam.

† Clauis pedum laborantes abſtineant a calceamentis cothu natis, a ſtatione, adhibeant poſt pediluuia adipem ſuillu recentem, qui fere omnibus emplaſtris vel laudatiſſim praeſtat.

VLCVS.

§. 892.

Vlcus dicitur, ſi in qua corporis parte molli laeſi ſeu continuitatis ſolutio, eſt, ex qua, nec ſangui nec bonae notae pus, ſed alius humor corruptus, exi et quo humore partes ſolidae vlceri iunctae roduntu tandem etiam fluida, quae in corpore ſunt, vitiantu Talis vero corruptus ſuccus prohibet, quo minus v cus per ſe, vt vulnus, ſaneſcere poſſit, quod igitu aliam curationem requirit. Hoc apparere cuilibet e prioribus (336) poteſt.

§. 893.

Per omnes corporis partes vlcera oriuntur. I oſſibus vero illis alia nomina ſunt. Praecipue ver illa infeſtare ſolent adipem illamque celluloſam tun cam, qua non ſolum carnes, ſed carnium etiam fibra glandulae, aliaeque partes, continentur.

§. 894.

Vlcera plerumque fiunt, ſi corpus mali habitu eſt, et in eo humida corrupta ſunt. Itaque per ſ illa naſcuntur in homine, quem ſcorbutus, venere lues, cacochymiae et cachexiae varium genus, ne non aqua inter cutem, male habet. Sed vero etian in vlcera degenerant vulnera atque aperti abſceſſus Hoc accidere poteſt in homine integro et ſaniſſime

ſi minora laceratarum arteriarum venarumque ora rebus extrinſecus admotis ita immutantur, vt ex iis, nec ſanguis, nec pus bonae notae, exire poſſit, ſed ſanies, vel tenuis atque cutim aliaſque huic iunctas partes erodens, vel craſſior atque glutinoſior. Nam talis humor haud aptus eſt, vt ex eo vulnus, vel glutinari, vel impleri, vel ad cicatricem ſanitatemque perduci poſſit (348. 351).

§. 895.

Negligentia igitur medentium hoc fieri poteſt, ſi impoſitis linamentis turundiſque, faſcia etiam adſtrictiori, vulnera atque aperti abſceſſus valenter premuntur: ſi vulneri colliſo nondum per digerentia purgato ſuperdantur balſama, vel alcohol, nec non ſi ſuper omne vulnus iniiciuntur nimis acria atque rancida: Si pus, quod corporis calore et aere corrumpitur, non extergitur, ſed in vulnere relinquitur; quibus omnibus et aliis arteriarum, per quas vitalis ſuccus permanat, ora adſtringuntur, Pus vero etiam craſſius atque glutinoſius fit. ſi medentes in vſu medicamentorum diutius perſiſtunt, quae materiam digerunt atque pus citant, nec non in vſu fomentorum, quibus partes, quae iunctae ſunt, et praecipue illarum arteriae, remiſſiores fiunt. In corpore vero corrupto vitioſoque etiam corruptum humorem ad vulnera permanare neceſſe eſt, qui naturaliter, tum corporis calore, tum aëre, multo acrior fit. (Conf. 236. 340. 348. 388. 389. 391. 392. 402). Omnia, quae in vulnere atque abſceſſu, ſi iam pus alunt, nouam inflammationem mouent, facere ſolent, vt in vlcera ſerpentia degenerare poſſint.

§. 896.

Genera vero nominaque vlcerum plura ſunt. Multum enim inter ſe diſtant, ratione ſedis, quam in-

infeſtant, ſi in cute, quae capillis contegitur, in ad pe, glandulis, muſculis, tendinibus, ligamentis, art culis, vel qua caua ſede, fiunt, nec non, quae circ oculos, nares, aures, fauces, tonſillas, linguam, pal tum, gingiuas, labra, mammas, aluum, genitalia, ſun Aliquid etiam in figura et magnitudine eſt, ſi illa alt us penetrauerunt, vel breuia ſunt. Etiam aliqu tempus confert, cuius ratione vlcus vetus vel recen eſſe ſolet. Vlcera, quae anguſta ſunt, et vel rect vel flexa, et tortuoſa, intus feruntur, et ſaepe in plur diuiduntur, ſinus, vel vlcera ſinuoſa, vocantur, qu bus, ſi callus accedit, nomen fiſtulae eſt. Si ver vlcus rotundum oras duras, tumentes, craſſas, habe id calloſum appellatur. Quin etiam vlceribus al nomina imponuntur, ſi illa a quodam vitio, quod i corpore eſt, a malo venereo, ſcorbuto, cacochymi orta ſunt. Aliquid confert humor, qui ex his exi qui, ſi copioſus eſt, vlcus humidum, ſi exiguus e glutinoſus, aridum et durum dicitur. Humor etiar tenuis, glutinoſus, craſſus, ſubalbidus, muco ſimili liuidus, pallidus, aut niger, quaſi vnguinoſus, atqu cum malo odore eſſe ſolet. Interdum aliud vitiur acceſſit, et vlceri os vitiatum ſubeſt. Nonnunquar vlcus inaequale eſt, et ei vitiata caro ſuperincreſci Vlcus malum, et quod, quia humida in corpore co rupta ſunt, vel quia fibrae, tum circa vlcus, tum i omni corpore, laxae ac reſolutae ſunt, difficilius ſan ſcis, κακοηθὲς δυσαπϰλωτον Chironium * ac Teleph um ** vocatur. Quod fere deſperatum eſt, quale i ſenibus quandoque eſſe conſueuit, malum mortuur nonnulli dicere ſolent. De carcinomate, quod peſſ mum vlcerum genus eſt, et glandulas inprimis occu pat, ſupra retuli (264. ad 274).

* Vid. CELSVS L. V. C. XVIII. §. 5.

** GALE

** GALENVS de methodo medendi L. XIV. Cap. XVII. T. X. p. 339. conf. PLINIVS H. N. L. XXV. Cap. V. T. II. p. 365.

§. 795.

Genus etiam humoris, qui ex vlcere effertur, docet, quas corporis partes illud perroſerit. Humor ille tenuis et rodens eſſe ſolet, ſi is ex cute exulcerata exit. Vlcera vero, quae in ſumma cute fiunt, ſine altitudine lata eſſe ſolent, et quae, ſalſo pruritu moleſta, crebrius accedente inflammatione exaſperantur. Ex locis, qui multa et pinguiori lympha abundant, velut in capillis, praecipue infantum, nec non in facie aliiſque locis, vbi glandulae ſebaceae copioſiores ſunt, exulceratio mucoſa eſſe ſolet, et humor percraſſus in cruſtas ſubpingues concreſcit, quae ſurgunt, interdum madent, ſaepius ſiccae ſunt. Si adeps vlcere tentatur, quam principem et frequentiſſimam ſedem eſſe dixi (893), oleum rancidum fit et rodens, et quod tenue, ſubalbidum, quaſi vnguinoſum, pinguitudine oleo albo non diſſimile, ex vlcere prouenit, hoc etiam vtplurimum in plures partes et altius penetrat ac non raro in ſinus diuiditur, qui, ſi vetuſtate calloſi fiunt, in fiſtulas degenerant. Si ſaliua in glandulis ei ſecernendae accommodatis vlcere corrumpitur, humor copioſus, tenuis, valde rodens, cum multo pruritu ac dolore, exit, qui etiam glandulas et his iunctas partes vorat et vlcera profunda, κακοήθεα, calloſa relinquit. In carnibus ſi vlcus fit, id putre eſſe ſolet et male olere. Sanguis enim, ſi corrumpitur, hunc odorem excitat. Si vlcus in articulo eſt, humor exit multus, ſubcraſſus, ſubalbidus, albo oui ſimilis (Conf. 357). Intolerabilis odoris foetidas eſt in vlcere, cui os vitiatum ſubeſt, quod etiam ſentitur, ſi id ſpecillo contingitur. Extracto etiam ſpecillo id patet, quippe in quo, ſi ex argento eſt, corruptus humor

 nigro-

nigrorem excitat. Caries quibus notis cognosci possit, infra docebo.

§. 898.

Vlcera, quae in exterioribus sedibus fiunt, oculi subiecta sunt, in ea etiam demitti specillum potest, quod docet, quo tendant, et quam alte perueniant. Ex renisu etiam et ex ipsa sede patet, ad quam partem peruentum sit.

§. 899.

Vlcerum omnium commune est, ea non facile per se sanescere, etiam longe difficilius, quam vulnera curari. Si ea ex malo corporis habitu et vitio, quod in humidis est, ex morbo venereo, scorbuto, cachexia nascuntur, ea nunquam facile sanescunt, nisi corruptus humor, qui intus nocet, congruis auxiliis euocatus et corporis habitus mutatus fuerit. Nam si etiam in corpore vitioso vi adhibita cicatrix inducta fuit, illa vel iterum rumpitur, vel vlcus iuxta eam renouatur. Multum etiam mali vlceribus accedit, si ea vetera sunt, et eorum iam consuetudo facta est, praecipue in corpore senili. Nam non solum illorum difficilior curatio est, sed etiam, si idoneis medicamentis eo peruentum est, vt glutinari possint, id plerumque sine magno periculo fieri nequit *. Nam esse etiam aliquam corporis therapiam per vlcera, id genus docet, quod arte, et data opera, fieri solent, de quo protinus dicam. Nec tutum est, vlceribus mederi, quae in foeminis fiunt, quibus menstrua non proueniunt. Vsus enim ostendit, tales, quibus mala vetustaque vlcera ita curata fuerunt, aliis grauioribusque morbis, apoplexia, asthmate et catarrho suffocatiuo, inflammationibus viscerum, corripi, et non raro subito rapi. Eadem mors, vel graue mortis periculum, senibus denuntiatur, si vlcus, quod, aut ante

aut

aut in ipso morbo, natum est, subito aridum et aut pallidum, aut liuidum, factum est **. Longe difficilius vlcera sanescunt, quae circa cutem, membranas tendinesque atque articulos fiunt, nec non, quae in aliam sedem cauam, veluti pectus, vel articulum, penetrant. Nec vlcera vincuntur, nisi pars, quae laborat, contineatur atque quiescat. In corporibus integris beneque valentibus, ast assiduis laboribus exercitatis, quandoque vlcera, etiam vetusta, celerrime, et fere per se, sanescunt, si sola adhibeatur quies, id quod in cruribus maxime accidere solet, quae prae aliis desiderant, vt aeger in lectulo contineatur. Caeterum humor, qui ex vlcere exit, docet, quid sperandum sit. Pessimus est nimium aut tenuis et rodens aut crassus et glutinosus, colore liuidus, niger, et qui male olet. Carcinoma nullam curationem recipere, nisi excidatur, supra dixi. Si vlcera ossibus vitiatis supernascuntur, nec ea curari possunt, nisi prius sanitas ossibus reddita fuerit. Et quae iam sana videntur, iterum exulcerantur. Haec enim vlcera saepe non a cute, sed ab interioribus partibus atque periostio incipiunt.

* Vide HILDANVM Cent. III. Obs. 29. LE DRAN T. I. Obs. 33.

** HIPPOCRATES Prognost. Sect. IV. T. I. p. 450. et in Coacis p. 581. CELSVS L. II. C. VI.

§. 900.

Vlcus haud sanescit, nisi fuerit ita purgatum, vt a recenti vulnere haud discrepet, quod si factum est, illud, vt caetera vulnera, impletur, atque ei tandem cicatrix inducitur. Purgatur vero vlcus, si, tum intus datis, tum extrinsecus admotis, medicamentis efficitur, vt bonus et ad vulnus implendum idoneus succus ex disruptis arteriis in id fluat.

§. 901.

Si vero de prioribus incipiendum eſt, non omnibus aegris eadem medicamenta conueniunt. Sedulo conſiderari debet homo et totius corporis habitus, praecipue, ſi vlcera a vitio intus orto nata fuerunt. Animaduertere enim oportet medentem, quidnam ſit, in quo laboratur. Si enim corpus integrum eſt, et vlcus ex vulnere per impoſita aliena enatum fuit, medicamenta, quae ore ſumuntur, fere ſuperuacua ſunt, et ſaltem abſtinentia vtendum eſt atque quiete. Si vero aliud vitium, venerea lues, ſcorbutus, cachexia, in humidis eſt, ſi foeminis menſtrua, viris haemorrhoides, olim fluere ſolitae, ſuppreſſae ſunt, dandae ſunt medicamenta, his morbis profligandis idonea. Nam iis leuatis vlcera facilem curationem recipiunt. Diligenti etiam animaduerſione opus eſt, ne valentioribus medicamentis, quae ad humida purganda dari conſueuerunt, ſanguis nimium cieatur, et inflammatio moueatur, qua vlcus multum exaſperari quandoque ſolet. Medicamenta, quae nimis calida ſunt, vel morbo, ex quo vlcera orta ſunt, minus apta, illud efficere non raro ſolent. Purgantia non prius vtilia ſunt, quam, vbi neceſſe eſt, vt auertatur nimius humoris ad vlcus aditus. Nocere ea poſſunt eo tempore, quo digerentibus vlcus purgari debet. Saepe igitur medicamenta, quae ad diſcutiendum malum a medicis dantur, vlcera irritant, ſemper vero multumque prodeſt quies et abſtinentia, atque ſi aeger modico cibo vtitur, ſibique omne acre, ſalſum, acefcens, imo carnem omniaque iurulenta ſubtrahit, a vino etiam et omni valentiori potione abſtinet atque aquam vel ptiſanam bibit (Conf. 402).

† His, quae PLATTNERVS de victus ratione et medicamentorum intus ſumendorum vſu dixit, multa quidem ſubiungi poſſent, niſi et breuitas, cui ſtudendum eſt, et libri chirurgici natura et habitus vetaret. Doctrina enim haec paucis

paucis proponi nequit, cum non modo propositiones pathologicae et semioticae, atque praecepta diaetetica, et therapeutica, generalia illa, sed et morborum quoque singularium historiae et varia atque diuersa methodus iis medendi ab experimentis comprobata in eo chirurgo, qui medici consilio vti non vult, desiderantur. Itaque haec pauca tantum adiicio. Humorum prauorum acris natura diluentibus, obuoluentibus; tenuitas incrassantibus; spissitudo diluentibus et resoluentibus; acrimoniarum species diuersae remediis cuique propriis; abundantia victu parco, haud opiparo, potu aquoso, somno breuiori, euacuantibus, aucto, nisi quid vetet, motu corporis aucto; defectus quiete, somno longiori, nutriente cibo potuque; motus nimius abstinentia, quiete, potu aquoso, euacuantibus, nitrosis; motus iusto minor exercitatione corporis, victu pleniori, potulentis medicamentisque cardiacis, curatur; vt de solidis partibus rigiditate, flacciditate, spasmo peccantibus nil dicam. Multo minus curationes morborum diuturnorum in humoribus haerentium pro dignitate satis exponi possunt. Paucissimis igitur reliqua attingam: Vlcerum curatio praecipue poscit boni humoris in loco affecto secretionem et habitum partis eius perspirabilem, absentiam inquinantium, ergo munditiem, aerem purum, calorem naturalem partis, eiusque fotum per lintea, pannos et fascias, subinde etiam concalefacta; quietem partis; medicamenta pauca conditioni vlceris, sicci, nimium humidi, laxi, callosi, fungosi, insensilis, dolentis, inflammati, serpentis, foetentis accommodata. Quodsi haec et quae de generali therapia paulo antea dixi, recte et sedulo adhibentur, vlcera ad priores curationes rebellia ad cicatricem saepe perducuntur, etiamsi curatio specifica dicta omittatur. Non raro tamen ea quoque necessaria est. Praecipua huc pertinentia medicamina haec fere sunt: Si purulentum humoribus admixtum est, serum lactis acidum, lac ipsum animalis herbis pasti, cum aqua calcis viuae, vel sine ea, decocta farinosa acidula. Labes siphyllitica, scabiosa vsum decoctorum modo mitiorum, modo acriorum, diureticorum, medicinarum antimonialium, mercurialium, iisque adiuncti corticis peruuiani, extracti cicutae requirunt. Vlcera a scorbuto vero genita in melius mutantur adhibito victu ex vegetabilibus, brassica praecipue omnis generis, eademque sale condita, iisque, quae vulgo antiscorbutica vocantur, ex malto paratis potulentis, pultibus et pane, (de quibus RVPPE in libro *de morbis nauigantium*, et LIND in Tract. anglice conscripto *de scorbuto*,) vsu aquarum mineralium acidularum. Hydropis curatio multiplex. Cachexia, siue vlcerum caussa fuerit siue effectus, excretiones blande iuuantibus et cortice chinae, puluere anticachectico Quercetani

tani etc. curatur. A scrophulosa labe deriuata vlcera dol bus exiguis tartari emetici, mercurio dulci, additis horu alterutri roborantibus et aromaticis aperientibusque, prae cipue chinae cortice, cicutae extracto vel puluere, cortic winterano, decoctis radicum aperientium; sed simul absti nendum a farinosis nimiis, potentia frigidis, relaxantibus vtendum vero moderata fasciarum applicatione, et po haec omnia balneis frigidis. Fluxus foeminarum men struus, vel virorum haemorhoidalis, arthritis, tinea capiti repressa etc. remediis quaeque suis curentur. Ad vlcer ab acri pendentia et aliis remediis non sanabilia multum potest vsus lactis cum pane candido bis cocto pro omn cibo, in acre campestri. Praeter haec scire licet, curatio nibus per medicamenta efficaciora administrandis non iuste diutius insistendum esse; nam diu vexatae fractaeque vires naturae cum non sufficerent sanandis vlceribus, denuo col lectae sine medicamentis sanationem efficiunt.

§. 902.

Haec vero circa victum et medicamenta intus danda obseruanda sunt. Propriam etiam et haud mediocrem animaduersionem desiderant medicamenta, quae extrinsecus super vlcera dantur. Vsus enim ostendit, saepe haec superdatis medicamentis valentioribus ac conquisitis agitari atque plurimum intendi, ita, vt altius latiusque serpant, quae nulla vi adhibita, sed impositis, nullis, vel lenibus tantum, medicamentis, quae quasi blandiuntur, per se finita fuissent. Vlcera autem purganda esse, supra proposui (900). Id quod extrinsecus fit, si tollitur omne, quod in vlcere impurum est, et quod ora minorum arteriarum praecludit, sicque impedit, quo minus bonus et ad carnes alendas idoneus succus possit ex iis exire. Pro modo vero illius humoris, qui vlceri inhaeret, adhibenda medicamenta sunt. Si enim minori malo maior vis adhibetur, et vlceri non adeo impuro super imponuntur ex rodentibus adurentibusque vehementiora, haec altius et latius atque in id, quod integrum est, penetrant, imo nouam non raro inflammationem concitant, qua vlcus semper plurimum intenditur, ita, vt

ea,

ea, quae circa funt, intumefcant. Nec vero etiam proficere poffunt his contraria; Nam, fi vlcus malum vetuftumque eft, et valde impurum, nimis lenia medicamenta, quae, haud fatis purgant, nec prohibere poffunt, quo minus vlcus fub his continuetur.

§. 903.

Etiam illud ante fciri neceffarium eft, non fatis effe, ipfas medicamentorum facultates intueri, fed etiam, quomodo mifceantur ea, quae ex his fiunt. Multum enim intereft, fi acre, rodens, atque adurens medicamentum aridum contufum contritumque fuper vlcus infpergitur, fi tale, quod liquari poteft, fuper vlcus relinquitur, vel, fi madefactum per breue tempus fuper id tenetur, et, vbi aduffit, iterum fubmouetur, fi vlcus aqua, alioue liquore, quo tale medicamentum dilutum fuit, eluitur, vel, fi validum medicamentum cum aliis mixtum et oleo, axungia, cera exceptum illinitur.

§. 904.

Neque vero in medicamentorum mifturarumque generibus tantummodo difcrimen eft, fed etiam in ipfis locis, quibus illae admouentur. Si enim locus neruofus eft, is aegrius fert vehementiora, quibus fi agitatur vlcus multum intenditur. Si vlcus in cute eft atque in glandulis, defiderantur exedentia, aft, quae etiam reprimunt. Si locus mufculofus eft, imponi poffunt cum exedentibus adurentibufque medicamenta, quae pus mouent, vt cum hoc id, quo vlcus corruptum eft, exeat. Saepe, fi omnia parum proficiunt, expeditiffimum eft, vlcera, quae valde impura funt, callofaque atque vetufta, vfque ad fanam carnem excidere, et, vlcere ablato, fuperdare medicamenta, quae pus citant, et quae implent. Si commode totum vlcus excidi nequit, concidendae funt orae callofae. Si in vlcere aliquid durum eft, atque eminet, id

etiam ſcalpello exulcerandum eſt et ſuperdandum me-
dicamentum digerens et quod pus mouet. Praecipue
ad id aptum eſt emplaſtrum diachylon compoſitum.
Veteres etiam igne vlcera aduſſerunt, id quod crudele
et a noſtra aetate alienum videtur.

§. 905.

Vlcus igitur, quod in adipe, vel loco muſculoſo
eſt, et quod nec valde impurum nec humidum in cor-
pore integro eſt, non aliam curationem deſiderat
quam, quae vulneri colliſo, vel abſceſſui aperto, neceſſa-
ria eſt. Satis proficiunt medicamenta, quae pus
mouent, digerunt, atque ſic purgant, tandemque im-
plent. Omnia diligenter facienda ſunt, quae in vul-
nerum curationibus praecepi (384. ad 402).

§. 906.

Aduerſus vlcera autem magis ſordida adhibenda
ſunt medicamenta, quae ad purgandum paulo valen-
tiora ſunt. Quale eſt, ſi radix ariſtolochiae, ari, ireos
Florentinae, herba agrimoniae, ſcordii, abſinthii, ſabi-
nae, peti, ex aqua coquuntur et vlcus hoc decocto
praecipue, ſi id profundum cauumque eſt, eluitur.
Huic commode mel adiſcitur, ſi vlcus in partibus mu-
ſculoſis, idque aridum, eſt. Si vlcus humidum eſt;
vtendum eſt ad decoctum aqua, quae calcem viuam
excepit.

† Vlcus ſimplex, non nimis vetus in corpore non adeo im-
puro, vocatur iam impurum, ſi materies naturam boni
puris non refert, ſed vel ſanioſa, vel ichoroſa vel tenax et
mucoſa eſt. *Sanies* vocatur humor tenuis, pellucidus,
quandoque virideſcens, aſt copioſus. *Ichor* vero eſt hu-
mor paucus, tenuis, ſubrubellus et acris. *Materies tenax*
et mucoſa, fere ſordes refert, et modo ex flauo alba, modo
ex rubro fuſca atque quaſi ex cruore et ſero mixta eſt.
Omnes odorem aliquem ſpirant. Vlcus tum dolore mo-
leſtum atque coloris fuſci eſt. Fiunt ab irritantibus intem-
peſtiue adhibitis, organa ſecernentia mutantibus, neglectu
quoque. Si dolor quamuis non adeo acris eſt, aut pruritus
aut

aut aliqua inflammatio eſt, adhibeatur vel epithema vel cataplaſma ex chamomilla et lupulo ter, quater die; poſt diem vnum vel et alterum imponantur lintea carpta admodum mollia, tenuiter illita vnguento molliorive cerato, parato eo ex cera alba, ſeuo aut ſpermate ceti, et oleo, recentibus iis quidem; et deſuper cataplaſma minime humidum, crebro renouandum. Sed ſimul victu bono vel parciori, ſi homo non imbecillus eſt, et potu vix ſpirituoſo vtendum eſt; at homo vel ex vlcere vel alia cauſſa imbecillior opus habet, cibo pleniori et cortice chinae. Dum inflammationis ſigna ſunt, cortex is vtilis non eſt; victus tenuis, refrigerans, quies, purgatio antiphlogiſtica, nitroſa proſunt. Nitrum quidem Britannorum quidam ad curationes vlcerum perficiendas propoſuerunt, at eius vſus promiſcuus laudari nequit. Quodſi per illa pus verſum eſt in laudabile, et carnes melioris conſiſtentiae colorisque ſunt, ſimplici ratione deligandi, quam modo dixi, vtendum eſt curandumque, vt calor partis conſeruetur. Si ne tum quidem pus paulatim minuitur, neque igitur ſanatio ſequitur, fonticulus haud procul a loco vlceris excitetur, pars affecta faſciis moderate conſtringatur. Si dolor eſt, alia quaedam circumſpicienda ſunt et inquirendum, ſitne alieni quid in vlcere remouendum, fueritne medicamentum foris adhibitum acre, omittendum inpoſterum eluendumque aquoſis; an vero faſciae arctius conſtrictae dolorem mouerint, relaxandae igitur; an ab ichore vel ſanie cutis quaedam excoriatio ſit, quae et eryſipelas excitare ſolet; quibus medetur aqua vegetali minerali Goulardi, ſolutio ſachari ſaturni. Si nimius dolor eſt, narcotica vel ſpecie cataplaſmatis vel epithematis admota eum leniunt.

Vlcera humidiora poſcunt decocta meraca amariſſimorum quorumlibet, corticis chinae praecipue, ex aqua calcis viuae, quibus et ſpiritus vini aliquid adiici poteſt, quaeque ſpleniis et faſciis ſubinde adſpergantur. Vlcus ipſum contegatur ſat multis linteis, non diſcerptis iis, ſed raſis, aut ſpongia marina; quae bis die nouata ſat bibant ſaniem. Intus ſumantur cortex chinae, atque, ſi plenum id corpus eſt, ſubinde medicina aluum purgans, vrinam augens, decoctum ligni guaiaci praecipue, cibus parcus, minime iurulentus, aromate mediocriter conditus, aut antiſcorbuticis. Si vlceris orae flaccidae, perpallidae, oedematoſae, robore nouo indigent, eadem, quae modo dixi, proſunt; ac praeterea puls ex cortice chinae, vel abſinthio atque oxymelite parata, ſpiſſior quidem, liquores ſpirituoſi et aromatici, partibus vlceri vicinis, itemque aliqua frictio, adhiberi debent. Vlcus ipſum puluere aluminis vſti, cui etiam aliquid mercurii praecipitati rubri adiici poteſt, ſolutione diluta admodum vel mercurii ſublimati corro-

corrosiui vel lapidis infernalis curatur. Partis affectae c… strictionem fasciis faciendam non tam vtilem quam nece… riam esse nemo non videt.

§. 907.

Si vero vlcus adeo impurum est, vt, nec tactu… nec medicamentum, ei admotum, sentiat, illud validi… ra desiderat. Apti sunt sales, vitriolum vstum, al… men, aerugo. Etiam non aliena sunt horum saliu… liquores, phlegma vitrioli, vel aluminis. Longe mag… adurunt alii liquores, etiam chemica arte parati, oleu… et spiritus vitrioli, nitri. Ad vlcera callosa ipsasq… fistulas purgandas plurimum potest spiritus salis am… moniaci, qui, si admouetur, dolorem subitum acerbun… que adfert, se vero protinus remittentem, cum ex ali… medicamentis, praecipue ex illis vnguentorum com… positionibus, is diutius remaneat. In hos vero liqu… res, qui vehementer adurunt, demittendum specillu… linamentis inuolutum, et super vlcus huiusque callu… tenendum est. Ex frequentissimis compositionibu… sunt vnguentum Aegyptiacum et Apostolorum, qua… in locis neruosis glandulisque fere aliena sunt, et vlce… ra etiam, quia varia admixta habent, sordida redder… consueuerunt. Proprie autem mala vlcera adurunt… iisque tanquam igne adustis crustas inducunt, lapis cau… sticus chirurgorum, qui ex calce viua et cineribus cla… vellatis constat, et, qui maximi effectus est, lapis in… fernalis. Haec vero ita admouentur, vt super vlcera earumque oras callosas per breue tempus teneantur non vero imponantur. Crusta, quae ab adurentibu… relinquitur, linimentis digerentibus impositis resolui… tur, quae trahit secum, quicquid corruptum erat ita, vt puris sinus implentibus curari queat.

Nouam vlcera callosa ipsosque scirrhos adurendi rationem propofuit EDVARDVS BARRY *in the Medical Essays of Edinburgh* Vol. IV. Obs. IV. p. 30. Super locum iubet prius tenere lapidem infernalem, breui autem, et post temporis minutum, id, quod illo medicamento adustum est, defricare

care mediante oleo vitrioli, quod adhibito bacillo ferreo in illud demisso admoueri debet. Sic enim locus satis aduri, mox vero omnem dolorem leuari asseuerat.

† Callosa vlcera vocantur, quorum orae non contrahuntur, sed manent, quales erant, ac praeterea inaequales, crassae, eminentes et duriores fiunt. Circa ea autem saepe venae varicosae sunt. Caussae calli sunt vel in humorum prauitate, vel in praua curatione per intempestiue applicata irritantia, siccantia, comprimentia. Curatio fit harum caussarum remotione, igitur succorum correctione etc. si alia praeterea necessaria sunt, callus recens imposito cataplasmate emollitur; vetustior vero adurentia, exedentia et desuper cataplasma, item scalpellum exposcit. Si venae circa varicosae sunt, idonea fasciarum applicatione opus est.

§. 908.

Ad vlcera autem mucosa, quae ex venereo morbo nascuntur, maiorem vsum praestant, quae ex hydrargyro parantur. Lenissime exest mercurius dulcis, si is inspergitur. Generis vero vehementioris est et magis idoneus mercurius praecipitatus ruber, qui vero non inspergi, sed vnguento, linimentoue, exceptus admoueri debet. Is aliquantum mitescit, si alcohol ei superinfusum admota flamma incenditur, et super eum deflagratur, idque aliquoties repetitur. Longe vehementius idem facit mercurius sublimatus, qui, cum inter acriora et praesentanea venena sit, non ita tuto vlceribus admouetur, cum etiam per haec et vulnera corporibus nostris venena inserantur. Si igitur interdum necessarius videtur mercurius sublimatus, eius tamen vsum temperatum rarissimumque esse oportet. Arsenicum, quod magis virulentum est, nunquam sine pernicie corpori potest admoueri (488).

* Vid. DEGNERI Relat. de casu singulari, quo per mercurium sublimatum in emplastro applicatum mors inducta fuit.

† Ulcera a caussa siphyllitica nata purgato et correcto humorum flumine vniuerso plerumque sponte quasi sua purgantur et ad cicatricem festinant. Si externis opus est, hydrargyros unguento digestiuo vel et unguento rosarum remixtus saepius tum sufficit. Non raro etiam ligni guaiaci decoctum meracum cum linteis carptis prodest. Praeparata mercurialia non omnes ferunt: mercurius dulcis, quanquam

quam inter ea mitiſſimus, dolores aliquando admodum vehementes mouet. Si lues non confirmata, ſed gonorrhoea maligna curatione repreſſa ulcerum cauſſa eſſe videtur, haec refricanda eſt. Si ulcera venerii generis aut multa aut ampla uſu externo medicaminum mercurialium curantur, vicine ptyaliſmus, fortaſſe haud neceſſarius, cieatur. Si ſcorbuto homo ſimul laborat, ab eo antea liberetur.

§. 909.

De his omnibus illud, quod ſupra praecepi, ſedulo tenendum, vim pro magnitudine vlceris partiſque corruptae adhibendam, et non prius ad eas compoſitiones veniendum eſſe, quae vehementius exedunt et adurunt quam, vbi validioribus opus eſt. Quamprimum etiam omne id, quod corruptum erat, reſolutum et vlcus purum eſt, finis horum medicamentorum eſſe debet. Si quis neruus, vel tendo, nudatus eſt, is contegi linamentis vel ſuperinungi linimentis debet, ne is ſub iis medicamentis aduratur. Si his non protinus omne quod impurum eſt, ſoluitur, et, propter ſenſum doloris, vel metum inflammationis, validiora adhiberi nequeunt, diuidi curatio poteſt in ea, quae mediocriter exedunt, atque etiam adurunt, et ea, quae pus mouent: donec vlcus ſatis repurgatum ſit. Vlceris vero puri eaedem notae ſunt, quae vulneris (395). Neceſſe vero eſt, vt aequale ſit. Si enim vlcus, quod inaequaliter purgatum, et non vndique rubet atque naturaliter ſentit, implentibus curatur, putris caro ſuperincreſcit; ſub qua vltra ſerpere vlcus ſolet.

§. 910.

Ad putrem vero carnem ſupercreſcentem continendam eamque exedendam plurimum valent ille ſales (907), maxime vitriolum vſtum, nec non adurentia, et, qui primo loco eſt, lapis infernalis. Idonea etiam eſt compoſitio, quae lapis diuinus dicitur (314). Quandoque tanta vis neceſſaria non eſt, ſed id, quod excreuit, tollitur aqua phagadaenica chirurgorum. A victus ratione

ratione ordinandum eſt, vt aeger a cibo valentiori, praecipue a carnibus, omnibuſque iurulentis, abſtineat. Vlceri etiam obiiciendi ſunt denſiores panni, et vinctura adhibenda, quae quidem nihil offendit, aſt tamen ſatis continet, et, quantum res permittit, adſtringit. Omnia medicamenta, quae digerunt, nec non ea, quae carnem alunt, in hoc caſu aliena eſſe, ex prioribus intelligitur.

† Fungoſa caro creſcit, ſi ulcus ſimplex negligentius curatur, nimia mollientia et balſamica adhibentur; ſi quis ſinus lateralis eſt; ſi pars corrupta relicta eſt, ac praecipue ſi os ſubiectum affectum eſt. Hae igitur cauſſae remoueri debent. Ex medicamentis ſiccat et roborat decoctum meracius corticis chinae ex aqua calcis viuae; unguentum aegyptiacum. Magis valet alumen uſtum et ſi exedens deſideres alumini adiectus mercurius praecipitatus ruber. Lapis infernalis promptius agit in pollinem tenuiſſimum contritus et fungo adſperſus, vel aqua ſolutus, et penicilli adminiculo admotus. Quodſi fungus in altum accreuit ex anguſtiori pedunculo, facile vinculo conſtringitur; ſin baſis latior eſt, per hanc acus filum duplex trahens traiicitur, et filis illis utrumque latus fungi conſtringitur. Si vlcus aut ſinum aliquem lateralem habet, is incidendus, ſi quid alieni ſubeſt, id tollendum eſt. Utroque caſu poſtea vix adurentibus opus habueris.

§. 911.

Praeter haec, quae intus in vlcera infunduntur inlinunturque, ſunt alia quaedam, ſuper illum locum ponenda, quae ad felicem curationem plurimum facere poſſunt. Si enim ea, quae circa vlcus ſunt, aliquid inflammationis habent, haec leuanda et eo concurrens materia auertenda eſt ſuper iniectis medicamentis, quae diſcutiunt. Locus duplicibus triplicibuſque pannis, in ſpiritu vini, qui camphoram excepit, tinctis, contegendus eſt, vel admoueri poſſunt epithemata ex vegetabilibus amaris (79). Emplaſtra, quibus plures vtuntur, non ita opportuna ſunt, etiamſi iis camphora admiſceatur (76). Cum his abſtinentia et quies imprimis neceſſariae ſunt. Si pus mouendum eſt, humor vero

ex

ex vlcere fertur tenuior, plurimum valent emplaſt (385), quae et pus citant et aera auertunt (402). Sed lo conſiderandus, tum totius corporis, tum ne uo u et loci, in quo vlcus eſt, habitus. Nam, ſi locus ran eſt, remiſſus et fere reſolutus, cutis etiam relaxa eſt, quod, et oculis patet, et digito, ſi pars contingitu ſentitur, praeter medicamenta, quae roborant atque r primunt, faſcia iniicienda eſt, quae non vlcus tantur ſed vtrinque totum membrum amplexa paulo magis a ſtringitur, qua, ſi vlcus in cruribus eſt, prae caeter opus eſſe ſolet (168. 735). Si vero circa locum aliqu duriora ſunt, quam eſſe naturaliter debent, ſuperdand ſunt emollientia (91), et praecipue illa emplaſtra (16 385). Faſcia vero ita iniici debet, vt ea, quae impoſi ſunt, contineat, minime vero adſtringat. Caetera, qu pertinent ad implendum, ad cicatricem inducendur conueuiunt vulneribus, et ſupra expoſita ſunt. H omnibus diligenter obſeruatis, plerumque feliciter c dit curatio. Nonnunquam tamen vlcera fatigare m dentes ſolent, et cum difficultate curantur, atque etia quaedam inſanabilia reperiuntur.

† Quae de utilitate faſciarum recte applicatarum et hoc aliis locis a PLATTNERO dicta ſunt, ea prolixius a TH DENIO et qui eum ſequuntur, noſtra aetate laudantu Si rationes medendi cauſſis et corporis conſtitutio accommodatae nihil profuerunt, et ulceris tamen curatio n ceſſaria eſt, aliquam ex empiricis ſupra ad cancros laudat periclitari licet.

§. 912.

Sed haec communia ſunt, propria vero quaedam i cruribus viſenda ſunt, in quibus frequentius vlcera naſ compertum eſt. Illa praecipue in cute latius ſerpun et igitur deſiderant medicamenta non pinguia, ſed, qua leniter purgant, atque ſimul modice reprimunt. N biliſſima compoſitio eſt aqua phagadaenica chirurg rum, ſi parum mercurii ſublimati, adiecta paulatim aqu calci.

calcis, teritur, et poſt huius aquae maior modus ei adiicitur. Haec linamentis excepta imponitur, cui etiam eſſentiae ſuccini, vel myrrhae, paululum adiici poteſt. Paſtillum etiam quidam componunt ex lapide calaminari et lithargyrio, quae in oleo oliuarum coquunt et poſt olibanum et maſtichen adiiciunt. Hunc paſtillum, quem alii ad emplaſtra referunt, oportet affuſa calida prius liquare atque mollire, et ſic ſuper vlcus dare, qui reprimit et ſatis aduerſus humida vlcera poteſt. Ante omnia vero ſciri oportet, hominem, cuius crura vlcus habent, ita continendum eſſe, vt is in lectulo iaceat, vtque crura, neque moueantur, neque dependeant. Magnum enim ex quiete praeſidium eſſe ſolet (899).

§. 913.

Si vero vlcera qua parte ſunt κακοηθέα, et, quae vel nullam curationem recipiunt (896), vel, quae ſanari tutum non eſt (899) illa tamen quotidie purganda ſunt. His ſuperdari debent leniora, ex quorum numero aqua iſta phagadaenica fere prima eſt (912). Huic etiam, ſi vlcus putre ſit, et ex eo humor exit mali odoris, vel aqua vulneraria, vel eſſentia myrrhae atque ſuccini, commode adiicitur. Vlcus eiuſmodi, ſi aridum ſit, id quod quandoque accidere ſolet, ſi corpori vltima infirmitas imminet (899), concitari debet atque exaſperari, quo iterum humor ex eo exeat. Id praeſtant radix ellebori albi, ireos Florentinae, ariſtolochiae rotundae, additis etiam cantharidibus, quae omnia, vel arida inſperguntur, vel melle et digerente medicamento excepta, illinuntur. Vtilia etiam ſunt emplaſtra (385), nec non epithemata, ſi iniiciuntur. Haec vero fieri debent ex amaris diſcutientibus, quae commode in vino decoquuntur. Si ex grauibus vlceribus, quae vel vetuſtas occupat, vel quae negligenter curata fuere, vel in corpore mali habitus ſunt, humor fertur male

olens, vtendum eſt alcohol et medicamentis, quib
putredo cohibetur.

§. 914.

Non raro exulcerantur tonſillae, id quod freque tius iis accidit, quibus humida ex venereo morbo co rupta ſunt. His praeter ea, quae ad humida purgan mutandumque corporis habitum idonea ſunt, para debet ad gargarizandum decoctum ex herba agrim niae, ſaluiae, floribus chamomillae, hyperici, ligno ſa ſafras, radice pimpinellae albae. Prodeſt etiam m cum roſa, cui, ſi exulceratio mucoſa eſt, adiici pote aliquid ex vehementioribus, ex alumine vſto, ex phle mate aluminis, aqua viridi Hartmanni. Specillu linamento molli inuolutum in eiusmodi medicame tum demittendum et ſuper vlcus tenendum eſt. Cu vero pura vlcera eſſe coeperunt, adiici his poteſt b ſami Peruuiani paululum, quo tempore etiam profic eſſentia ſuccini et pimpinellae, ſi fruſtulo ſacchari e ceptae ore continentur.

§. 915.

Iisdem fere medicamentis vlcera linguae curantu Vitari tamen oportet acria, cum non raro in hac par vlcera, ſi imprudentia medentis agitantur, periculu carcinomatis adferant (260), quod nullam curatione recipere poteſt. Si in latere linguae vlcera naſcuntu eaque diutius durant, videndum, num contra dens al quis acutior ſit, qui ſaneſcere ſaepe vlcus eo loco no ſinit, ideoque limandus vel eximendus eſt.

§. 916.

Si vero malum vlcus palati membranam exeſt, oſſi etiam vitium adfert, id quod non raro venere morbo aegris incidere ſolet, ad id putgandum pro ciunt medicamenta, quae oſſi vitiato opportuna ſun

eſſer

essentia myrrhae, cui addi potest essentia aristolochiae et aliquid ex oleo caryophyllorum. In horum vsu tamdiu perseuerandum est, donec squama ab osse secedat, et os integrum fiat. Si, id quod crebrius incidit, caries alte descendit, quod vitiatum est, ab alio osse, quod integrum est, soluitur sinusque relinquitur. Videndum, num sinus, quo deglutitio multum impeditur, carne possit impleri, id quod quandoque fieri potest, si is exiguus est. Ob id orae eius crebrius conciduntur, iisque medicamenta illinuntur ex myrrha et aliis, quae carnem alunt (388). Si vero, id quod multo maxima ex parte fieri solet, sinus manet, obturamentum, ex auro, plumboue, factum, in eum demittitur, quod et vocem et deglutitionem adiuuat *.

* Vid. GARENGEOT *des Instr.* T. I. p. 387. FAVCHARD *Chirurgien Dentiste* T. II. Cap. XX. Tab. XXXVIII. p. 298.

§. 917.

Genitalia vtriusque sexus his temporibus mala vlcera ex venereo morbo recipiunt, quae cancrosa dicuntur. Ab initio in glande, cute, qua ea contegitur, et pudendis etiam mulierum, pustulae oriuntur, vna, vel plures, varis similes, subalbidae, et quasi pingues, cum pruritu. Vbi hae ruptae sunt, infra quasi exulceratio mucosa apparet, quae breui latius serpit, et cui callus inducitur, vt circum orae crassae atque callosae fiant. Hoc vitium, vel mox post impuram venerem oritur, quod illa loca virulento humore respersa fuerunt, vel nascitur ex vitio, quod iam per totum corpus diffusum in humidis est. Vltimum genus difficilius sanescit.

§. 918.

Si protinus post coitum pustula ardens in illis sedibus exsurgit, auerti quandoque exulceratio potest, fomentum adhibetur ex lacte, quod radici altheae

mol-

mollientibusque herbis inferbuit. Si vero nihilom nus vlcus oritur, illud exedentibus (907. 908) adure tibusque curatur, quibus etiam orae callofae tolluntu Hoc vlceris genus, etiamfi purum fuerit, diu medi mentis digerentibus et pus alentibus percurandu non vero protinus glutinandum eft. Curata etia vlcera, praecipue, fi ea ex vitio fuerint orta, quod p totum corpus diffufum et in humidis eft, hominem tuto effe a lue venerea haud finunt, nifi is fumat me camenta ad eam difcutiendam idonea fatisque valent

† De ulcerum curationibus librum fingularem lingua angl confcripfit et edidit BENIAMIN BELL, quem in ver culam verfum legere Germanorum chirurgi poffunt. fcriptus eft: BENIAMIN BELLS *Abhandlung von den fchwüren etc. deren Behandlung etc. Lipfiae* 1779.

ΕΡΠΗΣ.

§. 919.

Cutis etiam frequentius variis puftularum generit exafperatur. Varia et his nomina funt, tum a p fcis autoribus, tum a recentibus, impofita, de quoru fignificatione etiam non omnes confentiunt. Co mune fere nomen eft ἕρπης, Gallis *le Dartre*, quod i vlcera ferpendo procedunt, ita, vt nonnunquam quae primum vitiata erant, fanefcant. Sed et hui diuerfa genera funt. Herpetem miliarem vocant, quo exiguae, fereque continuae, puftulae in fumi cute funt cum afpritudine et pruritu, quarum nul nec altera, nec milii femine, maior eft. Interpofi tempore puftulae rumpuntur, et quafi fquamulae f vuntur, farinae fimiles. Si vero bullulae paulo mai res funt, quae rumpuntur, etiam maiores fquamul et quafi cruftulae, relinquuntur. Hoc genus medi criter et in fumma cute procedit. Proxima enim c tis, quae vitium receptura eft, femper tumidior eft

rub

rubra. Interdum medium ſaneſcit extremis procedentibus, frequentius etiam id, quod ſanum videbatur, iterum exulceratur. Plus vero mali eſt in eo, quod ἕρπητα ἐσθιόμενον Graeci vocant, quia celeriter ſerpendo penetrandoque vſque ad oſſa corpus vorat. Demptis in hoc ſquamis, profluit humor albidus, quo cutis magis exulceratur. Ad τȣ̃ ἕρπητος varias ſpecies a nonnullis quoque referri ſolet exulceratio, quae cum nflammatione vehementiori ac febre eſt, atque abdonen comprehendit, et quae ob id ſupra, vbi de eryſipelate dictum eſt, deſcriptione explicata fuit (166). Herpes enim ab eryſipelate in eo potiſſimum diſcrebat, quod in hoc maior inflammatio eſt et febris, atque tiam celerius finitur. In herpete vero cutis magis xaſperatur, quam in eryſipelate.

§. 920.

Haec vitia difficillime tolluntur. Saepe enim, et bi corporis habitus corruptus eſt, eum prius mutari portet. Summa vero diligentia adhibenda eſt, ne xulceratio intus datis medicamentis intendatur, id uod frequentius accidit, ſi calidiora, quae humidis urgandis idonea vulgo creduntur, ei opponuntur. Et ſus docuit, non omnibus eadem auxilia proficere. pus eſt alui ductione frequenti per medicamenta on acria, ſatis tamen valentia, inter quae ſunt rhaarbarum, tamarindi, mercurius dulcis, manna. Dari oſſunt decocta pro cuiusque hominis natura alia, que alia, quae aduerſus illud vitium ſunt, quod in umidis eſſe ex certis ſignis intelligitur. Leniſſimis ero opus eſt, et quae pedetentim noxium humorem ſumunt. Interdum proficiunt iuſcula, ſi cum hers ac radicibus ad id idoneis coquuntur. Senili corori iuſcula prodeſſe quandoque ſolent, quae viperis ferbuerunt. Ab his curationibus vero et victus ra-

tione interius ante non facile desistere oportet, qua
cutim in melius mutari, apparuerit, praecipue, si
tium penitius insedit et eius iam consuetudo facta
Interdum in salutaribus fontibus, interdum in asini
lacte, praesidium est, quibus potis nonnulli, cum
quasi ex toto eluissent, hoc malum tandem euiceru
Parum proficiunt medicamenta, nisi cum his adhib
tur abstinentia et modica corporis exercitatio, et
victu paulo subtilior obseruatio.

§. 921.

Vbi autem corporis habitus mutatus fuit, malu
nonnunquam sine extrinsecus admotis medicamen
finitur. Leues pustulae, si ieiuna saliua quotidie
fricantur, sanescunt. Caeterum imponenda sunt
media non acria, sed quae, quasi blandiendo, leni
reprimunt. Hanc facultatem habet cremor ex semi
psyllii et cydoniorum paratus, cui parum merc
dulcis atque cerussae adiici potest. Cerussa eti
aqua rosarum excipitur, paulum mercurii dulcis ad
tur et pustulis illinitur. Ad reprimendum siccandu
que magis potest illa aqua, qua recens paratum stibiu
diaphoreticum elutum fuit. Etiam proficit compo
tio, quae lapis medicamentosus Crollii dicitur, si e
paulum multa aqua diluitur et imponitur. Sunt,
decoctum radicis lapathi acuti et chelidonii extollu
quo locum crebrius lauant. Alii succum citri et a
tum vini, quod plurimum lithargyrii excepit, inter
aequis portionibus miscent, et coagulum, quod
his inuicem mistis subsidit, protinus loco exulcera
admouent. Hoc per tempus superhabitum, vbi cac
locus aqua abluendus, et nouum coagulum rece
paratum imponendum est. Plurimum etiam valet e
plastrum, quod album coctum dicitur, si id recte co
positum fuit. Nonnullis hominibus cutis est rer
omni

omnium impatientiſſima, et quae fere ab omnibus, quae imponuntur, exaſperatur. In his per extrinſecus admota ſanitas fruſtra quaeritur, quae ſaepe ſine his a ſolo medicamentorum intus ſumendorum vſu et victus ratione redditur. Nec ignorari oportet, in omnibus eiusmodi vitiis, quibus cutis infeſtatur, ſedulo adhibendam eſſe munditiam.

* Vid. VILARS T. II. p. 47.

† De hoc morbo nihil habeo quod addam. Otium mihi fecit ANN. CAROLVS LORRY in *Tractatu* de morbis cutaneis, Pariſiis 1777 edito, vir laudatiſſimus, cuius laudes celebrare ſi vellem, viderer velle ipſi invidiam creare. Micat inter omnes. Legi quoque poſſunt, quae ſcripta ſunt in *Recueil d' obſervation de Medecine des hoſpitaux militaires* par Mr. RICHARD DE HAUTESIERCK. A Paris 1766-72. T. I. et II. Nonnulla quoque non contemnenda leguntur in SCHMUCKERI *Vermiſchten chirurgiſchen Schriften* T. II. Contra eorum ſcriptorem hoc tantum dicendum eſt, PLATNERO curationes variorum generum herpetis faciles viſas haud eſſe. Nemo vel parum in arte verſatus, herpetes aliaque cutis vitia curari facile poſſe dixerit. vid. §. 920 initium.

PORRIGO.

§. 922.

Porrigo, alii tineam, fauum, achores, vocant, vitium eſt, vbi inter pilos quaedam quaſi ſquamulae exſurgunt, quae interdum madent, interdum ſiccae ſunt, aliquando ſine vlcere, aliquando etiam exulcerato loco. Neque id bene integro corpore naſcitur, quod ex toto inutile non eſt. Nam ſaepe, ſi in humidis, praecipue in capite, alius morbus eſt, non incommodum eſt ſummam cutem potius corrumpi, quam, id quod nocet, in aliam partem magis neceſſariam verti. Praeſtat igitur ſubinde caput pectendo repurgare, quam porriginem ex toto impoſitis variis ex ſulphure et mercurio paratis prohibere. Danda ſunt medicamenta, quibus vitium, quod in humidis eſt, diſcutitur et lympha tenuatur. Extrinſecus nihil vtilius eſt, quam caput

put ſaepius radere et ſquamulas etiam craſſiores radei do ita tollere, vt etiam vlcera cruententur, et impc nere medicamenta ab initio nulla, poſt, quae lenitc reprimunt. Parum ab initio haec proficere videntu. ſi vero ſaltem paulum iuuant, in eorum vſu perſeuc randum eſt, quia et in his caſibus profectus tempor. expletur.

† Morbus hic, vt alii cutanei, raro tuto externis curatur, ſe eius curatio a medicis requirenda eſt. Cauſſam in lympha vitio quodam eſſe ſatis docent glandularum lymphaticarui tumores, qui aut ante eruptionem cruſtarum exſurgunt, ai repreſſionem earum conſequuntur. Quo altius in adip cauſſa cruſtarum radicata eſt, eo difficilior eſt curatio. Hu morum autem vitia cum varia et diuerſa ſint, remedia quc que diuerſa ſint neceſſe eſt. Aliquando ſi corpus omni mo do per medicamenta intus ſumta vexatum fuit, proponitu omnium capillorum euulſio, qua etiam plerumque morbu ſanatus videtur: Verum poſt aliquod tempus ſaepe reuerti tur, aut in aliis externis partibus ſimilis eruptio fit, aut quod peius, interdum lethale eſt, internarum partium mor bi fiunt. Quae vel mediocriter in arte verſatus ignorar non poteſt. Itaque nec medendi rationi illi fides protinu habenda, cuius reuelationem a Monacho quodam Magnu Dux Hetruriae magno pretio redemit. vid. *Mercure a France. Octobre* 1774. et VNZERI *Medicinifches Handbuch* Num pulueri bufonum toſtorum multum tribuendum ſit paene dubito, et eo carere curaturum poſſe credo.

Α Φ Θ Α Ι.

§. 923.

Aphthae dicuntur oris vlcera minora mucoſa, quae oriuntur, ſi minores fiſtulae, per quas varius humor in os defluit, a lento vitiatoque humore exulcerantur. Non ſolum os, ſed quoque fauces, ſtomachum, ventriculum atque etiam inteſtina infeſtare ſolent. Sunt quandoque cum inflammatione malaque febre, praecipue, ſi ventriculus atque ſtomachus inflammantur, in quibus caſibus illae mortem denunciant, maxime ſi aphthae in elatiorem cruſtam degenerant,

nerant, et haec ab inferioribus faucibus quafi adfcendit. Saepe igitur etiam aliis febribus accedunt, et tabidos quoque ac phthificos non parum excruciant. Si vero alienum obfcurumque colorem accipiunt, plerumque gangraena fubeft, quae mortis index effe folet. Nec fine periculo funt, quae refolutae celerius renafcuntur. Morbus in locis paludofis, maxime in Belgio, frequentior et quafi endemius effe folet. Infantes crebrius iis laborant, fi lacte vitiato aluntur, et hoc in ventriculo coacuit.

§. 924.

Si aphthae ex mala ardenteque febre nafcuntur, huic ante omnia fuccurrendum eft. Plurimum valent omnia, quae corporis humida nimio aeftu coacta diluunt atque tenuant. Dari et crebrius in ore contineri debent decocta ex emollientibus atque hordeo, cui adiiciuntur fyrupi de althea, violarum et capillorum veneris, vel loco horum oxymel. Sunt, qui rapas contritas coquunt, bene defpumant atque aegro dant, quem monent, vt ea, antequam deuoret, quam diutiffime in ore contineat. Etiam radix glycyrrhizae, farfaparillae, herba capilli veneris, flores verbafci, malvae, ex aqua vel lactis fero coquuntur. Profunt etiam cremores ex amygdalis et femine papaueris parati, vt et gelatina ex cornu cerui, cui quamplurimum fucci acidi adiici debet. Gelatinas tamen ardentibus febribus non fatis idoneas effe, medici non ignorant.

§. 925.

Haec omnia vero, quae emolliendi facultatem habent, profunt, fi in ore diutius continentur. Ex iis etiam recte fiunt gargarizationes, nec non lotiones fubter in aluum dandae. Inter remedia etiam eft nitrum et fal prunellae, fi multa aqua diluuntur. Praeterea fatis efficax ad mucum ex faucibus detergendum

medicamentum ex moris, vel ex nucibus, roob diamoron et dianucum nostratibus dictum, quod melle cum rosa excipi et mediante penicillo vlceribus illini potest. Et his commode pauciores guttulae spiritus vitrioli adiiciuntur, vt ad purganda haec vlcera et resoluenda mucosas crustulas medicamentum validius sit. Infantibus, si aphthae sine febre sunt, proficit rhabarbarum, et si victus lactantis mutatur.

VLCERA, QVAE ARTE FIVNT.

§. 926.

Cum obseruationibus cognitum esset, vlceribus in cruribus et aliis corporis sedibus ortis, multos atque fere desperatos morbos tolli, ars, naturam imitata, etiam vlcera excitare instituit. Quia autem veteres hoc frequentius ferramento candente cuti impresso executi sunt, haec vlcera inde nomen traxerunt, quae a recentioribus saepe cauteria vocantur. Nec pauci inter nostrates ea fonticulos appellant, quod ex iis, veluti ex fonte, mala materia fluere creditur.

§. 927.

Non vero omnes corporis sedes his vlceribus, siue fonticulis, opportunae sunt. Vitandae enim sunt venae atque arteriae, nerui etiam et tendines. Optime ea recipit tunica adiposa, quae inter musculorum carnes media est, et has inter se iungit. Si enim vlcus super ipsam carnem excitatur, illud frequentius, vel aridum fit, vel inflammatione cingitur. Sedes etiam eligi debet, cui homo manum admouere potest, quo is, si vlcus purgandum est et obligandum, aliorum auxilio haud indigeat. Locum vero inter musculos medium nosse licet ex diligenti horum in anatomicis exercitationibus contemplatione et ex motu, quem im-

impofito digito chirurgus percipere poteft, fi membrum mouetur. Mufculi enim cuiusuis, qui motu cietur, caro, fub impreffo digito mouetur et quafi glifcit, labatque, tunica vero adipofa, quae inter mufculos media eft, cum haud moueatur, attrectantis digitum haud afficit. Locus, fi is repertus fuit, atramento notari poteft.

§. 928.

Haec vlcera vero non vna ratione excitantur. Pauci reperiuntur, qui hac aetate cutim admoto ferramento adurunt. Plures medicamentum imponunt, quod adurendi facultatem habet, et illud tam diu relinquunt, donec fuper cutem quafi igne aduftam crufta oftendatur, quam digerentibus, butyro recenti, vnguento aureo, et fimilibus, refoluunt, in finum vero pifum, aliumue ligneum globulum, demittunt, illumque impofitis pannis iniectaque fafcia, vel vinculo ad id accommodato, valentius adftringunt. Ex adurentibus primo loco funt lapis infernalis et lapis caufticus chirurgorum (97. 907). Haec ita cuti admouentur, vt prius huic imponatur emplaftrum, quod in medio foramen habet. In hoc foramen fuper cutem, quam prius faliua humectari oportet, demittitur medicamentum, quod alio fuperimpofito emplaftro contegitur, et iniectis pannis fafciaque, quae arctius circumdari debet, continetur. Hoc per fex circiter horas relinquitur, donec crufta cuti, quafi igne aduftae, fuerit inducta. Haec poftea modo dictis medicamentis, quae per aliquot dies ei fuperunguntur, refoluitur. Ea refoluta, in finum pifum vel globulus demittitur.

§. 929.

Expeditiffimum vero eft, cutim protinus fcalpello incidere, et in vulnus pifum coniicere atque fuper id fultis linamentis pannifque denfioribus et fafcia, quae etiam

etiam arctius circumdari debet, continere, quo vulneris orae comprimantur, et hoc in vlcus vertatur (895).

† Fonticulus etiam fit, si paruum emplastrum vesicatorium sat acre, cuti imponitur, et eleuata epidermis remouetur, pisumque adhibita fascia paulo valentius apprimitur.

§. 930.

Hi vero sic dicti fonticuli nonnunquam in summo capite excitantur, eo loco, vbi sutura, quae ab occipite per medium caput procedit, in coronali sutura finitur. Hic locus in pueris *fontanella* dicitur, quod ibi ossa deficiunt ita, vt cerebrum non nisi membrana contegatur. Eum inueniri difficile non est, cum is depressior sit, et tactu cognoscatur. Sunt tamen qui, vt illum reperiant, duas lineas ducunt a media aure ad mediam alteram aurem, deinde a naribus ad verticem, et vbi lineae committuntur, cutim incidunt; vel, quod maioris efficaciae est, candente ferramento adurunt, quod vehementer et ita infigunt, vt os etiam squamam remittat. Hoc valentius auxilii genus quandoque iis opitulatur, qui intolerabili et longa ac fere desperata cephalalgia laborant.

† Fonticuli in locis suturarum non decliuibus excitati cum duram matrem corrumperent, necem aliquando intulere. Quamobrem tutius excitantur in illo additamento suturae temporalis, ita iudicante BROMFIELDIO, l. c. p. 20. Neque vsus ferramenti candentis in capite satis tutus est. Vis enim ignis per os ad duram meningem transit. De hoc vid. DE HAEN in *Ratione medendi* etc.

§. 931.

In nucha opportunior his vlceribus sedes est inter alteram tertiamque colli vertebram. Videndum, ne vel ferramentum, vel, quod adurendi vim habet, medicamentum, vertebrarum spinas adurat. Per vlcera in hac sede facta quandoque siccescunt oculi lippientes

et

et ſemper tenui humore madentes; nec non, qui caeteroquin ſicci, ex leuibus momentis inflammantur.

§. 932.

Crebrius in brachio excitari ſolet fonticulus, cui in hoc membro opportunior locus is eſſe videtur, qui eſt inter deltoideum muſculum et bicipitem medius. Aliis magis placet locus ſuper infimam deltoidis partem, vbi is in tendinem degenerat. In femore ſupra genu ad quartum circiter digitum locus eſt depreſſior inter muſculum vaſtum-internum atque gracilem, in crure vero ad quartum digitum infra genu inter muſculum ſoleum et gaſterocnemium externum.

§. 933.

Vlcus quotidie repurgandum atque pus extergendum, piſum etiam, quod in eo relinquitur, faſcia adſtringendum eſt et indies mutandum. Quod ſi ſuper vlcus putris caro increuit, id reſpergendum eſt alumine, vel vitriolo vſto bene trito. Si vlcus aridum eſt, videndum, num ei ſubiecta ſit muſculi caro, et, ſi id repertum fuit, praeſtat, vlcus glutinari et aliud loco magis opportuno excitari. Si vero ex alia cauſa nullum pus ex vlcere arido effertur, quod homo febre laborat atque languore, illud idoneis medicamentis moueri oportet. Igitur in vlcus demitti poteſt globulus ex ligno ſaſſafras tornatus, vel illud reſpergi puluere ex radice ariſtolochiae, gentianae albae, herba ſabinae, addito pauxillo euphorbii, vel cantharidum bene tritarum.

§. 934.

Nec de his vlceribus omittendum, ea, ſi vetuſtatem adepta ſunt in corpore, non ſine periculo ſanari (899). Quare oportet ea, nec temere excitari, nec, ſi vetuſtas et conſuetudo acceſſit, in qua magnam vim eſſe nouimus, fiducia confirmatae a vetere morbo valetu-

letudinis facile glutinari. Ea autem prae caeteris multum profunt, si a qua nobili parte, cerebro in primis atque oculis, impetum materiae, qua vexantur euocari oportet. Praeterea, si quam partem, v. g. crura, mala manantiaque vlcera diu infestarunt, his vero tandem cicatrix inducta fuit, per fonticulos, si ii in propinquo fiunt, malae materiae olim fluere solitae exitus datur. Nec tamen iis noxia materia exhauriri potest, si morbus, veluti pituitae in oculis cursus, longior fuit et fere totam hominis vitam infestauit, cum iam partes, quae laborant, resolutae et infirmae factae sint; in quibus casibus, nec fonticuli nec alia auxilia, plerumque proficere solent *.

* Vid. Ill. HOFFMANNI Diss. de Fonticulorum vsu medico, Halae, MDCCXXVII. Conf. GLANDORPII Gazophylacium Polyplusium.

§. 935.

Veteres consueuerunt varias corporis sedes semel iterumque admotis ferramentis adurere, id quod hac molliori aetate fere remedio esse desiit, cum pluribus nimis acerbum videatur, in viuum corpus igne saeuire. In Chirurgorum vero armamentariis eiusmodi ferramenta, quae variam figuram variamque magnitudinem habent, reperiuntur. Neminem securum esse, si arteriarum sanguinem periculosius fundentium ora impresso candente ferramento adusta fuerunt, alibi relatum est (413). Nec mala vlcera et sarcomata atque carcinomata igne tuto curantur, si altiores egerunt radices, quae potius non parum eo concitari obseruatio docuit. Si vero haec vitia non nimis alte in infra sitas carnes aliasque partes descenderunt, illa excidi commodius est. Non ita graue est, ossa, si illa supernatis malis vlceribus et fistulis vitiata sunt atque cariosa, candentibus ferramentis adurere, quoniam ea, si modo subsecta carne patefacta fuerint, minus sentiunt.

ant. De quibus ſatis alio loco dicam. Efficaciorem hanc medicinam veteres adhibuerunt aliis diuturno morbo laborantibus, praecipue hydropicis, quorum ventres atque pectora ferramentis candentibus pluribus locis exulcerauerunt et vlcera diutius ſeruauerunt *. Hoc auxilio et noſtra aetate etiam veterinarii vtuntur, ſi articulus e ſede ſua non prorſus excidit, parumper tamen emotus iniuriam accepit, ita, vt humor in eum confluxerit, quo os pedetentim ex ſede ſua expellitur **. Si enim ex his vlceribus igne factis copioſum pus effertur, id etiam humorem, qui intus coiuerat, quandoque ſecum trahere ſolet. In graui apoplexia homini, qui ſine ſenſu et quaſi dormiens iacet, pedes horumque plantae ***, vel, id quod alii malunt, caluariae ſuturae, aduri poſſunt ****.

* Vide HIPPOCRATEM de internis Affect. Sect. XXVII. T. II. Lind. p. 229. Conf. Sect. VI. Aphor. 27. p. 100.

** Vid. de Articulo humeri et coxendicis PAVLVM AEGINETAM L. VI. Cap. 114. p. 102. et Cap. 118. p. 103. Edit Ald.

*** Vide MISTICHELLI Tractatum de Apoplexia, quem adducit HEISTERVS Chir. P. II. Sect. I. Cap. 22.

**** De eximio vſtionis vſu vid. M. AVR. SEVERINI Pyrotechniam Chirurgicam.

† De noxa cauteriorum in calua vid. not. §. 930.

§. 936.

Iam olim veteres cutim varia materia, quam ſuper a accenderunt, aduſſerunt *. Orientales populi erbae cuiuſdam lanuginem, quam *Moxam* appellant, igitis premunt, in conum torquent, et ſuper cute ccendunt, quam vſtionem praecipue iis, qui articulari orbo laborant, opitulari aſſeuerant **.

* HIPPOCRATES vſus eſt ſpongia oleo madente, de Viſu T. II. p. 352. Lino crudo, περὶ παθῶν ſect. 30. et 42. T. II. p. 180. Fungis, περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν ſect. 26. p. 229. ſect. 28. et paſſim. Confer M. AVR. SEVERINVM c. l.

** Vide TEN RHYNE de Arthritide p. 86.

§. 937.

Exulcerari etiam cutis ſolet impoſitis canthari- bus, quae vel panis fermento, vel emplaſtro quodam excipiuntur, quod ſuper alutae fruſtulum ducitur. Priuſquam vero hoc, quod variam magnitudinem ha- bet, imponitur, locus linteo aſperiori fricandus, ſum- maque cutis hac fricatione emollienda eſt, quo ea fa- cilius capax materiae ex emplaſtro fiat: Emplaſtrum ſexta vel oꝫaua circiter hora tollitur, ſumma pellicula vel epidermis, quae in bullam leuata eſt, forfice inci- ditur, ac humor, qui intus coiit, emittitur. Impo- nitur ſuper cutim ſic exaſperatam butyrum, vel ole- um. Parum quandoque prodeſſe ſolent haec vlcera, niſi per plures dies ſeruentur: Hoc efficiunt cantha- rides, quarum ſi paululum butyro vel axungiae adiici- tur, quae quotidie vlceri induci ſolet, pus mouen- quod tandem etiam album craſſumque naſcitur, et e vlcere fertur (297). In hac ſuppuratione tamdiu perſeuerandum eſt, donec morbus, cui per hanc cu- rationem opitulamur, conquieuerit.

§. 938.

Cantharides vero ſuper varias corporis ſedes dari ſolent. Crebrius ſuper nucham, ſuper vtrumque pro- ceſſum maſtoideum, ſuper tergum inter homoplatas (297), in artubus, ſuper carpum atque ſuram, quan- doque etiam olecranum. Proſunt vero aduerſus lip- pitudinem, praecipue illam, quam humidam vocaui- mus (277. 279), aduerſus lethargum, et ſi inexpugna- bilis dormiendi neceſſitas hominem vrget. Etiam ſi varii generis exanthemata, quae cum febre acuta ori- untur, latent tardantque, vel ſubito fuerunt repreſſa. Nocent in phrenitide, ac ſi homo increſcente inten- taque febre deſipit *. Renes atque veſicam offendunt: quare, ſi haec vrinae itinera calculum, vel vlcus, ha- bent;

bent, alienae ſunt. Nam accidere ſolet, non tantum, ſi intus dantur, ſed etiam, ſi extrinſecus diutius ſuperhabentur, vt veſica laedatur, adeo, vt vrina cum ſummo dolore reddatur, et nonnunquam cum ea ſanguis deſcendat. Aduerſus id vero auxilium eſt in lacte epoto, vel in amygdalis et papaueris ſemine, ſi ex his cum aqua contritis cremor, vel ſic dicta emulſio, paratur (124) *.

* Vide BAGLIVII Praxin Med. Lib. I. in Operibus p. 102.

† Veſicas quoque admotis aliis non paucis, eleuari in cute vulgo nota res eſt, vid. HERM. BOERHAAVII *Inſtitut.* §. Noſtra aetate multum cortici Mezerei tribuitur.

§. 939.

Setaceum nomen traxit a ſetis, quod olim chirurgi pilis ex equorum caudis ad id vterentur. Vlcus eſt, quod fit in cute, ſi per eam, quae, vel digitis, vel forcipe, leuatur, acus latior pleniorque incurua, vel ſcalpellum, aliudue ferramentum, traiicitur. Tranſmitti vero per vlcus debent lina plura xylina, ita torta, vt in iis vnitas ſit. Hoc linum ita tortum, vel protinus in acum coniicitur, qua cutis perforatur, vel, ſi vulnus mediante ſcalpello factum eſt, acus obtuſa linum illud trahens per viam prius perfectam traiicitur. Veteres ad id ferramento candente vſos eſſe legimus *. Hoc linum bis in die ducendum eſt, ſic, vt ſubeat vlcus pars, quae pura eſt, altera vero pars pure infecta praecidatur. Illud, quod in vlcus immittitur, etiam medicamento circumliniri poteſt, ad pus citandum, vlcus etiam exaſperandum, idoneo. Vbi linum deficit, ad vltimum veteris caput alterum recens linum illigandum, vel hoc mediante acu retuſa iterum traiiciendum eſt.

* Fere ad HILDANI tempora Vid. Cent. I. Obſ. 40. Conf. tamen GLANDORPII Gazophylacium p. 102.

§. 940.

In nucha plerumque haec vlcera excitantur, rar in aliis sedibus. Nonnulli acum linumque per longu traiiciunt, id quod aegre ac difficulter fit, alii pe transuersum inter ceruicem et alteram colli vertebram alii oblique *. Priusquam ferramentum immittitu cutis digito lauari et locus atramento notari debet.

* Vide GLANDORPIVM c. l.

§. 941.

Haec curatio, quamuis acrior sit, quandoque r quiritur in longa, et quae nullis aliis auxiliis expu nari potuit, lippitudine, nec non, si aliis vitiis, orie te suffusione, vel amaurosi, videndi facultas laeditu etiam in hydrocephalo, lethargo, et vbi humor no aque materia longa magnaque suppuratione exhau enda est.

FISTVLA.

§. 942.

Fistula, quae ex abscessu atque vlcere fit, est vlc altum, angustum, callosum. Nam vlcus, qu ab angusto ore orsum altius penetrat et intus cauu ampliatur, si sine callo est, quamuis a pluribus qu que ad fistulas referri consueuerit, sinus, vel vlc sinuosum, vocatur.

* Vide Diss. meam de Fistula lacrymali MDCCXXIV. Vlc quod magnum est, non vero profundum, oras tamen dur atque callosas habet, vlcus callosum vocatur. Sinus, q sine callo est, Graecis κόλπος, si vero ei callus inductus e σύριγξ vocatur. Vide GORRAEVM. Confer HENR. ST PHANI Expos. Vocab. Med. p. 377. et 478.

† Fistulae notionem PLATNERVS ita, vt et multi alii, info mat, vt callum ab ea abesse non posse putet. Verb CELSI ipsissimis definitionem concepit. Verum CELS in alio loco eiusdem Cap. 28. Lib. V. se ipse vel corrig vel explicat, vbi dicit: *Vetustate callosa fit fistula.* Erg call

calloſa non eſt, dum recens eſt, fiſtula. Conſequens igitur eſt, vt fiſtula vlcus anguſtum et paulo longius procurrens recte dicatur.

§. 943.

Callus tunica eſt alba, aut pallida, dura, quae ſine ſenſu eſt, ita, vt etiam ſpecillo tacta, dolorem haud adferat. Ea naſcitur ex vario humore, qui ex vlcere effertur, ex quo, ſi is non abſtergitur et vlcus haud purgatur, quaſi limus ſubſidit, qui vlceri adhaereſcit et tandem craſſior duriorque factus in callum vertitur.

† Neque calli geneſin ſemper ex humore purulento, non abſterſo eo, partes ſpiſſas demittente, deriuandam eſſe facile patet. Nam fibroſa calli natura ſatis docet, eum ex ſolidis partibus a varia cauſſa mutatis exiſtere. Interdum et ſaepius quidem fiſtulae parietes interni inflammatione quadam affecti duritiem quandam contrahunt. Interdum loci vlceroſi compreſſio callum efficit. Iniecta ſpirituoſa, adſtringentia, ſiccantia non raro ſymbolam ſuam conferunt. Inflammatoriam conditionem fiſtulae et hae cauſſae, et iniecta acria, et ipſius materiei purulentae irritatio creant.

§. 944.

Fiſtularum aeque, ac vlcerum (893), propria ſedes in adipe eſt. Nihilominus ſolent, ſi altius et ad alias partes, carnes, membranas, cartilagines, oſſa, penetrant, etiam eas violare. Plura caeteroquin earum genera ſunt, quae inter ſe non parum diſcrepant. Quaedam ſub cute tranſuerſae feruntur, aliae recta intus tendunt, aliae breues ſunt, aliae longiores, quae et altius penetrant. Aliae ſimplices ſunt, aliae multiplices, quae ab vno ore orſae intus in plures ſinus diuiduntur. Aliae rectae ſunt, aliae flexae et tortuoſae. Aliae intra adipem, vel carnem, deſinunt, aliae ad oſſa, aut cartilagines, penetrant. Interdum ad interiora, pectus, abdomen, inteſtinum, etiam articulum, perueniunt, et has cauas ſedes perrumpunt.

§. 945.

Scire licet, quo fiſtula tendat, et quam alte, ſpecillum in eam demittitur. Neceſſe vero eſt, v ſi fiſtula intra adipem carneſque fertur, omnes muſcu li, qui iuxta ſunt, quieſcant, qui, ſi agunt, ſinus pre munt et prohibent, quo minus in hos ſpecillum com pelli poſſit. Quia etiam ſaepe in tortuoſis varii flexu reperiuntur, quos chirurgus non omnes protinu ſpecillo perſequi atque inuenire poteſt, neceſſe eſt, v dum hoc demittitur, aeger aliter atque aliter coll cetur. Scire etiam poſſumus ex modo puris, quae nam ſint fiſtulae ſpatia, cuius, ſi plus fertur, quam vt minori et ſimplici ſpatio conueniat, maiores plu reſque ſinus eſſe, ſignificat. Etiam in fiſtulam, me diante ſiphone, aqua, vel quaeuis lotio, immittitu et ex modo aquae, quem illa recipit, illud diſcitu Si ſinus ſub cute feruntur, ii, ſi callum habent, tacti admoto cuti digito, ſentiuntur. Saepe non niſi lon ga atque repetita inquiſitione fiſtula recte explora poteſt. Vbi iam fiſtula inciſa et ſinus apertus eſt, e eo vero alii ſinus, et quaſi riuuli, procedunt, id oſte dit minutus admodum et candidus pauloque elatic orbiculus, in quo exitus noui ſinus eſt. Is vero non nunquam tam anguſtus eſſe ſolet, vt nec tenuiſſimum ſpecillum admittat.

✝ Fiſtulae ductus quoque in conſpectum prodeunt, ſi ei exitum immiſſa turunda obſtruit, atque ſic humor purule tus colligitur, ductuſque eo turgent, non altius ſub cu conditi illi. Dolor quoque, mutatus cutis color de tract fiſtulae aliquid manifeſtant.

§. 946.

Etiam, ſi ſpecillum in fiſtulam demittitur, ſci poſſumus, quo vſque ea penetrauerit, et quatenu nocuerit. Nam, ſi molle eſt, quod vltimo ſpecill contingitur, et aeger dolorem ſentit, vitium intr

ca-

carnes eſt, et callus nondum induruit, qui magis renititur et ſine ſenſu eſt. Maior reniſus eſt, ſi fiſtula ad os penetrauit. Ibi, ſi ſpecillum dilabitur, os adhuc perioſtio contegitur, et nondum carie vitiatum eſt, ſi vero ſpecillum non dilabitur ſede, qua innititur, et ſi inaequale atque aſperum ſubeſt, os iam vitium contraxit, idque carie exeſum eſt. Etiam ſanies, quae ex fiſtula fertur, docet, quaenam partes perroſae ſint (897).

§. 947.

Quemadmodum ex abſceſſibus variis atque vulnerum generibus vlcera oriuntur (894. 895), ſic profundiores ſinus atque vlcera, praecipue ſi in adipe ſunt, in fiſtulas degenerant, id quod ex ſimilibus fere cauſis accidit; Si vlcera non recte purgantur, et in ea, vel nulla, vel leniora, vel nimis acria, medicamenta demittuntur, ſi vlceri impuro admouentur alia ex alcohol parata, ſi orae vlceris linamentis, turundis, pannis atque faſcia nimium comprimuntur, fiſtulae naſcuntur. Corruptiora etiam vlcera fieri et difficilius purgari, ſi in corpore mali habitus ſunt, ex ſupra dictis intelligitur (894), quorum etiam promptior tranſitus in fiſtulam eſt.

† Fiſtula vetus, qua corpus hactenus tanquam fonticulo perpurgatum fuit, non tuto ad cicatricem perducitur. Fiſtula recentior, a nulla humorum prauitate effecta vel nutrita, ſolam curationem extrinſecus adhibendam poſcit. Quae vero a vitio in humidis deriuata eſt, vix niſi illis mutatis, ab externis opem accipit; aliquando purgatis humoribus ſponte purgatur et ad cicatricem quaſi feſtinat. Quod praecipue fieri aſſueuit, ſi lue gallica infecti, recte et feliciter ab ea liberantur.

§. 948.

Facilem curationem recipit fiſtula recens, ſimplex, quae ſub cute fertur, quam plurimum adiuuat corpus, ſi iuuenile, integrum et firmum eſt: Vbi vero fiſtula

fiſtula altius deſcendit, eaque os, cartilagines atqu membranas et tendines laeſit, vel, ſi ad articulum, ar teriam venamque maiorem, ſtomachum, aſperam arte riam, tendit, ſi in cauum, in pectus atque ventrem penetrat, difficilius ſaneſcit, et ſaepe inſanabilis eſ Nec facilem curationem admittit illud genus, quo incifa propter calculum veſica, in perinaeo relinqu tur. Peſſimae etiam ſunt fiſtulae, quae inteſtina pe ruperunt (§. 674. 841).

§. 949.

Nec alia earum curatio eſt, quam vlcerum (90c Vbi vero purgari debent fiſtulae et in vulnus recei verti, neceſſe eſt, vt callus tollatur. Is vel ſcalpell exciditur, vel validioribus medicamentis eroditu donec vlcus purum ſit et vndique aequale. Nonnu quam etiam callus, ſi excidi non poteſt, vincitur, ſi ſcalpello conciditur, et impoſitis, tum rodentibus, tu emollientibus ac digerentibus, liquatur.

§. 950.

Medicamenta, quae callum vincunt, non alia ſu quam valentiora ex iis, quibus vlcera purgari doc (901. ad 910). Ex primis fere eſt ſpiritus ſalis ar moniaci (907). Sunt etiam quaedam aliae medic mentorum miſturae efficaces. Varii generis emp ſtris, v. g. diaſulphuris Rulandi, ſtictico Crollii aer ginem, alumen vſtum, aliaque valentiora rodent adiiciunt, illaque calore cogunt, vt inareſcant et p ſtilli craſſitudinem habeant. Hos paſtillos figura vt ſint altera parte tenuiores, altera paulo plenior atque ea parte, qua tenuiores ſunt, in fiſtulae profu diores ſinus coniiciunt, qui in his molleſcunt ac liqu fiunt, tandemque callum exedunt. Cum vero ha medicamenta, quamuis liqueſcant, non ſemper ad timam fiſtulam et alios, qui altius procedunt, ſin

fera

ferantur, alii varios liquores componunt et mediante fiphone in fiftulam immittunt. Nec defunt, qui variis vnguentorum compofitionibus vtuntur, quas turundis et linamentis fuperillinunt et in fiftulam coniiciunt.

§. 951.

Quod fi autem fiftula ad os aliquod penetrauit, et hoc iam vitium contraxit, omnis curatio fuperuacua eft, nifi omne, quod ex offe corruptum eft, tolli poffit. Hoc faepe, fi vitium latius, vel profundius, eft, ac fatis patefieri nequit, perdifficile eft, ac nonnunquam effici nulla ratione poteft; quales etiam fiftulae fanari nequeunt.

§. 952.

Vbi vero fiftula ad neruum, vel neruofum locum, tendit, quem fubeffe, et anatome, et humor, qui effertur, et ipfe dolor docent, metus effe poteft, ne ab his acrioribus medicamentis illae partes grauem offenfionem accipiant. In his cafibus rodentia et exedentia aliena funt, et magis proficiunt, quae vlcus aridum reddunt, aqua calcis, aqua phagadaenica, effentia fuccini, elemi, maftichis. Haec gummi etiam cum terebinthina ac oui vitello mifceri et immitti poffunt, quibus quandoque etiam callus, fi is paucus eft et tenuis, vincitur.

§. 953.

Si fiftula fub cute tranfuerfa fertur, in illam, fi longior eft, et aeger fcalpelli operam reformidat, demitti poteft fpecillum et fiftula contra huius caput altera parte incidi. Per fiftulam traiici poteft linum medicamento idoneo illitum, quod indies adducitur, donec purus fuerit finus, qui, vt vulnus, glutinatur (Conf. §. 478). Ad quam rem idoneum eft ferramentum Petiti, quo et finus altera parte perfoditur, et linum commode traiicitur.

* *Le Troisquarts a Contréouverture* v. GARENGEOT T. I. p. 491. f. 2.

§. 954.

Longe tamen maius certiusque in manu praesidium est, quam in medicamentis, quae raro ad vltimas fistulas arctioresque earum sinus perueniunt. Fistula vero si aliquid corruptum relinquitur, id quod, si ea soli medicamentis purgatur, crebrius incidit, vel glutinari nequit, vel cicatrix, si inducta fuit, breui iterum rumpitur. Expeditissimum igitur est, specillum, quod sulcum habet, in fistulam demittere, et hanc super id recta incidere. Oportet vero omnes sinus persequi et, si illi intus tendunt altiusque descendunt, illos latius etiam duabus, aut pluribus, lineis incidere, vt imus sinus oculis digitisque pateat, ex quo callus minori negotio maiori securitate auferri potest. Si fistula transuersa est et altera parte exitum non habet: in eam coniicitur specillum, cuius extremum exacutum est. Hoc altera parte cutis perforatur, sub id vero omnis caro cutisque, quae super fistulam est, scalpello inciditur. Repererunt etiam alia genera scalpellorum, et inter haec etiam id, quod reconditum elatere mouetur *.

* *Le Bistouri caché ou herniaire*, v. GARENGEOT T. I. Chap. VII. Art. 3. p. 232. et 243. Hunc scalpellum paulum mutauit Cl. SENFFIVS, vid. fig. XVII.

§. 955.

Incisa vero fistula callum etiam tolli oportet, qui ex ea vel totus exciditur, vel scalpello, et, id quod melius est, quia maiorem inflammationem ac suppurationem mouet, forfice conciditur, vel medicamentis, ad id validioribus aduritur, vel pedetentim eroditur. Expeditior curatio est, quae scalpelli opera fit. Ad medicamenta autem veniendum necessario est, si fistula intus aliqua procedit, quo scalpellus tuto per-

venire

venire non poteſt. Callum veteres candente ferramento aduſſerunt.

§. 956.

Callus ſi vel exciſus vel eroſus eſt, et ſe purus ſanguis oſtendit, in ſinum coniicienda arida linamenta ſunt, ne per malam curationem orae ſaneſcendo iungantur. Sinus, vt alia vulnera, curatur, donec ad cicatricem perueniat. Nec etiam negligi debent medicamenta, quae ad humida in corpore purganda valent. Haec in primis neceſſaria ſunt, ſi fiſtula a vitio, quod per omne corpus diffuſum eſt, enata fuit, aut, ſi illa corpus, quod mali habitus eſt, occupat.

† Fiſtula ſub cute progrediens, poſteaquam purgata eſt, curationem quoque accipere poteſt, ſi parietes interni idonea compreſſione per ſplenia et faſcias ad ſe mutuo adducti, collectionem noui humoris non amplius admittunt. Ita enim conglutinantur atque concreſcunt. Quomodo genus quoddam vincturae prodeſſe poſſit, in loco de fiſtula ani dicetur.

†† Fiſtula breuior et recta ad carnes deſcendens paulatim amplior fieri quidem poteſt turundis ex rapa ſiccata, ſpongia marina compreſſa etc. paratis; expeditior tamen eius curatio eſt, qua ſcalpellus ſuperiores fiſtuloſi vlceris partes vtrinque incidendo diuidit. Ita enim vlceris ima pars patet et purgari poteſt.

FISTVLA LACRYMALIS.

§. 957.

Sunt etiam plura vitia circa illa itinera, per quae humor ad nares deſtillat, quo oculi, ne areſcant, naturaliter humidantur. Is humor ex variis fontibus in oculum lapſus in eo ſub palpebris confunditur. Tenuior halitus fertur e membrana, qua et palpebrae *, et oculus, et cornea etiam **, conteguntur. Limpidus, ſed longe copioſior, humor e glandula maiori innominata permanat ad oculum per ductas, admo-

dum vero anguſtas, vias, quae palpebrae ſupremae in haerent, et ad huius cartilaginem vſque pertinent *** Qui humor, ſi is redundans ſe per genas profundit lacrymarum nomine vocatur. Accedit pinguitudo ex glandulis ad cartilaginoſas palpebrarum oras poſitis quibus nomen ab inuentore, Meibomio, impoſitum eſt.

* Vide WINSLOW Anat. T. IV. P. II. §. 216.

** WINSLOW c. l. et C. A. R. Sc. MDCCXXI. p. 417.

*** WINSLOW c. l. §. 176.

§. 958.

Id quod vero huius humoris exhalatione haud diffunditur, per directas ad nares vias perlabitur. Ad oculi angulum internum prope palpebrarum cartilagines duo quaſi puncta cernuntur, quae ſunt oſcula viarum palpebris inhaerentium, ſeu ductuum lacrymalium, qui ad oculi angulum coeuntes ſpatioſiori receptaculo, quod ſaccum lacrymalem vocant, inſeruntur. Hoc receptaculum enim accipit humorem agitatione et motibus, tum palpebrarum, tum oculi ipſius, depulſum et quaſi detruſum. Non parum hunc lacrymarum motum adiuuat caruncula, quae inter ductus lacrymales in eodem oculi angulo poſita eſt, et cui etiam anterius tenerior membranula, quaſi lunata innectitur. Hac enim caruncula prohibentur lacrymae, ne per oculi interiorem canthum efferantur, id quod incidit, ſi illa vel per morbum exeſa, vel per malam curationem exciſa, fuit Aſperior eſt et hirſuta pilis etiam munita, quibus, ſi quid ſiccae aridaeque pituitae in oculo eſt, inhaeret, ne id ſe illis viarum oſculis opponat et humorem deſtillare prohibeat. Saccus lacrymalis illigatur oſſis lacrymalis parti anteriori, qua ſede is exiguum muſculum ab oſſe plano ortum habere dicitur, cuius actione lacrymarum motus ad nares adiuuari videtur *. Hoc enim oſſicu-

lum,

lum, quod tenue eſt et admodum rarum, in duas partes exceſſu quodam, ſeu linea prominente et deorſum ſpectante, diuiditur. Pars oſſiculi poſterior, quae cum oſſe plano ethmoidei committitur, ad orbitam pertinet, anterior vero, quae ſinuata eſt, lacrymalem ſaccum excipit, qui illi extanti lineae, quaſi per vincula quaedam, medio perioſtio inneċtitur. Hoc lacrymarum receptaculum, quod ea parte amplum eſt, iterum coarctatur et recuruatum atque poſteriora verſus paulum inclinatum ad ima dirigitur. Vocatur ductus naſalis, qui per foramen, quod ſub oſſe maxillari ab orbita inferiori parte eſt, ad narem tendit, in qua ſub oſſe turbinato inferiori finitur **.

* Quem a du VERNEY chirurgo inuentum deſcribit CORN. V. REVERHORST in diſſ. de Aegilope, Lugd. Bat. MDCCXXXVIII.

* Vid. ANEL *methode de guerir les fiſtules lacrymales*, BIANCHI Ductus lacrymales nouos, et huius cenſuram, in MORGAGNI Aduerſ. VI. Confer de Fiſtula lacrymali Diſſertationes: LAVR. HEISTERI, de Methodo ſanandi fiſtulas lacrymales, Altd. MDCCXVI. meam. Lipſiae, MDCCXXIV. IO. CASP. SCHOBINGERI, Baſ. MDCCXXX.

§. 959.

Ex varia occaſione accidere poteſt, vt haec itinera lacrymas non tranſmittant. Nonnunquam glutinoſior humor iis inhaereſcit, vel polypus, qui narem implet, intus ſe humori defluenti opponit *.

* Vid. LE DRAN P. I. Obſ. 6. p. 42.

† Tunica interior viarum lacrymalium quaſi reflexa, at tenerior tunica pituitaria eſt, quae mucum ad vias aduerſus lacrymarum acrimoniam defendendas ſecernit. In pueris igitur, hominibusque aliis pituitoſis, iſte mucus copioſior et ſpiſſior ſecretus obturare et obſtruere vias eas poteſt, ſic vt ſacco lacrymali impleto, per puncta lacrymalia refundantur lacrymae.

§. 960.

Longe tamen frequentius euenire ſolet, vt haec lacrymarum itinera per inflammationem intumeſcant, et lacry-

lacrymas, quo minus delabantur, prohibeant. Nam illa, ex duabus veluti tunicis composita, inter ha cellulosum contextum, interius autem glandulas habent *; quae res non parum confert, vt hae quoque partes inflammationibus pateant. Frequentius eam patiuntur homines, qui simis depressisque naribus sunt.

* Vid. WINSLOW c. l. §. 349. Conf. REVERHORSTIVM c. l. C. p. 19.

§. 961.

Sunt autem varia, quae inflammationem mouere possunt. Obseruatione compertum est, haec vitia crebrius post variolas atque lippitudines oriri. Variolis orientibus, et cutis, et non raro interior oculus, inflammatur exasperaturque. Atque deterioribus variolis subesse solet sanies acrior, quae, vt alias sedes, sic etiam haec itinera, rodit atque exulcerat. In lippitudine id quoque facit lacryma calida atque acrior, qua etiam nonnunquam densa in genis cutis roditur, et qua illae teneriores tunicae inflammari possunt (289). Interdum etiam, sed raro, ex his causis in iis itineribus exulceratis carunculae nascuntur fungis similes, quibus illa coangustantur. Omnia haec magis intenduntur, si corpus corrupti habitus est, et id venerea lues, aut scorbutus, occupat. Non raro enim noxa ab interioribus et ipsis ossibus incipit, si circa haec foeda vlcera sunt, eaque vitiata, qualia esse solent, si nares ozaena infestat. In cute etiam super lacrymarum receptaculum occasio esse potest, si varii generis tubercula, furunculi, abscessus, tumores tunica sua inclusi (758), nascuntur, si erysipelas, vel per se, vel quandoque iter facientibus, ob aestus immodicos oritur. Si quacunque vi extrinsecus allata hae sedes vexantur inflammanturque et iis lacrymarum receptaculum premitur atque coarctatur. Nam lacrymae, quae ad narem perlabi nequeunt, in sacco haerent, atque tandem natura

sua

ſua corporisque calore corrumpuntur, acres fiunt et tunicas rodunt atque exulcerant.

§. 962.

Scire autem licet, haec itinera ita affecta eſſe et per inflammationem, aliamue cauſam, coarctata atque compreſſa, ſi per puncta lacrymalia humor, cui pituita admixta eſt, in oculum, etiam perpetuo humore madentem, fertur, et quaſi cum impetu erumpit. Per ſe id fieri ſolet, quando eius maior vis in lacrymarum receptaculum confluxit, vel etiam, ſi is acrior factus, illud rodit. His enim interior tunica, forte etiam ille minor ei inhaerens muſculus (958), conuelluntur, quibus humor ille, qui huc defluxerat, excutitur. Crebrius etiam hoc incidit, ſi aeger vel tuſſit, vel ſternuat. Humor praeterea ex lacrymarum receptaculo exprimitur digito, ſi eo cutis extrinſecus paulo valentius premitur. Nam, ſi vitium non vltra proceſſit, illud oculis non patet, cum nec tumor ſit, nec cutis aliena ſit, nec aeger dolorem ſentiat.

§. 963.

Sedulo conſiderari oportet humorem, qui ex oſculis, vel punctis, exprimitur. Is enim, ſi lacrymis ſimilis, tenuis, pauciori albidaque pituita remiſtus, adparet, intelligitur, malum incipere, et lacrymarum itinera leuiter affecta nondum grauiter laeſa eſſe. Si autem humor exit, qui omnia contraria habet, malum iam altius latiuſque proceſſiſſe oſtendit.

§. 964.

Neque difficillimum eſt, hoc vitium, ſi illud recens ac ſimplex eſt, ſanari, quod vero, ſi ſingulis noxarum morborumque generibus verum atque proprium nomen dandum eſt, fiſtula vocari nondum poteſt (941). Nec, poſtquam ANELLVS ſpecillum et ſiphunculum

reperit,

reperit, quibus id, quod se his itineribus opposuit, pr
moueri potest, scalpelli opera necessaria est. Vbi ve
inter initia huic non recte succurritur, et vlcus ver
stas occupat, id saccum lacrymalem exest, latius serp
atque tandem callo obducitur, et in veram fistulam d
generat. Os, quod subest, cariosum quandoque
malo vlcere fieri solet. Oculorum etiam acies tande
illa sanie, quae per puncta effluit, non parum offe
ditur.

§. 965.

Curatio igitur prima est, in alterum illorum oscu
lorum, vel sic dictorum punctorum lacrymalium, sp
cillum demittere, cuius repertorem ANELLVM fuiss
retuli. Specillum vero, quod in punctum lacryma
demittendum est, esse debet ex argento, paululum i
curuum, laeue, ab altera parte plenum, ab altera ver
tenue, hac tamen exiguo globulo munitum, ne itine
illa laedat.

§. 966.

Homo super subsellium collocatur, Chirurgus po
lice atque indice alterutrius manus palpebras deduc
easque paululum tempora versus adducit, ita, vt il
puncta, vel oscula, oculis pateant. Per id, quod in su
periori palpebra est, specillum minori negotio compe
litur, cum iter, quod paulo longius est, minorem fle
xum habeat. Ergo per id non tam premendo, quan
vertendo torquendoque, specillum demittitur. Vbi a
saccum lacrymalem ventum est, illud paululum inclin
ri oportet, quo per compressiorem viam, quae in na
rem pertinet, descendat. Si aliquid se intus opposui
id paulo maiori vi adhibita promouendum est, vt pe
narem excidat. Si via aperta est, plerumque aliqui
humoris, quandoque etiam sanguinis, per nare
defluit.

§. 967

§. 967.

Perfecta igitur via ſpecillum concuti debet, et iterum recipi, puncto lacrymali autem aptari et in id demitti exiguus ſiphunculi tubulus. Mediante ſiphunculo in lacrymarum receptaculum immittitur liquor, quo illa, quae in eo eſt, exulceratio abſtergitur. Alios atque alios liquores extollunt autores, prout ea, quae adhibuerunt, cuique ceſſerunt. Satis valet, ſi parum ſalis thermarum aqua verbenae diluitur. Vbi vlcera ſordida latitant, aqua calcis parum nitri et parum camphorae cum ſaccharo tritae commode excipitur, et ad id adhibetur. Neceſſe eſt, vt liquor tenuis ſit, quo is per minorem tubulum poſſit traiici; ſub finem etiam parum aquae vulnerariae admiſceri poteſt. Fere melius res uccedit, ſi in inferioris palpebrae punctum liquor mmittitur, vt is non deorſum, ſed fere per tranſuerſum, n punctum lacrymale feratur. Eo tempore, quo liquor ex ſiphunculo exprimitur, id quod digito indice it, minimus et annularis oſſi malae innituntur. Haec curatio aliquoties per diem, et tamdiu adhibenda, lonec vlcera ſiccata ſuerint, et nullus humor ex lacrynarum viis digito preſſis exeat.

§. 968.

Hanc curandi rationem, quam plures contemnunt, xperiri in his caſibus decet, cum ea raro, et vix, niſi ninus peritos atque parum exercitatos, fallat. Nec am acerbos dolores excitat, ſi prouide et ea adhibita iligentia ſpecillum demittitur, ne id itinera, per quae ertur, conuulneret. Si etiam quandoque res minus ccedit, id quod in hominibus naſum ſimum ac valde epreſſum habentibus euenire poteſt, eam nulla periula circumſtant. Nec tamen hanc curationem experiri conuenit, ſi corpus aegrum ac mali habitus eſt, et iſi prius ophthalmia, ozaena, aliuſue morbus, ex quo hoc

hoc vitium enatum fuit, omnis fuit remotus. Sup vacuum eſt, addere, et ad haec neceſſarium eſſe victu tempeſtiuuum, modicum, et, qui omnibus acribus vac

§. 969.

At, vbi lacrymarum receptaculum, quod peruiu non eſt, extrinſecus in tumorem leuatur, alia curatio opus eſt. Certis vero notis cognoſcitur, ſaccum crymalem, non vero ſolam cutim, intumuiſſe. Tum enim plerumque ſine inflammatione eſt, qui, ſi digi premitur, deſidit, quod lacryma pauca pituita remi ex punctis lacrymalibus effertur; breui autem is it rum aſſurgit. Sunt, qui hoc valetudinis genus h niam, et, ſi itineri, quod ad nares tendit, ſe aliquid o poſuit, et ex eo atque confluente humore lacrymaru receptaculum intentum eſt, hydropem ſacci lacryma appellant *. Si eiuſmodi tumor cum inflammatio eſt atque ad ſuppurationem ſpectat, ἀγχίλωψ nome eſt, qui vero tumor durus eſſe, prementique digito r niti ſolet. Accidere etiam poteſt, vt in cute ſup lacrymarum ſaccum tuberculum oriatur, quod, ſi i flammationem accipit, illum intenta cute valenti premit, ita, vt per compreſſum iter lacrymae deſtilla nequeant.

* Vid. ANEL *de l'hydropiſie du conduit lacrymal.*

§. 970.

Lacrymarum receptaculo, quamuis tumenti, ſe in tus nihil oppoſuiſſe, idque peruium eſſe, ſcire licet, lacrymis nihil obſtat, quo minus in narem defluan Res etiam ſpecillo ſignificatur, ſi hoc nihil inueni quod ei oppoſitum renititur. Id vero indicio eſt, tu nicas illius receptaculi, vel ſacci, ictu extrinſecus illat vel alia quacunque occaſione, fuiſſe infirmatas. In hc caſu ſedulo obſeruari oportet ipſum tumorem, num integer ſit et cuti ſimilis, num vero alienatus, vel di

rio

rior, factus. Si praeterea nihil vitii habet, is tolli quandoque poteſt preſſione. Super eum charta bibula maſticata, et ſuper hanc denſiores et multiplices panni imponuntur, ſuperque iniicitur faſcia, vel ferramentum ad id excogitatum *; quae omnia per plures dies ita relinquenda ſunt. Certus vero modus neceſſarius eſt, ne nimia preſſione lacrymae prorſus prohibeantur, et ne, glutinatis inter ſe tunicis, excoecatisque, per quae illae ferebantur, itineribus, grauius malum accedat. Subinde cum his mediante ſiphunculo in has vias immitti poteſt aqua veronicae, verbenae, hyſſopi, aliaue, quae paululum adſtringit.

* Vide Diſſertationem meam de Fiſtula lacrymali, fig. 3.

§. 971.

Quod ſi vero parum ſic profectum eſt, tumorem ecta, ſed exigua plaga, incidi oportet. Commode id it ſuper ſpecillum minus (965), per lacrymale punctum demittendum, ſcalpello minori falcato. Etiam, lum ſcalpellus admouetur, ſuper tumorem palpebris mponi poteſt digitus ſiniſtrae manus, ne humor reertat, et omnis in oculum effluat, ſicque tumor dedat. Vulnus impoſitis idoneis medicamentis ad ciatricem perducitur, ita, vt tunicae per hanc contraantur, et receptaculum coarctetur. Cura tamen haenda eſt, ne nimis arctum fiat illud iter, et ne lacryiae, quo minus deſtillare poſſint, prohibeantur. Pluimum iuuat ſpecillum, ſi id ſubinde demittitur, et ſi xtrinſecus iuiicitur faſcia, vel illud machinamentum, uod ad comprimendum ſaccum fuit repertum (970).

§. 972.

Nec alia curatio eſt, ſi lacrymarum receptaculum utris caro, vel caruncula, impleuit (960), vel, ſi ſe iud quid oppoſuit, quod ſpecillo renititur et eo prooueri nequit. Nam in hoc caſu etiam ſaccus inci-

 dendus

dendus eſt, et ſpecillum per factam plagam in via
quae ex ſacco in narem tendit, demittendum. Ren
tis vero et exeſis carunculis, vulnus curatur.

§. 973.

At, ſi iam lacrymarum itinera exeſa ſunt, proxim
ſedes vlcus, et accedente callo, vera fiſtula occup
Atque huius etiam plures ſpecies ſunt. Nam qua
doque vlcus ſub cute adhuc integra eſt, aliquando
in angulo apertum oculis patet, quod vltimum gen
αἰγίλωψ proprie dicitur. Aliquando etiam ali
oſſiumque praecipue vitium, ſeu caries, acceſſit.
modo autem et genere illius humoris, qui exit, digit
que exprimitur, et demiſſo etiam, vel per natura
illa horum itinerum oſcula, Anelli ſpecillo, vel per ape
tum vlcus alio, ſcitur, quam late pateat vlcus, an
callus inductus ſit, et an etiam os, quod ſubeſt, exe
perioſtio vitium contraxerit.

§. 974.

Verae autem fiſtulae lacrymali ſuccurri nequit, n
admota ad eam illi ardui operis et ancipiti curatio
qua lacrymarum receptaculum tolli, vlcus purgari,
perforata ſeruataque noua ad narem via lacrymae
hanc deriuari oportet. Hanc vero curationem, n
puerilis, nec ſenilis, aetas, nec corpus recipit, qu
aegrum et corrupti habitus eſt. Neque etiam ea e
perienda eſt, ſi aeger vetuſtum, grauem, et, vel ac
tum, vel fere continuum, capitis dolorem, habet, et
oculus lippitudine vexatur. Etiam in omnibus ad ea
feſtinare praeceps videtur, cum vtique non raro, fa
lat, et poſt eam etiam oculus in nonnullis perpetu
humore madeat. Corpus etiam aliquot diebus an
victu, ſanguinis miſſione, et alui ductione praepara
dum eſſe ex alibi dictis intelligitur. Omnia caeter

qui

quin necessaria sunt, quae grauiter
niunt (389. 390. 399. ad 402).

§. 975.

Curatio ipsa hoc modo ordinatur: O
us vterque imposito panno minori ex liquo
qualem alibi praecipi (292), et super inie
Homo collocandus est in loco lucido, lumine ... io,
ic, vt medicus contra paulo altius sedeat. Caput a posteriori parte manibus ministri validioris contineri et immobile praestari debet. Inciditur cutis lunata figura, cornibus eius ad oculum spectantibus. Incipit ea ad nasi radicem super illum locum, vbi tendo musculi orbicularis ossi, et quidem illi processui, qui ab osse maxillari ad nasi latera consurgit, inhaeret, finitur plaga sub inferiori palpebra huiusque medio. Cutis melius secatur, si illa digitis alterius manus adducitur et intenditur. Magna vero cura habenda est, vt pars quaedam cutis, qua in oculi angulo palpebrae inter se committuntur, integra relinquatur. Nam si illa praeciditur, aduritur, vel medicamentis roditur, oritur ἐκτρόπιον (582), quod nulla curatio restituere potest. Huius vitii metus haud est, si tendo musculi orbicularis secatur. Vitari potest vena, quae in angulo interno oculi ad nasi radicem discurrit. Si vero haec laesa fuit, vel, si caeteroquin ex vulnere multus sanguis fertur, curatio commode diuiditur, et sanguis impositis linamentis atque fascia cohibetur.

* Vid. WINSLOW de Venis §. 88.

§. 976.

Vbi autem is conquieuit, omne lacrymarum receptaculum praecidendum, et eius, quantum fieri potest, excidendum est. Nam, si id, quod vitiatum est, relinquitur, accidere potest, vt humor post curationem ad id defluat, in eo haereat, et corruptus, partes, quae

 iuxta

ſixta ſunt, iterum rodat atque exulceret. Plurim confert, ſi, cum is exciditur, Anelli ſpecillum per crymalia puncta demittitur, ita, vt eius vltimum ca per vulnus exeat. Lacrymarum etiam reptacul poteſt admoto lapide infernali erodi, videndum tam ne aliae partes, praecipue ipſe oculus, eo offendant et ne illorum itinerum oſcula ſaneſcendo praec dantur.

§. 977.

Deducta tandem cute, et illa etiam membrana, c os contegitur, os vnguis, anteriori eaque parte, c ei lacrymarum ſaccum innexum eſſe retuli (958), p forandum eſt, et via ſacrymis facienda, per quam in rem deriuari poſſunt. Quouis ferrcmento, quod modum ſubulae, cuſpidem habet craſſitudinis modic non retuſam, ſed exacutam, os forari poteſt. Idone eſt terebellum, quo alia oſſa forari ſolent (592. 2), n non ſpecillum, quod acuminatum ſulcum habet (95 Ferramentis, quae pleniora ſunt, nec non retuſis, aliis, quae ab quibusdam laudantur, ſi iis os vrget illud, quod tenue eſt atque rarum, totum diffringit ita, vt membrana etiam, quae intus nares cingit, valde ceretur. Vitandum enim eſt, ne magna in his ſedib praecipue in orbita, quae plurima pinguedine moll eſt, inflammatio moueatur. Multo enim pure ort humor intus in orbita ſubſidit, in pinguedine ſerp et proxima adhuc ſana rodendo ſinuat, vt nonnunqua etiam oculus rumpatur. Quare aliena ſunt illa ferr menta retuſa, et alia nouiter deſcripta, quibus totu os vnguis non tam foratur, quam latius confring tur *.

* Inter haec illud eſt, quod in Diſſ. de Fiſtula lacrymali oli delineandum curaui, fig. VI. Nec non forceps curua L MORIERII. Vid. H. A. R. Sc. MDCCXXIX. p. 590.

§. 978

§. 978.

Certum autem modum adhiberi oportet, vbi ferramentum adigitur, ne id anterius ad oſſis maxillae proceſſum, qui ad latus naſi adſurgit, neque poſt os lacrymale ad partem planam oſſis ethmoidei perueniat. Illud etiam ita inclinandum eſt, vt id oblique deorſum et poſteriora verſus introrſum, compellatur, cum metus eſt, ne id naſi ſeptum et oſſa, quae in naribus ſunt, ſpongioſa, tum ſuperiora, tum inferiora, laedat. Si ferramentum recta deorſum fertur, illud in ſinum maxillarem delabi poteſt *. Os pertuſum eſſe ſcitur, ſi paucus ſanguis ex nare deſtillat.

* Vid. quae Vir doctiſſimus ALEXANDER MONRO propoſuit et figura addita illuſtrauit in *the Medical Eſſays* Vol. III. Obſ. XV. p. 293. Is etiam cutim non tam magna plaga incidendam eſſe exiſtimat, ſed vel protinus eam cum ſubiecto oſſe illo ferramento aperire iubet, vel facta minori longe plaga. Superuacuum eſſe quoque putat os prius deducto ab eo perioſtio nudari. Cutim vero paulo latius aperiri, non inutile eſſe reor, quod vulnus diutius ſeruari oportet, et quod omnia melius patefiunt. Lacerato etiam perioſtio, metus eſt, ne magna inflammatio excitetur.

§. 979.

Vbi os perforatum fuit, aculeos pungentes, ſi qui eo reſoluti ſunt, protinus eximi oportet, et vulnus amentis atque ſpongia purgari. Etiam, cum ſic ad rem via perfecta eſt, videndum, vt illa maneat, quam ro callusque increſcens, niſi reprimantur, breui reere ſolet. Etiam hic, medentes in diuerſas curandi as proceſſiſſe, deprehendo. Sunt, qui minorem fiſtun ex auro, plumboue, in illud foramen compellunt, ea oſſi inſideat. Videndum vero, ne ea, quae in c ſede relinquenda eſt, prohibeat, quo minus vulis ad cicatricem perduci poſſit, quare eam minime eram, nec valde prominentem, eſſe oportet. Alii ndiu turundam, cereum minorem, et, id quod fere timum, ligneum bacillum, ad modum coni, altera

parte plenum, altera magis tenuem, in plagam dem tunt, et tamdiu relinquunt, donec in oſſe forami ora circumcirca occalluit. Vlcus interea purgand eſt, et ſinus, ſi in plures partes diducuntur, aperier atque etiam purgandi ſunt. Si plumbea, vel aur fiſtula in foramen coniicitur, vlcus repurgatum cc rius glutinari ſuper eam poteſt. Magna vero ad benda diligentia, vt per apertas illas naturales vias, crymae in hanc fiſtulam delabantur et in nares de ventur, quare frequentius demittendum ſpecillum Vbi autem bacillum ligneum, vel cereum, adhib chirurgi, vulnus tamdiu apertum ſeruandum eſt, nec ora foraminis penitus occalluit. Si in oculum flammatio euocatur, adhibenda ſunt fomenta (29 omniaque auxilia, quae aduerſus inflammationem m xime poſſunt. Oſſi nudato aera et medicamenta p guia ac humida inimica eſſe, infra docebitur. Vel r xime neceſſarius eſt minorum ſpecillorum vſus (9 965), ne oculum, excoecatis illis, per quae lacryn ferebantur, itineribus, poſt finitam curationem lac marum perpetuus curſus male habeat, id quod, ſi in dit, nulla ope adiuuari poteſt.

§. 980.

Non alia curatio eſt aegilopis, vbi fiſtula in angu aperta eſt. Si cutis inciditur, plaga per ipſum fiſtu os procedere debet, et callus etiam concidendus eſt.

§. 981.

Quod ſi vero os carie vexatum ſubeſt, quoniam tium, vel ab ipſo oſſe incepit (961), vel, quoni a malo vlcere membrana, qua id contegitur, exeſa fu caſus aſperior eſt. Id ſcire poſſumus, ſi foedi odo ſanies per vlcus exit, et ſi ſpecillo, vel illo minori, p lacrymale punctum, vel maiori, per fiſtulam aperta demiſſo, os occurrit inaequale atque aſperum, et ſi ſp cillu

cillum sede, qua innititur, non dilabitur, atque in eo nigror deprehenditur.

§. 982.

Intelligi potest, quantum aut sperari, aut timeri, debeat ex humoris, qui exit, modo, ex ipsius etiam fistulae ortu, causa, eiusque magnitudine atque vetustate. Nam, si vitium in angusto est, id curationem accipere potest. Si autem vitium latius altiusque processit, et caries non solum os lacrymale occupauit, sed etiam ad alia, quae iuxta sunt, praecipue ad ossis ethmoidei partem, quae in orbita est, vel ad huius cellulas, transiit, curatio perdifficilis, et plerumque ei nullus locus esse solet. Imo, si in corpore corrupto hoc vitium carcinomatis naturam habet, vt venae intentae sint, cutis dura, et quae leui tactu irritatur, id curare periculosum est, cum ea res mortem maturare possit.

§. 983.

Os vero omni vitio liberandum est (899). Oportet igitur carnes subsecare osque nudare, vt omne, quod vitiatum est, oculis pateat. Caries autem tollitur, si os, vel scalpro, vel medicamentis, raditur, vel, si id terebello foratur, aut aduritur. His enim omnibus corruptum vel tollitur, vel siccatur, ita, vt aridum factum ab eo, quod integrum est, squamae et testae in modum, resoluatur. Si vitium non alte descendit, id non raro tollitur, si os ea ratione, quam supra (525) praecepi, foratur. Nam id etiam impositis idoneis medicamentis squamam remittit. Tutius enim res ita tractatur, quam si vstio adhibetur. Vbi enim os admoto candente ferramento aduritur, periculum est, ne etiam lacrymarum itinera offendantur, et, si aduruntur, praecludantur.

§. 984.

Vstionem vero exigit vlcus, quod nigrities occupat, et caries, quae totum os perrupit, et si multa foedi odoris sanies ex vlcere effertur. Hanc vero efficacem medendi

dendi rationem si experiri statutum est, ad manus e[illegible] debent ferramenta, et quidem: 1) lamina argentea i[illegible] tus excauata, qua oculus commode contegitur *, [illegible] eum ignis offendat. 2) specillum breue aequale, 3) fe[illegible] ramentum, quod figuram infundibuli habet **, et q[illegible] commode excipi potest 4) aliud ferramentum, quod ca[illegible] defactum per id demittitur ***. Horum ferramentoru[illegible] duo, et in vasculo etiam frigida, ad manus esse debe[illegible]

* Vid. Diss. meam Fig. 10. et alium eius modum in GARE[illegible] GEOT *des Instrum.* T. II. p. 11. fig.

** in Diss. fig. 11. in GARENGEOT fig. 3.

*** in Diss. fig. 12. in GARENGEOT c. l. p. 28. fig. 1.

§. 985.

Ratio vero curationis eiusmodi est: Oculus san[illegible] deligatur, vtrique vero oculo prius imponitur pannu[illegible] ex medicamento expressus, quod reprimendi facult[illegible] tem habet, et aduersus inflammationem potissimu[illegible] valet (292). Oculus, qui curandus est, a minist[illegible] contegitur illa excauata lamina (984. 1), quae supe[illegible] alium madentem pannum admouetur. In os fistula[illegible] vel etiam in plagam scalpello factam, super os cari[illegible] sum demittitur specillum (984. 2), quod quasi via[illegible] monstrat, et super hoc illud ferramentum, quod in[illegible] fundibulum appellaui (984. 3). Hoc super os tene[illegible] tur, et per illud traiicitur aliud candens ferramentum (984. 4), quod ante prius aliquantum prominet. E[illegible] itaque os paulo diutius aduritur iterum atque iterum quare horum ferramentorum duo in promptu esse de[illegible] bent, quo, vno refrigerato, alterum interea ignitum possit imprimi. Vbi vero ferramentum tollitur, ne[illegible] cesse est, vt recipiatur etiam infundibulum, quod, ne incalescat, subinde in aquam frigidam demitti debet. Finis vstionis est, vbi ferramentum os perrupit et viam in nares aperuit, id quod scire licet, si compressis naribus et clauso ore spiritus per plagam effertur. Circum-

umfpectius vero os adurendum eft, ne nafi feptum, liaque offa, quae iuxta funt, laedantur (978). Os fic duftum aridum fit, et ex eo id, quod vitiatum eft, ecedit. Si vero non omne, quod corruptum eft, efoluitur, os vel radendum, vel medicamentis, quae duerfus cariem valent, refpergendum, vel iterum durendum eft, donec integrum fit, quod relinquitur.

§. 986.

Vbi omne vitiofum ab offe integro abfceffit, caro ncrefcit et finum implet. Et hic modo, quem fupra raecepi (979), via feruanda eft lacrymis, quo illae, um per minores palpebris inhaerentes vias, tum per oramen in offe relictum, poffint in narem perlabi. ubinde intus in nares immittenda funt medicamenta, uae offibus curandis funt. De his omnibus, cum enero ad morbos, quibus offa patent, dicam.

§. 987.

Peculiarem etiam animaduerfionem defiderant illa orum faepe commemoratorum itinerum fuprema fcula, quae in palpebris effe fupra (959) retuli. Illa abere videntur cartilaginofum minorem annulum, uo efficitur, vt femper aperta fint et humorem re-ipiant. Quia vero etiam haec ofcula conteguntur eneriori tunica, illa nonnunquam, fi nullus humor d haec itinera deftillat, ficcatur, et ofcula illa excoe-antur. Hoc crebrius accidit vitriariis, qui vitrum d ignem fpiritu in plurimos habitus formant, et aliis, ui varii generis metalla vehementiori igne vrunt et xcoquunt. Igne enim omnis humor per haec itinera eftillare folitus diffunditur, ita, vt oculis periculum it, ne, praeclufis illis ofculis, per omnem vitam ma-leant. Proditum tamen legimus, et huic vitio cura-ionem effe repertam *. Incidendum extrinfecus effe acrymarum receptaculum, feu faccum, in hunc de-

 mit-

mittendum esse prius tenue specillum retusum et g bulo munitum, post vero aliud extrema parte excav tum. Id adigendum esse superiora et haec oscula v sus, donec illud per haec exeat. Viam, si illa iteru perfecta fuerit, demisso per illam crebrius priori sp cillo, apertam seruari debere. Videndum erit, nu id, quod ratio docuit, experientia confirmet.

* Vid. MONRO c. l.

† Perspicue ac plene a PLATNERO descriptae sunt ratior viis lacrymarum impeditis medendi. Post eius vero o tum multa in hoc genere nouata sunt, atque illa praecip spes, quam is et HEISTERVS in vsu specilli et siphunc ab ANELIO inuenti posuerunt, ab aliis tenuata est adm dum. Primo, quod sciam, PETITVS, chirurgus, min magnifice de illis sentit in *Monum. Acad. R. Scient. Par A.* 1734. 1740. 1743. quae dissertationes in opere ei posthumo descriptae legi quoque possunt, lectu sa dignissimae. Deinde DE LA FOREST, ad repurgandum c nalem nasalem saccumque inuenit specilla solida, h. e. n caua, catheteris speciem referentia, per quae, in orificiu nasale ductus nasalis data, viam aperiret similis figurae c theteribus, seu specillis cauis, per quae, siphone quide iis adaptato, liquor varius in canalem nasalem et saccum lacry malem mitteretur. De his vid. *Monum. Acad. R. Chirur Paris.* T. II. p. 175. et *Tab.* 13. Aliud inuentum MEIAN debemus. Est genus specilli seu acus longae, tenuis flexilis, ex argento factae. Ea foramen habet, quod filu ducit gossypinum vel sericum. Per punctum lacrymale su perius et ductum in saccum lacrymalem et ductum nasaler demittitur, vt per huius orificium nasale eius caput cu filo in narem descendat. Cum autem ex nare filum istu extrahi debeat, vt species quaedam setacei connecti quea alius chirurgus Franco-gallus, cui Cabanis nomen est, parar ferramentum iubet, quo in nare arripi et ex ea protrah acus cum filo queat; vid. idem *Vol. Monum. Acad. Chir Paris.* p. 193. *Tab.* 14. Verum eo facile caremus; obtus enim hamulo acus sat commode arripitur et protrahitur Chirurgorum eorum sedulitatem, negotiosam illam quiden et ingeniosam alii vix satis mirari possunt. Quos inte RICHTERVM video in *Commentat. Societat. Goetting.* Vol. I Is inuenta illa referre ad crepundia haud dubitat. Quoc paulo durius pronuntiatum aliis videtur. Quicquid auten alii de eo iudicarint, perite scripsit RICHTERVS. Modi tribus fieri potest, vt lacrymae a punctis haustae lacrymalibus, et per ductus lacrymales in saccum promotae, in na-

rei

res non descendant. Aut enim tunicae sacci lacrymalis admodum debilitatae non deorsum vrgent, non promouent lacrymas, neque adeo superant constrictionem sphincteris, qui ductus nasalis orificium ornat. Haec conditio vel a morbis sacci lacrymalis praegressis vel ab externis laedentibus creatur, vid. PLATNERI §. 970. Eam autem subesse intelligimus, quoties saccus lacrymalis ita digitis compressus, vt orificia ductuum lacrymalium simul compressa humorem per puncta lacrymalia refluere non permittant, laticem suum in narium alterutram demittit. Vix alia curatio locum habere videtur, quam vt saccus is crebro ita digitis comprimatur, vt sphincteris illius vis constringens superetur, et humor in nares vrgeatur. Compressio sacci a PLATNERO aliisque descripta mihi parum probatur. Nam orificia ductuum nasalium compressione ea simul comprimuntur. Haud dubie, quoque callositas sacci eo saepius enata fuit. Aqua frigida crebro, aut subinde quoque liquores spirituosi et aromatici prudenter adhibiti, robur quoddam sacco illi addere posse videntur. Liquores mitiores illi, a PLATNERO commemorati, hauriuntur a punctis lacrymalibus, si, homine supino, eorum guttula vna aut item altera in canthum oculi internum destillat; iniectione igitur, qua et punctis et ductibus lacrymalibus vis infertur, opus non est.

Alter modus, quo fit, vt lacrymis via ex sacco ad nares praecludatur, in eo est, si tunica ductus nasalis interior maxime intumescit, quod fere fit cum inflammatione quadam facta ab humore morboso huc delato, vel acri catarrho, vel in hominibus scabie, scorbuto, arthritide, labe siphyllitica, scrophulosa, tinea capitis, acido-mucosa puerorum cacochymia, affectis, itemque ac praecipue post maligniores variolas, morbillosque. Hoc autem morbi genus cognoscitur ex dolore quodam sacci lacrymalis maiori minoriue, eiusdemqne rubore, ex natura humoris qui per puncta lacrymalia vel sponte ex iis vel pressu sacci exprimitur, puris enim speciem et colore et consistentia is refert, atque sic ab limpido et mucoso humore in aliis generibus differt. Morbus ipse modo mitior, modo vehementior est; in quibusdam quoque, variis temporibus, modo oritur modo desinit. Ex sacco lacrymali digitis ita compresso, vt orificia ductuum lacrymalium in saccum hiantia simul claudantur, humor aliquis in nares exprimitur. Caussa autem et ratio, quamobrem saccus lacrymalis non compressus laticem suum per orificium canalis nasalis in nares non dimittit, multiplex videtur. Nam et tunica interior canalis nasalis tumore suo non modo angustiorem reddere sed etiam prorsus praecludere viam eam potest, maxime si humor vel tenacior simul obturat, vel acrior orificium canalis nasalis irritando ad sui contractionem exstimulat atque compellit. Fistulae autem

autem conditionem inflammatoriam a decubitu humorum origine tenus deriuandam esse intelligimus, si morbus supra descriptus non ex alio genere fistulae lacrymalis natus est. Si de curatione eius deliberandum est, liquido patet neque explorationem per specilla neque efficaciorem chirurgiam prodesse sed vehementer nocere, nisi morbus vetustate, neglectu, prauis curationibus pristinam naturam suam deposuerit, in aliud genus, vlcerosum scilicet et callosum versus. Cura igitur non chirurgo sed medico demandanda est. Quae multiplex profecto paucis proponi nequit. Diuersae caussae diuersa remedia. Modo sanguinis missione, modo alui solutione iterum iterumque ac saepius faciunda at leni illa, modo haemato-catharcticis, modo obuoluentibus, modo reuellentibus, modo restitutione et refrictione praegressi morbi opus esse potest.

Tertium genus fistulae fit ab obstructo canali nasali. Cognoscitur eo, quod saccus tumidus est, atque ita compressus digitis, vt per ductus lacrymales nihil refluere per puncta lacrymalia possit, nihil omnino in nares dimittit. Caussa obstruens varia esse potest. Interdum iterum iterumque factae, quam diximus, compressioni sacci cedit, sic vt via ad nares aperiatur, quo casu efficacior chirurgia necessaria haud est, verum saepius repetitae compressiones sacci vna cum errhinis, apophlegmatizantibus, euacuantibus, in canthum oculi instillatis, ad curationem sufficere queunt, nisi fortasse singularior cacochymia medicamenta quaedam intus sumenda indicauerit. Interdum vero caussa obstruens immobilis est, quod ex eo ipso intelligimus, quando iterata sacci compressione nil quicqum in nares descendit. Neque prius vitium illud, multoque minus hoc alterum ab iniectionibus siphone Aneliano actis iuuamen aliquod percipere potest. A chirurgia efficaciori auxilium petendum, et, inciso sacco, canalem nasalem adhibito specillo idoneo operiendum esse iam viderat PETITVS l. c. Vol. I. Accuratius deinde rem persecutus est RICHTERVS. Saccus autem solita ratione et ita incidi debet, ne paries eius posterior laedatur. Quo facto, sanguinem fluere patimur; eoque quiescente saccus linteis discerptis impletur, et vulnus emplastro contegitur. Post tres quatuorue dies vulnus retegitur, et specillo flexili obtusoque, per vulnus sacci in canalem nasalem dato, hic ipse aperitur, quod nec nisi aliqua vi adhibita, nec sine acerbo dolore fieri consueuit. Patefactum esse ex sanguinis guttula vna alteraue e nare destillante intelligitur. Tum vero protinus tenuior chorda ex intestinis animalium in locum educti specilli immittitur, satis alte quidem in nares, vt fere eius sescuncia in naribus sit, atque in deligatione noua quaque propelli ex naso possit, dum homo spiritum

tum per nares vehementius proflare conatur; arrepta tum a chirurgo chorda e nare educitur, si caput quidem chordae alterum in vulnere haerens antea resectum forfice sit. Chorda prima post tertium demum diem educitur, et in eius locum alia aeque tenuis datur, quotidieque per sex dies idem prorsus fit, sic vt sexta quaque die paulo plenior chorda adhibeatur, postquam aliqua iniectio generis emollientis immissa est. Quae quidem ante tertiam septimanam vix in nares descendit. Quodsi septimanis quatuor elapsis iniectus liquor liberrime in nares fluit, chorda nulla sed tenuis cylindrus e plumbo factus adhibetur, et iniectio desiccans quotidie fit. Plumbeus cylindrus et iniectiones omittuntur, quando iam is quasi sponte sua in nares decidit, iniectusque humor quam liberrime et pleno riuo in nares venit, atque spiritus, clausis naribus et ore, in vulnere percipitur, neque cylindrus ille amplius pus secum educit. Quae hebdomade octaua fieri solent. Remotis tum aliis, vulnus emplastro contectum breui ad cicatricem perducitur. Cum autem interdum morbus, qui videbatur sublatus, reuertatur, fuere non pauci, qui istud eo fieri putarent, quod canalis nasalis iterum obstructus esset. Qua propter os vnguis pertundi iusserunt. Sed hoc et PETITVS et RICHTERVS vehementer improbat. Morbus autem recrudescit, non quod canalis nasalis denuo obstructus sit, sed quoniam aut curatio caussam mali non sustulit, aut, adhibita chirurgia efficaci, ductus lacrymales pessundatae sunt. Conuenit igitur anteaquam vulnus sacci cicatricem contrahat, specillo Aneliano ductuum istorum conditionem explorare. Si clausi fuerint, videndum, num illud MONROI consilium §. 987 sequi possis. *De fistula lachrymali* vide quoque *Dissertat.* SCHEFFELII 1756 Gryphiswaldiae editam.

FISTVLA ANI.

§. 988.

Circa anum oriuntur abscessus, vlcera et venae etiam callumque habentes fistulae, quae vitia omnia a non paucis autoribus communi nomine fistulae ani comprehenduntur. Ea vero, et genere, et ratione curationis, inter se differunt (54. 892. 942).

§. 989.

Intestinum rectum, in ima directum, finitur ano, qui musculos habet sphincterem * et leuatorem, quorum

rum actione reliquiae cibi adstringentibus se, tum laxantibus, intestinis huc vsque depulsae continen- et data opportunitate excernuntur. Sphincteris p posterior ossi coccygis, vel proxime, vel medio li mento, quod ex hoc osse eductum in adipe finit iungitur **. Pars anterior in viro, musculis tra versis penis, et horum tendini medio, nec non acc leratoribus, in foemina vaginae ostio et cunni co strictiorbus iungitur ***. Leuator ex peluis inferi parte ab ossibus pectinis et ischii ortus lateque fu intestino recto iungitur ****. Nec omittendum e hoc intestinum intra suas tunicas, praecipue exte nam et carnosam, multum pinguedinis habere, cui e iam extrinsecus plurimum adipis innatum est, q mollior intestino sedes et opportunitas praestatur, id commode possit dispandi. Hoc iis frequentius ac cidit, quibus aluus propter exiguam potionem alia que causas per plures dies compressa est, vt intestinu stercore plenum interdum maius receptaculum, quasi saccum, repraesentare videatur. Ad id pert nent arteriae, quae duplicis generis sunt. Aliae enin educuntur ex meseraica inferiori †, aliae ex hypog stricis ††. Venae etiam vel ad hypogastricas feru tur †††, et dicuntur externae, vel ad meseraicam in feriorem, et dicuntur internae ††††. Per priore sanguis ad venam cauam, per vltimas ad venam po tae, permanat. Etiam in recto lacunae quaedam re periuntur, ex quibus pinguior humor effertur, qu veluti axungia, intestinum interius perungitur †††††.

* Hic a WINSLOVIO in Expos. T. IV. P. I. §. 179. 180. 18 ad 188 in tres, ab ALBINO in Hist. Musculorum L. II Cap. 91. et 97. in duos diuiditur. Confer figuras in SAN TORINI Obs. Anat. Tab. II. fig. 1. Tab. III. fig. 5. et COW PERI Myotomiam T. XIX.

** Vid. SANTORIN. c. l. T. III. fig. 5. O. Conf. WINSLO VIVM c. l. 182.

*** Vid

*** Vid. SANTORIN. cit. fig. R. S.

**** Vide Figuram EVSTACHII Tab. 37. COWPERI c. l.

† Vid. WINSLOVIVM in Expof. T. III. §. 213.

†† Illae etiam duplicis generis funt. Aliae educuntur ex glutaea vid. WINSLOV. c. l. §. 243. aliae ex pudenda §. 247.

††† c. l. de Venis §. 183.

†††† c. l. §. 262. fqq.

††††† Vid. MORGAGNI Aduerf. II. Animadu. VI. p. 10. in Tab. fig. III.

§. 990.

Quoniam igitur fanguis in homine difficilius per iteftini in ima directi venas adfcendere poteft, accidit, : faepe ora venarum turgentia fint, et fanguinem et-m fundant. Cuius profluuium quandoque purgatio t, cum eo graues interdum morbi tolluntur, quan-oque vero morbus. Haec ipfa res vero, et quia ve-ie a ftercore, fi illud multum ac durum in recto eft, emuntur, occafionem dat inflammationi. Fiunt itur minores abfceffus, furunculis (102) fimiles. Si is ex his non protinus euocatur, illud acre fit, adi-em rodit, et abfceffus in vlcera, vlcera vero in fiftu-s, conuertit.

§. 991.

Suppuratio haec pluribus modis excitatur. Id cidit fi medicamentis, tum extrinfecus admotis, tum e fumptis, ora haemorrhoidum fanguinem funden-um fubito fuppreffa funt, fi fanguis in corpore malus t, percraffus, colore niger, qualis effe folet hypo-iondriaco ac hyfterico morbo et fcorbuto aegris, nec on omnibus, qui exigua potione vtuntur, et corpus irum exercent. His etiam fuppurationibus obnoxii int, quibus humida venereo morbo corrupta funt, ec non ebriofi, qui frequentius fe vino, praefertim ›ftitio, ingurgitant, quibus aluus ficca atque per ures dies adftricta eft, nec non alii, quibus aluus

medi-

medicamentis ex aloe, elleboro, colocynthide com-
fitis crebrius ducitur. Id etiam incidit post vehem-
tiores nixus, si sub his a foemina partus editur, ve
vtriusque sexus hominibus aluus deiicitur, nec non
illa loca extrinsecus valentius premuntur, quare h
vitia recipiunt prae caeteris illi, qui equo, vel cur
vecti multum succutiuntur. Nonnunquam haec va
tudo ex gonorrhoea maligna relinquitur, si malae m
teriae profluuium adstringentibus atque ex calidi
balsamo compositis medicamentis supprimitur, et p
in perinaeum atque intestinum inclinatur.

* Fistulam, quae ab officulo deglutito et ad intestinum
ctum depulso orta fuit, describit LE DRAN T. II. Obs.
Ego aliquando in fistula ani inueni minorem et rotund
calculum valde durum. Is intestino recto propior sin
formauerat duriori etiam callo obductum. Probabile visu
illum ortum fuisse a muco, quo naturaliter intestina in
guntur, qui forte in aliquo sinu, vel lacuna, duratus fui

† De fistulis ani, quas corpora aliena effecerunt, vid. *O*
posthumum PETITI, h. e. *Traité des maladies Chirurgica*
etc. par *I. L. Petit. A Paris* 1774. T. II. p. 210. seqq.

§. 992.

Cum vero in his sedibus humor profundius coi
ac is in pus conuertitur, id certae notae ostendun
Dolor esse solet acutus ac vehemens, et maior, qua
pro magnitudine tumoris, ei similis, qualem supra
furunculo, qui ad suppurationem spectat, oriri di
(103). Extrinsecus cutis parum rubet, cum exigu
etiam calore. Accedit vero febris cum siti ac vigili
Altius in pinguedine solet esse tuberculum, quod v
digito cognoscitur. Nam quandoque, si altius pr
mouetur, nihil horum in cute deprehendi potest
Hoc tuberculum plerumque ab intestino propius es
quod etiam digito contingitur, si is oleo inunctus i
aluum demittitur; id quod vero non sine magno ho
minis dolore fieri potest. Tandem, vbi pus maturui
illu

lud frequentius inteſtinum perrumpit et multo cum
)etore per aluum effertur, aeger autem protinus illo
cerbiſſimo dolore leuatur. Si vero profundius con-
ita ſuppuratio eſt, et illa non aperitur, inflammatio
, manente humore, remittit, qui acrior factus, adi-
em rodit. Fit igitur vlcus, quod in plures ſinus
uiditur et callo etiam inducitur.

§. 993.

Ne ergo pus inteſtinum perrumpat, feſtinandum,
: tumor, etiam crudus, aperiendus eſt. In hoc enim
ſu, et, ſi pus altius mouetur, non expectanda eſt
aturitas, nec diu ſuperhabenda ſunt cataplaſmata, vt
)ſceſſus per ſe aperiatur, ſed is, quamuis nondum
aturuiſſe videatur, ſubcrudus altiori plaga incidendus
t, et humor euocandus (conf. 96).

§. 994.

Igitur ita aeger collocari debet in lectulo, vt cru-
)us adductis, imo ventri ex latere incumbat, vtque,
)rrectis natibus, morbi ſedes in conſpectu chirurgi
. Id enim in omnibus his curationibus, quae ani
iis adhibentur, commodius eſt, quam, ſi aeger pro-
is, tranſuerſo lecto, coxis elatioribus, demiſſo capi-
, iacet. Nam, ſi priori ratione collocatur, muſculi
nnes quieſcunt (945), atque etiam, ſi forte ex prae-
ſa arteria ſanguis periculoſius fluit, neceſſe non eſt,
grum aliter collocari, ſed protinus adhiberi poſſunt
xilia, quae aduerſus ſanguinis profuſionem maxime
)ſſunt (407. ad 417). Nates vero impoſitis a mini-
o manibus diducuntur, et ſcalpellum anceps altius
tumorem demittitur, ex quo, quia is crudus inci-
tur, plerumque multus ſanguis cum pauco pure fer-
r (96). Nec ſcalpellum protinus recipitur, ſed vul-
is latius, etiam tribus, vel pluribus, lineis inciditur,
imus ſinus pateat. Ne orae celerius iterum coe-

ant, conuenit imum ſinum linamentis compreſſiſ(
puluillis, vel ellychniis (20), ſuper ſe etiam fultis,
que aridis, impleri, quibus etiam ſanguis ſupprimit
Vulnus purgandum, deinde implendum, eſſe, appar(
cuilibet ex prioribus poteſt.

† Ne quis non ſatis peritus decipiatur PLATNERI ver
ſcire licet a puluillis et ellychniis ſuper ſe fultis, aridis m
me, vt ab omni alio corpore alieno, valde irritari loc
inciſum, indeque nouam cieri inflammationem et amplior
ſuppurationem. Itaque, niſi ſanguis fluat, non fultis ſu
ſe puluillis, verum laxe immiſſis ellychniis (*Bourdonnet*)
vendum eſſe et ſatis caueri, ne plaga exterior cicatric
contrahat. Quae ratio deligandi et hoc commodum affi
vt pus liberius exeat, neque ſinum ampliorem faciat.

§. 995.

Si vero ſanguis cum periculo fluit, adhibenda ſu
auxilia, quae ſupra praecepi (406. ad 418). Qu
vero faſcia his ſedibus ita accommodari non poteſt,
ſatis contineat, ſaepe neceſſitas poſcit, vt linamen
pannoſque ſuper vulnus fulciendos miniſter manu ſi
intermiſſione vulneri apprimat.

§. 996.

Faſcia his vitiis, quae in ano ſunt, haec idonea e
Arcte circum imum ventrem dari debet mantile, hu
autem aſſuenda eſt longior ampliorque habena, qu
a media ſua et poſteriore parte, cui anus ſubiiciend
integra, veluti pannus quadratus, hunc contegit. I
ferius autem habena duo capita habet, quae ſub pe
naeo per femina antrorſum ad mantile feruntur,
huic adſuuntur. Id, quod habenae reliquum eſt, p
tergum adſcendit et fiſſum aegri caput comprehend
extremum vero etiam anterius mantili adſuitur. Sun
qui habenam diuidunt, vt alia ſit, quae per inguin
alia, quae ſuper axillas, fertur.

§. 99

§. 997.

Nonnunquam ex eiusmodi abſceſſibus, ſi ii non protinus, vt primum apparent, etiam crudi incidun- tur, et humor, qui intus confluxit, euocatur, vlcera oriuntur, ex his etiam, ſi occalluerunt, fiſtulae (99). Harum tria genera ſunt. 1) Siquidem aliae ab vno ore in cute orſae nondum violato inteſtino intra adi- pem deſinunt. 2) Aliae non ad cutim, ſed ad inteſti- num tendunt, et in hoc patent. 3) Aliae extrinſecus a cute orſae etiam ad inteſtinum penetrant. Non vero ſolum in generibus diſcrimen eſt, ſed etiam in multis aliis, prout hoc de fiſtulis, quae etiam in aliis ſedibus oriuntur, ſupra executus ſum (944).

§. 998.

Expedita cognitio eſt primi generis. Quo vero chirurgus certus ſit, inteſtinum haud violatum eſſe, in ſinum ſpecillum, in aluum digitum, oleo prius nunctum, circumciſis etiam diligenter vnguibus, de- mittere debet, vt, quo fiſtula tendat, et quam alte per- veniat, ſcire poſſit. Nonnunquam neceſſe eſt, vt ſi- nus amplietur, id quod, vel noua ſectione fit, et ſi is pluribus lineis inciditur, vel coniecto in eum illo turundarum genere, quae ex ſpongia cerata, rapa ſic- cata, aliiſque humorem ex vlcere bibentibus, paran- tur (20).

§. 999.

Vlcus vero, vel fiſtulam, intus inteſtinum perru- piſſe, alia quaedam indicia oſtendunt. Si aeger ea parte vehementi dolore cum aliis inflammationis ſignis fuit vexatus, dolor autem ſe ſubito remiſit, et eo, quo is conquieuit, tempore maior puris modus cum aluo ex inteſtino elatus fuit (992): Si etiam quandoque pus, vel ſanies, ex inteſtino exit: Si aeger ea parte dolorem, vel pruritum, ſentit. Oportet etiam demiſſo in aluum, et digito, et ſpecillo, violatum inteſtinum

explorari. Extrinſecus admoto cuti digito tumor tius tactu ſentitur, qui, ſi fiſtula callum habet, dur: eſt, ac digito renititur.

§. 1000.

Tertium genus, et fiſtulam a cute orſam, ad teſtinum penetraſſe, ſignificat liquor medio ſiphone os fiſtulae immiſſus, ſi is per aluum defluit: Si aliq ſtercoris per fiſtulas effertur; ſi vltimo ſpecillo fiſtulam coniecto digitus in aluum demiſſus contin tur. Non difficile eſt per fiſtulae ſinum in inteſtinu coniicere minorem tenuemque cereum, atque hui caput digito in aluum demiſſo apprehendere atque e trahere. Hic cereus etiam, ſi ita in inteſtino reli quitur, ſaepe cum aluo deſcendit, qui etiam oſtend quam alte perueniat fiſtula.

§. 1001.

Magna diligentia in explorandis fiſtulis opus e Aegrum ea ratione collocari, ac ſupra retuli (994 digitum autem alterius manus in anum, ſpecillum i fiſtulam, demitti, omniaque ſeruari, oportet, qu proxime (645) ſcripta ſunt. Ad id neceſſe eſt, vt miniſtro nates, impoſitis vtrinque manibus, diducar tur. Confert etiam, aegrum mox aliter atque alite collocari, et nates etiam aliquando a miniſtro eo ten pore, quo ſpecillum demittitur, diduci, aliquand laxari. Tactu etiam explorari oportet, ſi qua part arteriae ictus percipiuntur. Prius autem, quam ſpe cillum, vel digitus, demittitur, aluus, ſi ea naturalite non reddita fuit, lotione ducenda eſt.

† Cauendum eſt ab errore vulgari, quo non ſolum mod homines ex vulgo ſed non pauci quoque chirurgorum vl cus circa ſedem ortum protinus pro fiſtula ſenſu ſtrictior intellecta, h. e. pro vlcere calloſo habent.

§. 1002.

§. 1002.

Aduersus omnes ani fistulas maius certiusque in manu, quam in medicamentis, praesidium est. † Minus operae esse solet, si illae breues, simplices atque recentes, et in corpore etiam integro, sunt. Vbi autem his contraria sunt, et vbi fistulae altius et aliquo, quo scalpellus tuto peruenire non potest, ad vesicam, vrethram, abdomen, et huius membranam, siue peritonaeum, et in foeminis ad vaginam, nec non ossa, sacrum et coccygis, eaque vitiata, perueniunt, si in plures partes diducuntur et inueterauerunt, etiam si corpus senile, aegrum et corruptum est, si intestinum altiori loco violatum est, quam, vt eo digitus ferri possit, illae cum difficultate curantur, atque etiam insanabiles reperiuntur. In fistulis altioribus, si inciduntur, ingens periculum esse solet ex sanguinis profusione. Fistulae, quae, post malis curationibus suppressam gonorrhoeam, in perinaeo oriuntur, plerumque ad prostatam, et corpora cauernosa penis, et in ipsam vrethram, tendunt, et difficilius sanescunt. Raro etiam fistulae in iis, qui venereo morbo aegri sunt, prius vincuntur, quam illud vitium, quod in humidis est, fuit leuatum. Nam, si tales solis medicamentis extrinsecus impositis curantur, illae raro non vltra procedunt, ita, vt iis etiam putris caro superincrescat *. Quod vero ad illa fistularum tria genera attinet (997), primum et vltimum genus minori negotio curatur, quam secundum, in quo non cutis, sed solum intestinum violatum est.

* Vid. LE DRAN T. II. Obs. 84. p. 216.

† Quanquam praecipuum auxilium a manu chirurgi et medicamentis extrinsecus applicatis petendum est, multum tamen, praecipue in lue gallica, etiam promittit medicinae pars ea, quae victu et medicamentis intus assumendis morbos curat. Sed de his hoc loco seorsim dicendum non est, verum illa, quae in capite de vlceribus iam proposita sunt, sufficere ad erudiendum possunt.

§. 1003.

Cum vero iam ad curationem veniendum eſt, p… de illo genere dicam, quod extrinſecus ab ore in c… orſum etiam ad inteſtinum penetrat (997. 3). S… guis ex brachio mittendus et imperanda abſtinentia, aluus autem prius ducenda lotionibus. Etiam ſi fi… lae os nimis anguſtum eſt, id, vel ſectione in duas… neas facta, vel demiſſa prius in illud turunda, quae… rapa ſiccata, vel ſpongia cerata, paratur, ampliari … bet. Neceſſe quoque eſt, vt aegro, qui ſcalpello … randus eſt, veſica exoneretur, et is ea ratione, qu… ſupra (994) praecepi, collocetur.

§. 1004.

Si fiſtula calloſa non altius penetrauit, ſed in e… trema parte inteſtinum perrupit, expeditiſſima curat… eſt, ſpecillum, quod acus maioris figuram habet, … plumbo, argentoue, flexile in fiſtulam coniicere, … que per anum educere. Duo vero ſpecilli inflexi c… pita valentius adducere, et cutim vtrinque ſuper … duabus lineis incidere, atque omnem fiſtulam cu… callo et cute, quae ſuper fiſtulam eſt, excidere.

† Haec ratio medendi, qua pars cutis vna cum callo excid… tur, iure meritoque improbatur PERCIVAL POTTIO … *Libro* anglica lingua conſcripto *de fiſtula ani*, verſoque te… tonica a IOH. IAC. PLENCK, et inſcripto: PERCIVAL POT… *von der Maſtdarm-Fiſtel etc. Wien* 1768. Simplicem inciſione… fiſtulae, et ad callum tollendum medicamenta minim… acria, inciſioneſque regionum calloſarum ſufficere doce… Minorem etiam ſcalpellum falcatum, minime latum, cuiu… que mucro obtuſus eſt, delineatum exhibuit.

§. 1005.

Si vero fiſtula altius penetrat, atque etiam intr… inteſtinum deſinit, in eam coniici poteſt ſpecillum… quod ſulcum habet, quod vero non per interius fiſtu… lae os, quo ea in inteſtinum patet, traiicitur, ſed ſupr… illu…

lud paulo altius per inteſtinum, qua parte id interum eſt. Perforato ſic inteſtino, ſpecillum per anum ducitur, et ſuper id ſcalpello recto fiſtula inciditur. Poſt autem callus, ſi is totus excidi non poteſt, ſcalpello, lineis in longum ductis, et forfice etiam incurva, tranſuerſe, conciditur, et impoſitis medicamentis odentibus atque pus alentibus tollitur; vlcus vero, ſi purgatum eſt, implentibus curatur. Si flexus et alii inus reperiuntur, illi etiam ſpecillo ferroque perſequendi ſunt. Praeſtat vero, id protinus fieri, niſi id aegri imbecillitas et ſanguinis profuſio impediat. Nam, vbi vlcus pus alere coepit, difficilius reperiuntur ſinus et riuuli, qui ad latera tendunt, quippe quorum ora valde anguſta ſunt (945). Vlcus etiam, quamuis id linamentis impleatur, coarctari plerumque ſolet.

§. 1006.

Alia ferramentorum atque ſcalpellorum genera repererunt, quibus etiam has fiſtulas minori aegri dolore incidunt. Scalpelli genus eſt, cuius extremum mucronem obtuſum habet, Gallis regium dictum *. Hoc in fiſtulam demittitur et inclinatur, vt mucro per anum exeat, id vero adducendo, fiſtula et inteſtinum, omneque, quod inter haec eſt, ſecatur. Etiam ſcalpellum habent, cuius obtuſo apici ferruminando ſpecillum argenteum flexile iunctum eſt, quod vltimum etiam per fiſtulam in inteſtinum coniicitur, et per anum educitur **. Hoc, quod ſyringotomum vocant, illis fiſtularum generibus opportunum eſt, quae altius et recta intus feruntur atque inteſtinum ſuperiori parte perruperunt. Nec deſunt alii, qui illo ſcalpelli genere, quod elatere mouetur (954), vtuntur; ne autem eo inteſtinum altera, et fiſtulae oppoſita, parte vulneretur, prius in hoc coniiciunt ferramentum, canaliculi in modum excauatum ***. His omnibus

fiſtula minori dolore inciditur, callus vero haud e[illegible]ditur, imo vlcus non ſatis ampliatur, quare illud r[illegible]dentem fallere poteſt. Si vero aliquis nihilominus [illegible] ſcalpellorum generibus vti velit, eum oportet pr[illegible]nus, inciſa fiſtula, forfice concidere illam ſuprem[illegible] inteſtini oram ea parte, qua illud mala materia per[illegible]ſerat, quae, cum vel calloſa, vel alienata, ſit, niſi exaſ[illegible]retur, glutinari nequit. Omnia ferramenta, quae [illegible] fiſtulam vel anum, demittuntur, oleo inuncta e[illegible] oportet.

* *Biſtoury Royal.* Vide HEISTERVM T. V. fig. 3.

** Hoc a LEMAIRE, Argentoratenſium Chirurgo, inuent[illegible] primus deſcripſit Cl. HENR. BASS in Diſſ. de Fiſtula A[illegible] feliciter curanda, Halae, CIϽIϽCCXVIII. Frid. Hoffman[illegible] praeſide, propoſita. Hoc parum immutatum vid. in GARE[illegible]GEOT T. I. Cap. IX. Art. V. p. 337.

*** Quale eſt, quod delineauit HEISTERVS in Chirurg. Ta[illegible] XXXV. fig. II. qui etiam alia ferramentorum ac ſcalpelloru[illegible] genera habet. SHARPIVS iconem dedit forficis, qua ani fiſt[illegible]lam incidit. vid. eius Tab. II. p. 31. B.

§. 1007.

Alterum genus fiſtulae, quod recta intus tendi[illegible] quo vero inteſtinum violatum non eſt (997. 1) ea ra[illegible]tione, qua de abſceſſu dixi, duabus et pluribus lineis in[illegible]cidendum eſt, vt imus ſinus pateat (994). Vbi ad finen[illegible] fiſtulae ventum eſt, callus etiam vel totus excidi, ve[illegible] concidi, et adurentibus exedi, debet. Si quando fiſtu[illegible]la inteſtinum nondum perrupit, eo autem tendit, illi[illegible]que propior eſt, celeritati multum adiicitur, ſi proti[illegible]nus demiſſum in fiſtulam acutum ſpecillum per inteſti[illegible]num traiicitur, atque ſuper id, et fiſtula, et inteſtinum, inciditur.

§. 1008.

Tertium genus (997. 2), quod integra cute in inteſtinum patet, hanc moleſtiam habet, vt illud prius extrinſecus aperiendum ſit. Vbi enim tactu ſub cute tumor,

umor, vel callus, ſentitur, demittendum ſcalpellum et aperiendus ſinus eſt. Hoc minori negotio fit, ſi coniectus in anum digitus ad fiſtulam flectitur et eo cutis extrorſum vrgetur, ita, vt haec contra digitum ncidatur. Si autem ſinus in inteſtino arctior eſt, et digitum non recipit, ſpecillum ex plumbo, vel argento, ita inflecti debet et per anum in fiſtulam demitti, vt contra huius caput cutis incidi queat. Perforata autem cute, caetera in curatione ſimilia his eſſe debent, quae in illo fiſtulae genere, quod et extrinſecus et in inteſtinum patet, praecepi (1003. ad 1005).

† Si cutis hactenus integra viſa et ei ſubiectus panniculus adipoſus incidi debet, vt fiſtulae perfectae ſpecies exiſtat, res aliquando non parum difficilis eſt, aliquando impoſſibilis. Ante omnia locus in cute reperiri debet, quae pertundenda ſit. Quodſi autem fiſtula altius in inteſtino patet neque ea, quae PLATNERVS, neque illa, quae DE LA FAYE in Notis ad DIONEM propoſuit, chirurgum erudire poſſunt. Hic enim a digito in inteſtinum miſſo vlceris ſinum extrorſum vrgeri vult, nam eo tempore hominem in loco certo quodam dolorem quendam eſſe percepturum credit, atque in loco eo ipſo ſecandum eſſe putat. Saepe quoque fieri nequit, vt fiſtulam intus exiguo foramine patentem digitus ita percipiat, vt ſpecillum immitti queat. Neque vero, quod Petitus iuſſit, turunda denſior in anum data obturando et pus retinendo, detegere locum cutis vlceri reſpondentem poterit. Fiſtula vero, quae vix a ſphinctere aut parum admodum diſtat, etiam extrinſecus notas quasdam habet, e quibus, quae loca ſecanda ſint, ſcire poſſumus. Cutis enim aut rubet, aut flaueſcit, aut ſplendet, aut dura eſt, aut prurit, aut dolet ad attactum.

§. 1009.

Quo ſemper in his curationibus imus fiſtulae inciſae ſinus oculis pateat, ille cum linamentis impleri atque impoſitis pannis vinciri debet *. Haec tolli oportet, ſi aluum deiiciendi neceſſitas eſt. Etiam poſt deiectionem vlcus ſpongia ex calida, vel vino, expreſſa, ſedulo purgari atque iterum nouis linamentis, quibus etiam medicamenta illinuntur, impleri debet. Quo primis diebus, quibus quandoque metus eſt, ne ſan-

 guis

guis feratur, aeger aluum cohibere poſſit, et illa an curationem duci, et aeger ſorbitionibus ſuſtineri de bet. Nec ignorari oportet, homini, qui ita curatus fuit, primis diebus frequentem deſidendi cupiditatem eſſe, parum vero, vel nihil, vt plurimum excerni.

* Puluilli atque linamenta ita demitti debent: In anum co iicitur digitus chirurgi, ita, vt is fiſtulae inciſae ſinum co tegat, inter digitum et inteſtinum fiſtulae oppoſitum alti demittuntur linamenta, quae, vel in puluillos, vel ellychn varii generis, (*plumaceaux, bourdonnets, et maiges vel mech* 19. 20.) figurantur. Si haec in inteſtino ſupra fiſtulae fine detruſa fuerunt, digitus tollitur, et eo linamenta in fiſtula deprimuntur. vid. LE DRAN Obſ. 83. p. 214.

§. 1010.

Aliae quaedam animaduerſiones neceſſariae ſunt: Si totus callus exciſus non fuit, oportet adhiberi multam diligentiam, ne eius quid maneat, quare et, demiſſo in vlcus digito, et ſpecillo, omnia crebrius atque diligentius explorari debent. Sedulo etiam videndum num vlcus, ſi illud purum videtur, ſiccum ſit, an humidum. Nam, plures ac reconditos ſinus ſubeſſe, manifeſtum eſt ex modo puris, ſi huius plus fertur, quam quod ſimplici ſpatio conuenit. Ani ſpincter ſine periculo, etiam repetitis vicibus, inciditur. Si vero eius multum exciditur, adurentibus roditur, vel magna concitata ſuppuratione corrumpitur, is offenditur, vt quandoque anguſtetur, quandoque etiam reſoluatur; ita vt aluum non recte continere poſſit.

§. 1011.

Interdum, ſi fiſtula altius deſcendit, euenire ſolet, vt, praeciſa arteria, venaue, ſanguis cum impetu fluat; id quod non ſine periculo eſt. Si igitur profuſionem timemus, vulnus implendum eſt linamentis, quae, ſi ſicca parum valent, etiam alcohol, vel alio liquore ſtiptico, madefacienda ſunt, et manu ſuper comprimenda. Quandoque, ſi ſanguis conquieſcere videtur, alius metus

ıetus ſubeſt, ne is, ſi ei exitus non datur, feratur in ıteſtinum, id quod ſciri poteſt, ſi aegrum ventris inatio atque tormina afficiunt.

† Grauia ſymptomata a ſanguine in inteſtinum rectum effluente et in eo retento commemorauit PETITVS l. c. T. II.

§. 1012.

Veteres linum in fiſtulam coniectum ligauerunt, uo paulatim, et cutis, et fiſtula, inciſa fuit. Quae atio curationis longa atque taedii plena fuit.

* Vid. HIPPOCRATEM de Fiſtulis T. XII. p. 680. CELSVM L. VII. c. 5.

§. 1013.

Si fiſtula intus aliquo procedit, quo ſcalpellum tuo peruenire non poterit, vel, ſi aetas, aliaque, illam urari prohibent, collyrio vtendum eſt, quo illa pura it. Ad id idonea ſunt decoctum herbarum, abſinthii, utae, agrimoniae, ſaluiae et ſimilium, nec non ıqua vulneraria, cui parum eſſentiae ſuccini adiici poteſt (913).

† De ani fiſtulis legendi omnino ſunt libri ſupra iam adducti PETITI ſcil. et POTTII. Sed huius verſionem teutonicam laudare non poſſumus, quantiuis alioquin interpretem aeſtimemus.

HAEMORRHOIDES.

§. 1014.

Raro euenire ſolet, vt ex haemorrhoidibus ſanguinis profuſio oriatur, quae manus auxilium deſiderare poſſit. Si enim ſanguis exitum per haec venarum ora non habet, multa obſeruatione compertum eſt, inclinata in viſcera materia homines ſubitis et grauiſſimis morbis correptos eſſe. Si autem ora venarum, vel ſaepius, vel periculoſius, ſanguinem fundunt, et homo ex eius profluuio imbecillior ſit, imperanda eſt abſtinentia, quies et potio dilutiſſima, dandaque ſunt alia,

alia, quae aduerſus ſanguinis profuſionem alibi pr cepi (417. 418). Neceſſe etiam eſt, vt aluus, ſi coacta et adſtrictior eſt, lotione in eam immiſſa, q egelida, nitrum adiectum habet, ſoluatur. Parum to ſupprimitur profluuium, admotis extrinſecus adſtr gentibus, vel ſi ora venarum ferro candente aduruntu aut filo conſtringuntur. Si ora venarum, tanquam pitulis quibusdam turgentia, ſanguinem fundunt, praecipiunt, vt ea volſella, hamuloue, apprehendantu et forfice, vel ſcalpello, excidantur, quo profluuium m lius poſſit ſupprimi. Ad omnia haec auxilia non ſ cile, et niſi neceſſitas cogat, decurrendum eſt. Ex h tuberculis ſaepe mala vlcera et condylomata naſcuntu

§. 1015.

Multo autem frequentius euenire ſolet, vt illa v narum ora magna cum inflammatione et intolerabi dolore intumeſcant. Haemorrhoides caecas vocar ſolent. Accidere id ſolet, ſi ſanguini exitus non d tur, vel etiam, ſi aeger ſumſit ex purgantibus acrior et quae multam aloen habent, nec non, ſi in humidi ex ſcorbuto et venerea lue vitium, et ſi ſanguis per craſſus eſt, qualis eſſe ſolet eis, qui corpus parum ex ercent. Haec valetudo etiam ex aliis naſcitur, qua ſupra, vbi de abſceſſibus dixi, qui circa anum fiunt executus ſum (991). Horum vitiorum curatio a me dicis requirenda eſt. Aluus lotione minime acri, ex emollientibus, lacte atque oleo, cienda, ſanguis, ſi iss abundat, mittendus, et potio dilutiſſima et victus a fa- me propior imperandus eſt. Circumcidendum vinum eſt, et omne acre, et quod ſanguinem mouet, vel aluum adſtringit, aut inflat, et adhibenda ſunt alia, quae aduerſus inflammationem valent (62. 64. 66).

§. 1016.

Extrinſecus autem emollientia (91) ex lacte coqui debent, et ex decocto multiplices panni recte exprimi

(24)

24), atque calidi loco dolenti admoueri. In aluum inmitti potest oleum verbasci, liliorum alborum, cui, si intestinum ab acri humore erosum atque exulceratum est, parum vnguenti de linaria adiici potest. Hoc enim, si solum in intestinum demittitur, nimis valens ad reprimendum esse, deprehenditur. Profuit etiam plurimum, si tubercula manu chirurgi, quae oleo inuncta esse debet, intus promouentur, id quod necessarium est, si intestinum aliquantum resolutum fuit. Pestiferum est, si alcohol cum camphora, aqua calcis, et fumus ex ligno querneo, vel combustis muribus, sic dictis, marinis, his tuberculis admouetur.

§. 1017.

His etiam opitulantur hirudines, si tuberculis admouentur. Meliores ad id habentur, quae ex aquis puris colliguntur, et quae ex flauo viridescentem colorem habent. Confert etiam, eas, quae sanguine aluntur, famelicas esse. Locus, cui admoueri debent, sedulo prius spongia extergi, et ei parum lactis, vel recentis sanguinis, illiniri debet. Chirurgus hirudinem, quam admouere vult, manu prehendit linteolo obuoluta, vel eam collocat in arundinem in longum scissam. Illae, postquam se sanguine impleuerunt, decidunt, nunquam enim vi diduci debent. Recedunt etiam, si cinere, vel sale, adsperguntur.

† Hirudines seu sanguisugas prae caeteris huic aptas curationi descripsit et pingi curauit SCHMVCKERVS *in Vermischten chirurgischen Schriften* Vol. I. Quae euoluere debent ii, qui in hoc genere non satis periti sunt, quorum etiam aliquot inter magistros artis vidi. Magnam ab eorum suctu non modo in his curationibus, sed in aliis non paucis opem afferri vir ille peritissimus docuit, et ego quoque ipse iam ante eum ostendi in *Dissertatione de deriuatione et reuulsione a sanguinis missione impetrandis. Lipsiae* 1764.

§. 1018.

Illa haemorrhoidum tumentium capitula interdum scalpello inciduntur, et sanguis ex iis euocatur. Hoc vero

vero non femper et in omni corpore, fed tantun eo, quod integrum eft, et cuius humida nullum tium habent, atque non aliter experiendum eft, qu fi omnia auxilia, quae mox propofita, parum pı ciunt, et vbi dolor, cum grauioris morbi metu, ve menter vrget.

† Sunt inter Francogallos chirurgi, PETITVS praecipue, hirudinibus parum tribuunt, iisque fectionem fcalpellc ciundam praeferunt. Quos fequi tum decet, cum tu cula venarum maiora funt, et fanguine fpiffo craffoque na. Is enim a beftiolis illis vix ac ne vix quidem ext fuctu poteft. Caeterum de affectionibus haemorrhoidal legendus omnino eft PETITVS in *Opere pofthumo* Vol. I

CONDYLOMATA.

§. 1019.

Saepe enim ex haemorrhoidum capitulis, fi illa, incifa fuerunt, vel fuperdatis malis medicamen retentaque materia, induruerunt, tubercula multi neris nafcuntur, quibus a figura, duritie, aliifque va nomina impofita funt. Condylomata funt tuberc maiora, caeteris duriora, quae fi extremum incifum criftatum habent, criftae nonnullis dicuntur. θύμ vel ἀκροθύμιον, verrucae genus effe, fupra (886) ı tuli, quod etiam in his fedibus quandoque nafcit Ficus tumor rotundus eft ad cutim tenuis, fupra l tior, rarus ac mollis, cum quo fere conuenit marifc Multum ad haec tumorum genera confert, fi corpı corrupti habitus et vitium ex venerea lue per id diff fum eft, vel, fi in his fedibus mala vlcera fiunt, et h nulla curatio adhibetur.

† Ex lue gallica nondum confirmata vidi aliquando condyl mata nata tam numerofa, vt nates, perinaeum et pofteri fcroti pars vbique obfiderentur. Idonea curatio medic mentis intus fumtis, adminiftrata iis tollendis fuffecit.

§. 1020.

Haec tubercula non solum extrinsecus circum ...um nascuntur, sed iis interdum intestinum altius ...iam impletur, adeo, vt illa intus se opponant totum... ...e intestinum intercludant et prohibeant, quo minus ...rcus descendere possit, quae res etiam miseram mor... ...n adferre potest. Nam si altius in intestino atque ...nitius insederunt, insanabilia sunt. Curationibus ...am saepe ea, quae sine dolore sunt, concitantur, et, ...issa etiam, nonnunquam post inductam cicatricem ...ertunt. Hoc frequentius incidit, si corpus aegrum ... senile, atque mali habitus, et si vitium, per humida ...fusum, non fuit idoneis medicamentis victuque ...cussum.

§. 1021.

Excidi ergo possunt haec tubercula, quae extrinse... ...s circa anum et in inferioribus intestini partibus ...nt. Aluus ante omnia ducitur. Tum volsella, vel ...itis etiam, tuberculum apprehenditur ac valentius ...ducitur, illudque ita exciditur, vt aliquid ex cute, ...oque etiam ano, dematur. Nam prae aliis condy... ...mata radices altius exigunt, quae, si relinquuntur, ...a renasci solent. Hac enim ratione radices minori ...gotio, minori etiam aegri periculo, tolluntur, quam, ...id, quod plures praecipiunt, adurentibus efficitur, ...illae emoriantur. Si aliquid ex ano huiusque sphin... ...ere demendum fuit, sub curatione in anum danda ...t maior densiorque turunda, ne, glutinatis inter se ...lneris oris, anus nimium coangustetur. Si multum ...incteris demtum fuit, manet quandoque imbecillitas, ... aeger aluum vix continere possit (1010).

ANI

ANI PROCIDENTIA.

§. 1022.

Taedii etiam plenum vitium eſt, ſi anus, id quod i terdum fit, procidit. Hoc enim euenire ſolet hominem cita aluus diu exercuit et per eam mu acria biliofa deſcenderunt, ſi acrioribus purgantil illa crebrius ducitur, ſi in inteſtino aſcarides, vel m vlcera, ſunt, ex quibus, atque ex veſicae calculo, orit teneſmus, in quo frequens deſidendi cupiditas atque dolor, vbi aliquid excernitur. Nam his omnib et ſi aeger crebrius haemorrhoidibus vexatus fuit, in ſtinum tandem infirmatur, quod ſub leui nixu deſc dit et procidit. Accedere quandoque ſolet inflamm tio, quae oritur, ſi ſphincter ſe valentius contrahit, id, quod procidit, premit.

† De procidentia ani, qua pars inteſtini coli elapſa fuit v *Monument. Acad. Roy. Chir.* T. V.

§. 1023.

Si cauſae (1022) patent, illas ante omnia tolli op tet. Si ſanies acrior per aluum defluit, in hanc d debent oleum et lotiones ex decocto auenae, cremo lacte, ex quo coqui poſſunt emollientia. Aſcarid necantur, ſi oleum in aluum immittitur, idque, quan diu poteſt, in ea relinquitur.

† Cauſſa irritans ex inteſtinis ſumto rheo, anima rhei et eiiciatur.

§. 1024.

Si vero id, quod procidit, inflammatum eſt, adh benda ſunt fomenta et alia, quae ſupra (1016) praecep et vbi inteſtinum paululum detumuit, illud digiti (1016) debet promoueri atque intus compelli, po

auten

:em, pluribus multiplicibusque pannis impositis, in-
ıenda fascia (996) est. Admoueri etiam possunt,
ae leniter reprimunt, vinum austerum, ex quo etiam
jui possunt radix tormentillae bistortaeque, malico-
m. Conuenit etiam, locum thure, mastiche, baccis
iperi, suffire.

§. 1025.

Si vero quaedam infirmitas manet, aluus nunquam
ementioribus duci, ita tamen lotionibus solui, de-
ne illa coacta vi et maiori nixu exprimenda sit.
: deiectionem etiam adhiberi possunt alia reprimen-
1024). Necesse est, vt aeger adductis, deuinctis etiam
r se, cruribus sedeat iaceatque. Nonnunquam ma-
nullam curationem recipit, id quod etiam fieri so-
si vitium ex sectione, quam lateralem vocant, re-
uitur, qua calculus ad Fratris Iacobi methodum
actus fuit (989), cum ea ani leuator incidatur.

ANVS PRAECLVSVS.

§. 1026.

uic contrarium vitium est, si anus praeclusus est,
id quod plerumque protinus in vtero materno
iit. Si intestino opposita membrana est, curatio
is esse solet. Si vero intestinum altius atque pe-
ıs interclusum est, vitium plerumque morte fini-
Interdum stercus, reperta aliqua via, in puellis
vuluam, in pueris per vesicam, fertur.

Hoc vitium malae conformationis varium est. Aut enim anus clausus est sine vlla nota loci, vbi anus in aliis est; aut clausus est cum euidenti nota eius loci vbi anus est; aut anus extrinsecus bene formatus, sed aut plane non, aut parum peruius est. Et horum quidam sunt, quibus via ex intestino recto in vesicam vrinariam, vel in vaginam vteri patet; in aliis anus clausus speciem herniae efficit. vid. *Mo-*

mum. Acad. Roy. Chir. T. I. p. 377. VAN SWIETENIVS *C ment. in Aphor.* BOERHAAVII T. IV. p. 649. In MORGA Libro *de Sedibus et cauſſ. morbor.* legitur ſectio foeminae gente Iudaeorum, quae cum vitio inteſtini recti in vagin patentis ad decrepitam ſenectutem peruenit.

§. 1027.

Si membrana ſe oppoſuit, oportet eam ſcalpe ancipiti duabus lineis tranſuerſis incidere. Poſtqu meconium deſcendit, plaga, ſi id neceſſarium videtu vel noua ſectione, vel demiſſo in eum digito, prius ol inuncto, ampliari debet. Commodum etiam eſt, vt quod meconii ſupereſt, lotione immiſſa educatur. anum vero dari debet turunda paulo plenior atque d rior, ne vulneris orae ſaneſcendo inter ſe iungantur, anus nimis coanguſtetur. Turunda medicament quod cicatricem inducere poteſt (396), illinenda e quam tamdiu intus dari conuenit, donec plaga ad catricem perueniat.

OSSIVM

OSSIVM MORBI.

§. 1028.

Duriores corporis partes, oſſa, ex tenuioribus lamellis, minoribus, et quae anguſtiori orbe finiuntur, bracteolis, vel ſquamulis, nec non ex fibris, atque his omnibus certa ratione inter ſe concretis et coagmentatis, conſtant. Illae, tum lamellae, tum ſquamulae, non ſolum ex fibris componuntur, ſed etiam mediis aliis fibris tranſuerſis, vel, vt quibuſdam videtur, reflexis, inter ſe iunguntur copulanturque. Lamellae in oſſibus ſolidis et eorum etiam partibus, quae maiorem duritiem habent, maiores et rectae ſunt, ac quaſi laeuigatae, et quae ſibi iunctae arctius continentur, id quod v. g. in femoris tereti mediaque parte conſpicitur. In oſſibus autem mollibus ac raris minus frequentes ſunt maiores lamellae, illaeque etiam flexuoſae ac inaequales videntur, crebriores autem ſquamulae atque fibrae reperiuntur. His efficitur, vt os tumidum ſit molle, rarum ac cauernoſum, quale femur eſt, vbi illud extremis ſuis partibus intumeſcit. Harum cauernularum varia figura et magnitudo eſt. Quo illae autem maiores ſunt, eo rariora ac molliora oſſa etiam eſſe ſolent. Nam in oſſibus ſolidis duriſque etiam cauernulas, quamuis minores, eſſe, medulla probat, quam illa exſudant. Tandem vero in oſſibus fiſtulatis horumque interiori parte deficiunt, et lamellae, et ſquamulae, et plures in longum ductae atque etiam tranſuerſae et obliquae fibrae ſunt, quae quaſi reticulatum opus conſtituunt, ſuſtinendae pinguiori medullae accommodatum. Inter lamellas, bracteolas atque fibras, arteriae venaeque

 diſcur-

difcurrunt, quae offibus, vt caeteris partibus, alime tum fubminiftrant.

* Vid. CLOPTON HAVERS Ofteologia noua, GAGLIAR Anatome Offium, WINSLOW Expof. Anat. T. I. §. 84. fq.

† De offibus fcriptores praecipui funt B. S. ALBINVS magno opere ofteologico fplendidiffimo fane; ALEXANDI MONRO, et qui huius anglice fcriptum gallice vertit S in opere magno cumiconibus fatis bonis. De ofteoge legatur B. S. ALBINVS *Icones offium foetus etc.* ROBER NESBIT *Ofteogenie* anglico fermone fcripta, et germani quoque verfa ab IOH. ERNST. GREDING Reliquos vid. HALLERI notis ad H. BOERHAAVII *Methodum ftudii Medi Amftelod.* 1751.

§. 1029.

Offa omnia, fi dentes excipias, extrinfecus mem brana includuntur, quam perioftium vocant. Il arctius offibus inhaerefcit et non fine negotio ab i diducitur. Incipere dicitur a dura matre, cum qua i orbitis aliifque capitis fedibus committitur. Ea neruofam effe, dolor manifeftat, qui, vbi iniuriam ac cepit, oritur. Sunt etiam arteriae venaeque admo dum multae, quae a perioftio in offa pertinent. Inte os et membranam contextus effe videtur cellulofu valde tener. Membrana haec non aequalem craffitu dinem habet, fed in aliis fedibus tenuior, in aliis ple nior eft. Fibrae enim ex mufculorum tendinibus at que offium ligamentis, quae fuper offa finiuntur, ill iunguntur, ex quibus perioftium craffefcit. Ex peri oftio ad offa pertinent iifque adhaerent arteriae, pe quas fuccus, quo illa aluntur, permanat, quibus et iam accommodatae venae funt. Super hanc membra nam etiam, quae laeuis ac lubrica eft, mufculi celeri ori mobilitate feruntur. Ea epiphyfes contineri, ex eo difcitur, quod hae decidunt, vbi perioftium exe fum fuit.

§. 1030.

§. 1030.

Alia membrana eſt, qua oſſa interius cinguntur. Haec naſcitur ex arteriis, venis neruiſque, quae per foramina feruntur, ab exteriori ad oſſium intimas partes peruia. Hac membrana non ſolum maiora medulloſaque caua includuntur, ſed etiam illae cauernulae oſſium cauorum ac mollium. A vero propius eſt, etiam hanc membranam, ſiue internum perioſtium, ex duabus tunicis conſtare, per alteram ad oſſa permanare ſuccum, quo illa aluntur, per alteram, et maxime illius interiores partes, in oſſis cauum cauernaſque medullam cadere, atque ad varios vſus ſecerni. Oſſa, ſi laeduntur, nullo, perioſtium externum acerrimo, perioſtium internum, vel medullam *, aliquo, ſenſu doloris affici, experimentis cognitum eſt.

* Vide C. A. R. Sc. MDCC. p. 252.

† Vid. quoque MICHAEL. TROIA De *Nouorum oſſium etc. Regeneratione Experimenta Lutetiae Pariſ.* 1775. Liber is et teutonice verſus prodiit Argentorati 1780.

§. 1031.

Medulla ex arteriis ad interius perioſtium pertinentibus a reliquo ſanguine ſecernitur. In ea vero etiam diſcrimen eſt. Nam quaedam pinguior atque oleoſa, vt vera adeps, membranaceis folliculis continetur, qua maiora caua oſſium teretium implentur. Haec illo fibrarum oſſearum reticulato opere (1027) quaſi ſuſpenſa ſuſtinetur. Alia medulla eſt tenerior, et lymphae ſuccoque ſimilis, quo corpus alitur, in qua etiam, ſi illa arte coquinaria in ius vocatur, plurimum alimenti eſt. Ea in illis oſſium rarorum mollium que cauernis ſecernitur. Hac tamen multo tenerior eſſe videtur illa medulla, quam oſſa etiam duriſſima, ſi ſoli exponuntur, exſudant, et quam minimis et ſenſum effugientibus loculamentis contineri iam re-

tuli. Omnis medulla in corpore integro, et qu
quieſcit, pinguis eſt et oleoſa, vbi vero corpus inf
mum et mali habitus eſt, vel ſenile, poſt longam e
iam inediam atque multam exercitationum defatiga
onem illa tenuis fit, ſanioſa, acris. In iis, quib
venereus morbus per humida diffuſus eſt, oſſa em
dullata atque multo leuiora fiunt. Nemini obſcuru
eſt, medulla, quae oſſibus inſidet, effici, vt his qua
dam flexilis mollitia ſit, et prohiberi, quo min
haec facile findantur frangaturque.

§. 1032.

Neceſſarium eſt, medentes haec ſcire, cum omne
hae oſſium partes ex variis cauſis laborare et ex hi
multi ac peſtiferi morbi oriri ſoleant. Nam, ſi peri
oſtium externum inflammatur, inflammatio vero a
ſuppurationem ſpectat, haec membrana ab oſſe didu
citur et corrumpitur. Oſſis igitur exterior pars, quo
niam a perioſtio nullum alimentum accipit, vitiatu
atque emoritur, et os carioſum fit. Hoc etiam acci
dit, ſi ictu aliquo, vel alia cauſa, membrana ab oſſe
diducitur. Si humida, quae per oſſa, etiam duriſſima
naturaliter feruntur, in his ex ſuis receptaculis effun-
duntur atque quieſcunt, illis oſſium fibrae diducuntur,
et naſcitur tumor, qui ἐξόστωσις vocatur. Si ſuccus
ille ex vaſis ſuis emiſſus bonus eſt, qualis eſſe ſolet, quo
medio fracta conferuent, ille in callum duratur, qui
tandem in os vertitur, et tumor benignus eſt *. Si
vero aliud vitium ſubeſt, et humor ille acrior non ſo-
lum oſſium fibras inter ſe diducit, ſed quoque exeſt
atque corrumpit, exoſtoſis dicitur maligna **. In
his tumoribus nonnunquam putris caro reperitur,
quae naſci conſueuit ex minoribus per oſſa diſcurren-
tibus arteriis, quae, exeſa atque liquata per vitiatum
humorem oſſea materia, fungi in modum, incre-
ſcunt

cunt ***. Ex eadem caufa et vitiatis humoribus nonnunquam offa, non ex parte, fed tota, intumefcunt, quod morbi genus ὑπερόςωσις a recentioribus vocatur ****. Imo interdum offa ita mollefcunt, vt, quafi cerea, flecti queant, quae, vt videtur, acido imprimis, humore emollita, tum mufculorum actione, tum corporis pondere, incuruefcunt *. In aliis oritur mira fragilitas, adeo, vt ex leui contactu, motuue, frangantur **. In his omnibus vitiis, cum caeteris per totum corpus diffufis humoribus, etiam medulla corrupta eft. Quae, fi aliqua parte, frequentius vero in offium partibus cauernofis rarifque, praecipue prope articulos, et in epiphyfibus, ex quacunque caufa fubfiftit et corrumpitur, dirum illud valetudinis genus efficit, quod παιδαρθροκακὴν, vel fpinam ventofam, vocamus ***.

* Vid. PETIT *des maladies des Os* T. II. p. 380. fqq. Poffideo caluariam, in qua talis exoftofis eft in offe coronali, et huius parte finiftra. Ictum vehementiorem fine dubio homo acceperat, nam non folum exterior caluariae pars quaffata et confracta fuit, fed et intus lamina vitrea fiffa eft. Inter vtramque vero laminam et fractas fquamas callus duriffimus deprehenditur, qui etiam hanc caluariae partem longe ponderofiorem reddit. Ab illa parte coronalis incipit amplior fiffura, quae per medium os temporis ad futuram lambdoideam vfque procedit. In parte pofteriori bregmatis os modiolo excifum fuiffe deprehenditur. Homo tam grauiter vulneratus vixit et conualuit. Nam et fiffura et finus modiolo factus callo completus fuit, qui maiorem partem, et relicta minori fiffura atque exiguo foramine, iam in verum os duratus fuit.

** Vide figuras in CHESELDENS *Ofteographie* Tab. XLII. fig. 2. in maxilla inferiori et Tab. LIII.

*** Hoc etiam ex ictu illato accidit. Vid. PETIT l. c. p. 389. conf. §. 526.

**** Vid. Cel. ASTRVC c. l. L. IV. Cap. III. T. I. p. 416. conf. figuras in RVYSCHII Thef. X. Tab. II. fig. 2. CHESELDEN Tab. XLIX. fig. 2. Tab. LV. fig. 1.

* Hoc in pueris rhachitide laborantibus frequens eft. Vid. fig. in C. A. R. Sc. MDCCVI. p. 613. fq. CHESELDEN c. l. Tab. LII. fig. 3.

** Vid. HENR. MEIBOMII Exerc. de ossium constitutione .. turali et praeternaturali, Helmst. MDCLXVIII. et WI HVLD. WALDTSCHMIEDT Diatribe de Fracturis ossium si violenta causa externa, Kil. MDCCXXI. SAVIARD. O 62. PETIT in Comm. A. R. Sc. MDCCXXII. p. 311. sc qui hunc morbum nouum esse opinatus est. Sed cont. tatus fuit ab Autore libelli (FRANCISCO IOHANNE HI NAVLD): *Differt. en forme des Lettres au suiet des Ouvr ges de l'Auteur sur les Maladies des Os*, et ab ASTRVCCI c. I. p. 418. qui Autores plures Obseruationes olim prod tas adduxerunt.

*** Vide PANDOLPHINVM de Ventositate Spinae et SEVER NVM de Paedarthrocace in Libro de Abscessuum natura, vide figuram in CHESELDENS *Osteographie* Tab. XLV. fig. : confer de omnibus his HEYNE de Ossium morbis.

§. 1033.

Ossa etiam emoriuntur, si succus, quo aluntur non ad ea perlabitur. Hoc incidit, si arteriae paulo maiores, quae ad intima ossa tendunt, praecisa laesaque fuerunt, et periostium etiam corruptum est. Ossa haec arida ex toto sunt, quae leuia, calci simillima, facile friantur. Alibi retuli, magnum periculum esse, si arteriae, quae a summis ossibus ad intima tendunt, in illis foraminibus praeciduntur. Sanguis enim, quem illae ossi innexae arteriae fundunt, vix cohibetur, quod comprimi haud satis possunt (248. 543).

§. 1034.

Sed cum omnium haec ossium vitia parum ab iis differant, quae in aliis mollioribus corporis partibus esse solent, illa fere similem curationem requirunt. Supra docui (35), in ossium arteriis ex varia occasione humores subsistere, iter claudere, atque fieri obstructionem, haud vero inflammationem, cum ossium fibrae nullum vitale robur habeant, quo humor, qui coiit, discuti, vel magis cogi atque in pus verti possit. Igitur, si humor in ipso osse, non in huius membranis, quiescit, isque corrumpitur, mala vlcera nascuntur, quae,

quae, dum ab interioribus incipiunt, tandem per totum os, perioſtium, atque etiam, ſupernatis grauibus vlceribus ac fiſtulis, per cutim perrumpunt. Caries igitur cum vlcere et gangraena, exoſtoſis maligna et paedarthrocace cum cancro occulto (262) et carcinomate, comparari poteſt.

§. 1035.

Neque id ignorandum eſt, in oſſibus carioſis fere idem accidere, quod in gangraena fieri ſupra (198) retuli. Quemadmodum enim in hac illa putrida et foetida cruſta, moto inter eam, et inter id, quod integrum eſt, pure, reſoluitur, ſic etiam, ſi oſſium pars emortua eſt, et vitiata, illa etiam ab integro reſoluitur, dum inter integram ac emortuam partem caruncula naſcitur, quae, quod abſcedit, expellit, ex qua caruncula nouum perioſtium naſcitur. Exfoliationem vocant hanc emortui oſſis reſolutionem, quae interdum ſponte fit, interdum adhibitis ad id facientibus variis auxiliis *. Longe facilius enim vitiatum ab eo, quod integrum eſt, reſoluitur, ſi illud ſiccum aridumque factum fuit. Quandoque tamen etiam os, quod vitiatum eſt, pedetentim et ita ſoluitur, vt carioſum, quaſi liquatum, cum humore ex vlcere feratur. Ex his manifeſtum eſt, cur haec ſquamae reſolutio aegrius in oſſibus raris ac cauernoſis fiat.

* HIPPOCRATI ſquama, quae ſic decedit, dicitur ἀποϛρακὸς ὀϛέον. Vide Librum de Capitis vulneribus §. 23. T. II. pag. 705.

§. 1036.

His propoſitis ad ſingulas ſpecies veniendum eſt, ac primo quidem ſuper oſſibus varia tumorum genera naſcuntur. Interdum ſola membrana extrinſecus intumeſcit, ſi ſub ea humor coiit. Id accidere poteſt, tum ex graui ictu (522), tum ſi mala morbi cuiuſdam materia in oſſa inclinata eſt, id quod ſaepius, decedentibus

tibus variolis morbilifque, fieri confueuit. Lon tamen frequentius ex venereo morbo perioftium tumefcit, fi ei corruptus humor fubiicitur, qui, videtur, in illo tenuiori cellulofo contextu (102 confluit. Si ex graui ictu percuffum fuit perioftium et fub eo fanguis confluxit, tumor repente confurgit. Si mala materia ex alio morbo in os inclinata fuit, l cus ab initio fere fine tumore eft, ita, vt, quo tempo re extrinfecus tumor confpicitur ac digito premitur intus circumfluens humor cutim, quae non premitur attollat. Tertium genus poft longos acerbofque noctu etiam auctos, dolores fenfim pedetentimque confurgit. Si tumor inciditur, humor plerumque flauus, et gelatinae inftar coactus, reperitur. Alii etiamnum vocabulis hos tumores ex venereo morbo ortos alii difcernunt. Si enim illi digito prement cedunt, gummata a recentioribus vocantur. Si duri ores magis renituntur, tophi. Maxima durities eft in exoftofi.

§. 1037.

Quoniam os emoritur, fi ab eo diductum, vel etiam corruptum, fuit perioftium (1028), in primo cafu, et vbi, capite, vel alio membro, grauiter percuffo, metus eft, ne perioftium iniuriam accipiat, feftinari oportet, et diligentiam adhiberi, quo humorum aditus auertatur. Sanguinem igitur protinus mitti, neceffarium eft, omniaque fieri, quae aduerfus inflammationem valent. Extrinfecus fuperdari poffunt fomenta, quae emolliunt (91), quo humor, qui membranam grauare poteft, euocetur. Vtile etiam eft, fi cutis carnefque, vbi illud tuto fieri poteft, ad perioftium vfque inciduntur, vel etiam conciduntur, hoc vero vt integrum maneat, neceffe eft (521. 724).

§. 1038.

§. 1038.

At, vbi sub periostio iam sanguis confluxit, expeditissima curatio est, tumorem ad os vsque incidi, sanguinem euocari (522). Ossis nudati curatio talis esse debet, qualem supra (523. 524. 525) proposui.

§. 1039.

Si vero ex decedente febre, vel ex venereo morbo, periostium cum dolore intumescit, inflammatio raro uerti potest. Nec proficit in his casibus sanguinis missio, nisi eius copia aegrum male habeat. Non raro enim, si eius multum detrahitur, vires ad curationem necessariae effunduntur. Licet tamen illud experiri, et cutim super tumorem incidere. Danda sunt homini medicamenta, quibus vitium, quod in humidis est, praecipue venereus morbus, si eo aeger laborat, discutitur. Vbi autem, se remittente dolore, ex tumore nihil minuitur, is vero mollior fit, periostium corruptum, atque os nudatum, et cariosum esse, intelligitur. Quare oportet os deoperire, et per alias curationes, de quibus protinus dicam, id, quod vitiatum est, tollere. Qui carcinomate, vel scorbuto, conflictantur, si eis morbus penitius et adeo insedit, vt periostium corruptum sit atque ab osse diductum, illi eo morbo breui extinguuntur. Pueris, qui rhachitide aegri sunt, ossa, et praecipue epiphyses, prius intumescunt, et tandem in his mediis vitium, seu παιδαρθροκακὴ nascitur, quo ossa, et tandem etiam periostium, vorantur.

§. 1040.

Periostium exulcerationem habere, et os sub illis tumoribus (1036) iam vitiatum esse, scire licet, si dolor, qui acerbior fuerat, cum omnibus inflammationis notis se subito remittit, aeger vero grauitatem sentit (85). Etiam altius sub cute ac carnibus circumfluens humor

humor digito ſentitur, et quandoque cutis comm tato colore aliquantum attollitur. Si autem, quod offibus vitiatum eſt, non protinus inciſa cute, et; caries latius patet, ſubſectis etiam carnibus, tollitt vel, ſi vitium altius, et aliquo loco, quo ferrum tu peruenire nequit, conditum eſt, grauia vlcera atq fiſtulae ſupernaſcuntur, quae multiplices inter muſc los in eorum tunica celluloſa ſubtereunt, longius ortu procedunt, et tandem aliqua parte cutim pe rumpunt. Alibi retuli (899. 951), haec vlcera et h fiſtulas, niſi percurato oſſe, haud ſaneſcere.

§. 1041.

Exoſtoſis benigna (1032) vix oritur, niſi ab ict et ſi perioſtium laxatum laeſumque fuit, et ipſum e iam os grauiter percuſſum, quare frequentius in cap te et in tibia naſcitur, quod haec oſſa ſolis membra nis contecta crebrius iniuriam excipiunt. Velut ſcirrhus benignus (262) eſt hoc tumoris genus, cum in eo retenta materia ſine metuenda noxa haereat Tumor tamen adferre poteſt moleſtiam, ſi is muſculi ſubiectus eſt, quorum motum et actionem is impedir poteſt *. Si tumor in interiori caluariae parte in creſcit, is cerebrum premit, et huius functiones laedit ** .

* Vid. PETIT l. c. T. II. p. 434.

** Vid. Obſ. SALTZMANNI in Actis Petropolitanis Anno. MDCCXXVIII. p. 274. Exoſtoſin benignam in oſſe bregmatis deſcribit PETIT l. c. 385.

§. 1042.

Ex compertis cauſis huius benigni tumoris notas habere poſſumus. Naſcitur enim, ſi ictus aliquis, vel caſus, perioſtium grauiter offendit, praecipue, ſi hoc incidit in corpore integro, et quod boni habitus eſt, et ſi, ſemel diſcuſſa inflammatione, aeger nullum dolo-

rem

em ex tumore fentit. Nec hic, fi is adoleuit, curationem recipere poteft.

§. 1043.

Exoftofis maligna quandoque etiam ab iis, quae xtrinfecus incidere poffunt, nafcitur, et fi os, vel ninus, vel rarum ac cauernofum grauiter percuffum uit * (526). Sed frequentius ab humidis, quae aliuo morbo per totum corpus diffufo vitiata funt. Illa aepius offa dura ac fiftulata, aliquando etiam cauernofa, occupantur. Nam quoddam in morborum generibus difcrimen effe folet. Si corpus male habet corbutus, ifque eo proceffit, vt offa, eorumque membranae affectae fint, plerumque fine tumore, diducto exefoque periofttio, vorantur et decidunt epiphyfes, et offa, quae naturaliter rara ac cauernofa funt, cariofa fiunt. Qui rhachitide aegri funt, his etiam epiphyfes, illaque rara atque cauernofa, vt et minora digitorum, offa tota circum circa intumefcunt. Exoftofis raro a decedentibus variolis relinquitur, frequentius vero ex morbo venereo nafcitur, et fi is, imprudentia medentium, malifque curationibus, praecipue intempeftiue datis medicamentis, ex mercurio compofitis, agitatus fuit. Saepe tamen vnum valetudinis genus alteri iungitur, vt corpus, quod olim rhachitide laborauit, iam etiam fcorbutus, vel venereus morbus, teneat, in quo cafu illi tumores peffimi effe folent. Nec meliores funt in iis, qui aliqua corporis parte graues exulcerationes atque carcinomata habent.

* Vide commemorabilem cafum in Com. A. R. Sc. MDCCVI, p. 318. et PETITVM l. c. p. 388.

§. 1044.

Exoftofin malignam effe, denunciat ipfe morbus, ex quo ea nata fuit. Crebrius etiam illa occupat offa, quae,

quae, non multis musculis, sed solis membranis, co
teguntur, atque aeris iniuriis exposita sunt, quare
capite et tibia frequentius reperitur. Tumor ab i.
tio parum, et minus etiam, quam tophus, dolet, c
lor vero omni, et noctu etiam lectuli, calore inten
tur. Dolor talis est, qualis sentiri solet, si periostiu
affectum fuit. Postquam autem mala materia os t
tum vorauit, dolor, exesa membrana, fere conquiesc
(1040).

§. 1045.

Vera exostosis, etiam ex venereo morbo enat
raro medicamentis, nec etiam mercurio, obedit, quar
si illa dolorem non adfert, superuacuum, imo etia
noxium est, eam variis curationibus agitari. Vbi au
tem graues dolores veniunt, os, si id commode fier
poteſt, oportet nudari, omnisque caro subsecari atqu
ossis tumor crebris foraminibus vrgeri. Quatenu
vero, et modiolus; et terebra, agi debeat, vitiatu
humor et scobis significant. Factis foraminibus, ex
cisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo
adigendus est, vt id, quod inter vtrumque medium
est, excidat. Id, quod reliquum est, scalpello raden-
dum, et omne vitiatum tollendum est iis auxiliis, quae
protinus, vbi ad cariem venero, exponam *. Si au-
tem vitium ad alteram etiam ossis partem penetrauit,
et totum corruptum, totum eximi non potest, vera
sanitas haud reddi potest, sed, si tumor artus occupat,
membrum, curato priori morbo, praecidendum est.
Neque vlla spes est in aliis vitiis, scorbuto inueterato,
et vbi ossa tota intumuerunt (1032), vel praeter natu-
ram fragilia facta sunt (1032). Victu et medicamen-
tis nihil aliud efficitur, quam, vt morbi impetus
trahatur.

* Curationem talem proposuit PETITVS c. l. pag. 388 et 518.

§. 1046.

§. 1046.

Ab his vero offium tumoribus proximus tranfitus eft ad cariem. Haec oritur, fi membrana, qua os contegitur, ab offe diducitur, vel, fi illa, pure orto, corrumpitur, id quod ex variis morbis caufifque accidere ex fupra (1032) dictis conftat. Morbi, quo aeger laborat, eiufque et caufae aeftimatio, cum aliis fignis, oftendit, perioftium vitiatum effe, inter quae primum eft, fi locus, qui ante vehementem et continuum dolorem habuerat, iam fine dolore eft (1040). Idem fignificat cutis, fi tumida eft et plumbea atque mollior, et fi fub ea humor preffu circumfluit, et fi grauitas materiae atque febricula, intus vero aliquae punctiones, fentiuntur.

§. 1047.

Vbi os, fupernatis grauibus vlceribus, aut fiftulis, vitiatum eft, id cognofcitur ex putri carne, quae increfcit, et per quam fine negotio ac fine dolore fpecillum demiffum intrat. Nafcitur haec ex arteriis venifque, quae naturaliter ex perioftio in os feruntur, et quae, quod os vitiatum eft, ab eo diductae funt. Propter hanc putrem carnem, et quia, hac increfcente, cutis adducitur, orae vlceris recuruantur. Ex eo fanies fertur acris, liuida, nigra, et quae intolerabilem ac cadauerofum odorem excitat (897). Humor enim, veluti de vlceribus dictum eft (894), ex immutatis arteriolarum difruptarum oris corruptus exit, cui malus odor ex corrupto rancidoque medullofo fucco accedit. Propter hanc putidam faniem impofita emplaftra et demiffa in vlcus argentea fpecilla nigrefcunt (574), in qua etiam exefi offis fruftilla fentiuntur. Specillo occurrit os afperum et inaequale, et quafi fpongiae fimile. Haec vlcera ac fiftulas, nifi offi fanitas reddita fuerit, haud fanefcere, alibi pofitum eft (899). Quae vlcera, fi etiam fana videntur, rupta, quae

quae illis inducta fuerat, cicatrice, iterum renouant. Haec cicatrix, cui vitium subest, esse solet mollis, ra et quae super cutim fere excreuit. Vbi autem ea sup os integrum inducta fuit, illa densa est et dura atque concaua.

§. 1048.

Ossis vero corrupti expedita cognitio est, si illu nudatum oculis patet. Ossis integri ac vitam habe tis color est ex albo coeruleus, qualem habet tunic exterior oculi, qui color in infantium ossibus paul magis sanguinolentus est. Nam hunc colorem os recipiunt a sanguine per arterias venasque permanai te. Ossa vero quandoque candida fiunt, calci simili si propter alimenti defectum emoriuntur. Hoc inc dit, si illae arteriae, quae per foramina maiora in os feruntur, et his atque medullae alimentum sanguinem que subministrant, praecisae fuerunt, aut, id quod frequentius deprehenditur, a magno tumore pressae. Caeteroquin vero id, quod in osse emortuum est, pin gue fit et luridum, a medulla, quam exsudat. Medulla si magis corrumpitur, et, veluti omne oleosum, ran cida fit, tandem nigritiem ossi adfert, cum foedo et in tolerabili odore. Caries etiam in osse serpit, quem admodum supra de sphacelo dictum fuit (55). Os omne, quod sua membrana non contegitur, tum digi to, tum specillo, asperum et inaequale occurrit, quip pe quod a malo corruptoque humore exesum atque exasperatum est.

§. 1049.

Caries autem ex iis omnibus oritur, quibus peri ostium, ipsaque ossa et illae arteriae venaeque, quae his alimentum subministrant, laeduntur (1032. 1033). Igitur, si locus, cui os subiectum est, grauiter per cussus, vel altiori et ad os vsque penetrante vulnere, nec non abscessu, vlcere, fistula, laesus fuit et exulce ratus,

ctus, os cariosum fit. Id etiam accidit ex vitio per totum corpus diffuso, et praecipue per venereum morbum, quo omnia pinguiora atque oleosa in corpore corrumpuntur *. Etiam cariem adfert scorbutus, si is adoleuit, et alii vetusto ac venereo morbo superuenit, quandoque etiam carcinoma, si illud aliquam corporis partem, praecipue pectus, occupat, quo costae vitiantur. Id etiam accidere solet, si ex variolis malignis mala materia in periostium inclinata fuit. Rhachiticorum ossa, si vitiantur, non tam carie, quam spina ventosa, infestantur (1039).

* Vid. BOERHAAVE Praef. in Aphrodisiacum.

§. 1050.

Facile tollitur caries, quae a causis orta fuit, quae extrinsecus accidere possunt, multo difficilius, si illa nata est ex vitiato corporis habitu. Tolerabilior est, quae ossium partes duriores occupat, et quae in summis est, quam, quae ossa rara cauernosaque (1028) infestat, et altius descendit. Nam in his ossibus eorumque cauernulis celerius procedit vitium, nec os tam facile siccum fieri potest, id quod necessarium, si vitiatum ab integro resolui debet (1035). Etiam alius metus esse solet, vbi illud rariora ossa articulis propiora tenet, ne vitiatus humor in articulos defluat. Cum etiam prope articulos plures musculi et tendines super ossa finiantur, et articuli etiam ligamentis contineantur, ossa non sine difficultate deoperiuntur, quare in his quandoque caries, si profundius haeret, insanabilis est. Cartilagines etiam, si illae corruptae fuerunt, nunquam renascuntur, ex quibus siccatis caeteroquin etiam, prout a siccato osse, squama secedit (1035).

§. 1051.

Peculiarem animaduersionem infantium ossa requirunt. Haec appendices, vel epiphyses, habent, et

praeter eas tota copiosiori succo abundant, quare vel carie tentantur, vel vitio intus orto et paedarth cace infestantur, longe celerius, quam adultorum, c rumpuntur. Si vero periostium ipsumque os aliqu iniuriam extrinsecus illatam accipit, corpus vero tegrum est, interdum, si recta adhibetur curatio, nu squama, vt in aliis, secedit, sed os iterum suo periost protinus contegitur.

Rerum harum intelligentioros videant, num excusari po CHESELDEN, qui tradidit, in puella nouem annorum, os modiolo excisum fuerat, sinum decimo die fere ca impletum fuisse, in Osteographia Cap. I. quem Casum ali proposuerat *in the Anatomy of the Human Body* Edit. quar p. 48. Eum enim acriter reprehendit DOVGLAS *in Animadversions on the* Cheseldens *Osteographia* p. 6.

§. 1052.

Si ossibus cariosis medendum, perpetuum est, quod omne consilium dirigi oportet, vt vitium, quod in humidis est, idoneis medicamentis discutiatu et vt omne, quod in osse corruptum est, tollatur, ab integro resoluatur. Nam, si id, quod relictu fuit, integrum est, os etiam noua membrana cingitu et, si sinus relictus fuit, is callo repletur.

§. 1053.

Non difficili ratione tollitur caries, quae ab iniur extrinsecus illata orta fuit. In hoc casu, si corpu integrum est, fere superuacua sunt medicamenta, se cibo vtendum exiguo, sicco, minime iurulento, carn non elixa, sed assa. Aetas vero considerari debet Nam senibus et siccioribus cibo, qui plus alit, vt conuenit.

† Asae foetidae virtutem esse singularem ossa cariosa a cari liberandi, reperit BLOCK Chirurgus in exercitibus Borussi cis. Datur ea intus drachmae vnius dosi et vltra bis die donec eius odor ex loco carioso exhalans nares chirurgi afficiat. Vid. SCHMVCKERI *Vermischte chirurgische Schrif- ten.*

ten, Vol. I. pag. 135. Vtilis haec medicina etiam noſtratibus euidenti profectu adhibita eſt.

§. 1054.

Si autem caries a venereo morbo profecta fuit, huic ante omnia medendum eſt. Ignorari tamen haud oportet, nec mercurium ſemper in his oſſium vitiis, ſi penitius inſident, et iis vetuſtas acceſſit, prodeſſe. Imo obſeruatione manifeſtum eſt, plura ex mercurio parata, quae medendi cauſa reperta fuerunt, nonnunquam hos oſſium morbos in peius vertere. Quandoquidem, etſi nemo negauerit, intus dato, vel extrinſecus illito, mercurio plerumque illos perioſtii tumores (1036) diſcuti, nonnunquam etiam per has curationes os vitiatum aridum fieri, et ab eo, quod integrum eſt, ſolui (1035); nihilominus, vbi caries altius deſcendit, et cum malo odore eſt, raro curatio feliciter cedit, niſi etiam manus auxilium accedat. Quare ea frequentius fallit, ſi oſſa illa rara, veluti palati, oſſis ethmoidei, lacrymalia, vitiata ſunt. In paedarthrocace vero haec medendi ratio longe minus prodeſt, imo nonnunquam peſtifera eſſe ſolet. Nec tollit mercurius exoſtoſes. Quandoque tamen et inter rariora obſeruatum eſt, hos tumores, valde extenuato per ptyaliſmum corpore, manſiſſe, ſed arida, et mala materia exhauſta, ſine dolore *. Vbi homo iam diu multumque medicamentis ex mercurio compoſitis vexatus fuit, praeſtare arbitror ptyaliſmum illitis vnguentis, quam intus datis variis compoſitionibus, concitari, et hac curatione colliquato omni oleo corpus extenuari.

* Vid. PETITVS c. l.

§. 1055.

Solent etiam parum proficere potiones, quae adverſus venereum morbum vulgo ſorbentur potanturque. In caſibus tamen deſperatis, et vbi etiam cura-

tio cum mercurio non respondit, interdum profu[...] dicitur decoctura meracior ligni guaiaci. Necesse ve[...] est, vt ea valentissimi generis sit, et vt se aeger ea s[...] per plures etiam menses, impleat, seruata simul, qua[...] ta maxima, abstinentia. Cibo enim idoneus est sol[...] panis bis coctus, et huius intrita ex eodem decoct[...] Poterit tamen aeger interdum pauciores passulas cu[...] his esse. Necessarium vero est, vt quotidie sicco [...] laconici calore sudor eliciatur quam plurimus. H[...] enim curandi ratione omne medullosum et pingu[...] quod in corpore est, et in quo sedem morbi illius m[...] esse retuli (1049), digeritur et euocatur, atque totu[...] corpus ad supremam vsque maciem exhauritur. E[...] trinsecus panni ex eodem decocto expressi calidi admo[...] veri possunt.

* V. DE HVTTEN de Ligno Sancto in Collect. LVISINI p. 27[...] sqq. et BOERHAAVE Praef. in eandem. His vero contrad[...] cit Cel. ASTRVC l. c. T. I. L. II. Cap. XI.

† Curationes vsu medicinarum mercurialium administrata[...] saepe propterea nihil proficiunt, quoniam temere et iust[...] largiori manu data sumtaque vires corpori demunt adeo[...] vt humores boni et laudabiles ad illa ossium remota loc[...] propelli digerique haud possint. Ideoque omissis tanden[...] aliquando medicinis illis aut parcissime datis, adhibitisque[...] decoctis medicinalibus lacti remixtis sanitas, quae antea pe[...] nimis efficacia remedia frustra quaesita erat, quasi sponte[...] sua reuertitur. Et acria decocta plerumque nocent.

§. 1056.

Quod si autem homo iam venereo morbo tenetur, ad hunc vero etiam scorbutus accedit, maius negotium est. Id autem scire licet, si, cum aliis malis signis, vlcera non crustas habent, muco similes, sed colorem liuidum, vel nigrum, si ea exasperata sanguinem protinus fundunt, si, dentibus corruptis, in gingiuis mala vlcera fiunt, parum pura, ast ex sanguine, qui ex illis fertur, rubicunda et nigra cum malo odore, et si per omne corpus maculae, etiam nigrae, dispersae sunt. In hoc casu prius oppugnandus est scorbutus, qui si

euictus

uictus fuit, danda etiam ſunt, quae aduerſus veneream uem poſſunt. Ex mercurio compoſita medicamenta corbuto aegris peſtifera ſunt.

§. 1057.

Manus vero curatio, quam caries deſiderat, etiam iſcrepat. Si enim ab iniuria, extrinſecus illata, periſtium diductum fuit, non alia curationis ratio eſt, uam ea a BELLOSTIO * prodita, et ſupra propoſita, ua efficitur, vt protinus os noua membrana ex oſſe dhuc integro cingatur (524. 525. 1038). Nam, ſerata hac medendi ratione, non neceſſe eſt, vt ex oſſe iccato ſquama ſecedat.

* BELLOSTE *Chirurgien d'Hopital Cap. XII.*

† Supra iam docui, perioſtium ab oſſe diductum neque aere aliaue cauſſa alienatum cum oſſe coaleſcere poſſe. Quare ab illa a BELLOSTIO prodita ratione medendi non ſemper ordienda eſt curatio.

§. 1058.

Vbi autem haec non protinus poſt illatam noxam icta ſunt, et ſuprema oſſis pars iam aere, pure, mediamentis, alienata fuit, neceſſe eſt, vt illa abſcedat. quama igitur reſolui ac recipi debet, ad quam ſolendam plurimum iuuant ſiccantia. Primum eſt aeris mnis (388), nec non omnis aquoſi ac pinguis, ipſius tiam puris, aditum magna adhibita diligentia ita auerere, vt os ſemper ſicciſſimum ſit. Reſpergi illud poteſt maſtiche, colophonio, ſuccino, olibano, galbano, iſque aridis atque diu multumque tritis. His ſuper mponenda ſunt linamenta arida. Nec alcohol oſſi nimicum eſt, ſi illud ſine aqua eſt, ex quo exprimi poſunt linamenta, quae imponuntur. Communia ſunt, quae alibi praecepi, quorum vero hic maxima neceſſitas eſt, os ſic nudatum rariſſime (375), et magna adhibita celeritate et feſtinatione, admoto etiam ignita-

 bulo,

bulo, deligandum esse, et omnia, quae imponunt igne prius calefieri debere (389. 525.)

§. 1059.

Valentior medicina requiritur, si ossis quaeda pars iam carie exesa est, et hoc vitium paulo altius d scendit. Oportet enim ante omnia os nudare, et, latius est eius vitium, quam vlcus, carnem subseca donec vndique illud, et ossis etiam integri ora, patefi tum vero illud, quod vitiatum est, tolli. Id medic mentis idoneis, manu etiam atque ferramentis, fit. prioribus leniora sunt essentia aristolochiae, myrrha aloes, oleum ligni sancti, caryophyllorum. Commod essentiae aristolochiae oleum caryophyllorum adiicitu quae compositio etiam opportuna est, si palati os exesa sunt (916). Valentioris generis est euphorbiun quod, vel tritum inspergitur, vel alcohol exceptun illinitur.

§. 1060.

Inter medicamenta vero fortissima sunt, quae e liquoribus, vel dictis spiritibus acidis, componuntu spiritus vitrioli, vel sulphuris, phlegma vitrioli, et ill BELLOSTII compositio, qua argentum viuum aqu forti soluitur, aqua plantaginis diluitur, et mediante penicillo illinitur *. Circumspectius haec omnia e ita admoueri oportet, ne his carnes tendinesque ac nerui, et id, quod ex ossis membrana adhuc integrum est, violentur, cum haec res, et dolorem, et grauem inflammationem, mouere possit. Nec nimis diu in his perseuerandum est. Finis enim esse debet, vbi ad solidum integrumque os ventum est.

* Vid. LE DRAN Obs. T. II. p. 201.

§. 1061.

Si vero manu res agenda est, oportet id, quod vitiatum est, scalpro *, ad id idoneo, radere, donec integrum

um id ſit, quod relinquitur. Si caries profundior t, audacter imprimere ferramentum oportet, deſiere vero, vbi ſe cruor oſtendit, et vbi os ſoliditatem ıbere incipit. Si os eatenus, quod corruptum eſt, ɜrafum fuit, id reſpergi debet medicamentis ſiccanbus, mox propoſitis *.

* Vid. GARENGEOT *des Inſtr. T. II. p.* 96. Diſſ. meam de Fiſtula lacrymali fig. XIII.

§. 1062.

Si os durum et fiſtulatum, veluti tibia, ita vitiatum ſt, vt caries ad alteram etiam partem et medullam :anſiuerit, expeditiſſimum eſt, os modiolo, etiam, ſi eceſſe eſt, pluribus factis foraminibus, excidere, et einde circumſpectius radere, aliaque auxilia adhibere, uibus id, quod corruptum eſt, tollitur. Vbi caries er totum os penetrauit, vel, ſi vitium, quod vel latius ſt, vel ſub carnibus reconditum, patefieri nequit, portet membrum praecidere.

§. 1063.

Oſſa carioſa etiam ferro candente aduruntur, quo elerius efficitur, vt vitiatum aridum fiat et ſoluatur 1035). Feliciter hoc cedit, ſi caries in oſſe duro ac iſtulato altius deſcendit, illaque humida et cum malo dore eſt. Oſſi ſic aduſto non alia imponenda ſunt, quam linamenta ſicca, vel ex alcohol, quod ſine omni aqua eſt, expreſſa, quae ſiccando ſquamam magis aridam reddunt.

§. 1064.

In his omnibus curationibus quaedam obſeruanda ſunt. Si vel medicamentis, vel candentibus ferramentis, os aduritur, aut etiam ſcalpro raditur, maior vis adhibenda eſt medio vlceri, quam extremis eius oris, quo vbique vis extrinſecus adhibita vitium altitudine aequet. Plus igniri debent ferramenta, quibus oſſa

rara ac cauernofa aduruntur, quam, quibus duri Longe perniciofiffimum cariei genus in his offibus ris ac cauernofis, veluti in fterno, effe, fupra (10 retuli, quare omnia haec auxilia, etiamfi recte c curatio, raro veram fanitatem offi reddunt. Vbi offe pars, vel fquama, refolui coepit, illa labat, et ac etiam dolorem fentit. Expedit id, quod labat, fufp fa manu, neque violenter, concutere, quo id facil abfcedat. Os omni vitio liberatum effe, fcitur, fi fir carne integra ac dura repletur, et cicatrix ei inducit denfa atque concaua (1045).

† Apud Scriptores rerum ad chirurgiam fpectantium legunt historiae de magnis partibus offium, imo de totis propem dum offibus longis, quae corrupta erant, regeneratis, aliquando ita quidem regeneratis, vt os fiftulatum corr ptum nouus canalis offeus concluderet, et vetus illud co ruptum ex nouo canali educi poffet. Vid. *Medical Tran actions* T. III. FABRICIVS HILDANVS *de vulnere fclope grauiffimo. Act. Academ.* N.C. Vol.I. Obf. 53. MICHAE TROIAE L.c. aliique. Et TROIA quidem per experimen de animantibus brutis capta oftendit, penitus deftructa m dulla offium longorum, nouum os gigni inter laminam ex ternam internamque perioftii externi. Cum vero illae ob fernationes de offibus hominum corruptis et ita regenerati rariores fint, quaeri poteft, num fortaffe nimis efficax et acrio curatio perioftium externum grauius afficiens impediat, qu minus crebro in hominibus fimilia fiant his, quae TROIA i beftiis animaduertere potuit.

§. 1065.

Sequitur, vt etiam de Paedarthrocace, vel fpina ventofa, dicam, quam ex corrupta medulla, praecipue in offibus cauernofis, oriri (1032) retuli. Quandoque accidit, vt hoc vitium ex iniuria extrinfecus illata nafcatur, fi ictu vehementiori os rarum ita offenditur, vel etiam finditur, vt ex ruptis minoribus arteriis venifque humor in offium cauernulas effundatur, vel, vt in perioftio interno et membranis, quibus cellulae intus cinguntur (1031), inflammatio oriatur, quae, fi ad fuppurationem fpectat, hac mala ipfius offis exulcera-

-atione finitur. Igitur hoc etiam adultis incidere teſt in illo fracturae genere, quo oſſa, etiam duriora, n tam franguntur, quam ad medullam vſque findun-r. Nam hac fiſſura laeduntur membranae, quibus aque medulla, tum illa pinguior, tum altera tene-r, continetur (1031). Crebrius autem ſpina ven-ſa ex corruptis humidis oritur. Raro hoc accidit venereo morbo laborantibus, quibus illi ſupra de-ipti tumores (1036. 1043) et caries (1046) fre-entiores eſſe ſolent. Sed praecipue hac aetate hoc ium infeſtare ſolet oſſa rariora puerorum, qui rha-itide conſumuntur.

* Vide caſum, quem ſupra §. 526. adduxi. In ſterno hoc rarum non eſt (717.*). In tibia etiam, quo pertinet hiſtoria ex PETITO adducta (1042). De illo fracturae genere, quo etiam maiora oſſa finduntur, plura habet FELIX WVRTZ in der Wund-Arzney Cap. XXVIII. p. 256. Etiam medulla vitiari poteſt oſſium, quae tranſuerſa multum inter ſe ceſſerunt et recte commiſſa haud fuerunt. Poſſideo tibiam viri adulti et robuſti. Haec olim cum fibula tranſuerſa fracta fuerat. Cum vero oſſa fracta non recte in ſuas ſedes collocata eſſent, illaque capita acuta haberent, et cum alia quaedam fragmenta ab iis receſſiſſent, ſupernatum eſt graue vlcus et fiſtula, quae etiam per plures annos ad mortis vſque diem manſit. Iam oſſa, quae non recta repoſita fuerant, obliqua, non aduerſa, inter ſe iuncta ſunt et medio duriore callo conferbuerunt, foramen tamen relictum fuit, quod ad interiora et pinguiorem medullam tendit. Nam media tibia fracta eſt. Medulla vero corrupta fuit, id quod etiam hoc tempore nigrities oſtendit, quae in tibiae in longum ſectae inferiori ac cauernoſa parte conſpicitur, quo corruptus humor defluxerat.

§. 1066.

Iam ſupra retuli, in hoc valetudinis genere, praecipue, ſi a malo corporis habitu enatum eſt, affici oſſa rara et cauernoſa, non, vt in exoſtoſi a lue venerea orta fieri ſolet, dura atque fiſtulata. A paruulo vero haec vitia incipiunt, quorum initia et incrementa conſiderari oportet. Intumeſcunt igitur epiphyſes circa articulos et oſſa alia, vbi ea naturaliter pleniora et intus

cauernosa sunt, praecipue minora digitorum in pe-
bus manibusque. Dolor in ipsis ossium medullis in-
pit, ab initio lentus, qui mox, tumore etiam ossis a-
cto, crescit et fere continuus aegrum fatigat. Hi-
tempore ossis membrana nondum vitiata est, et musc-
cutisque sine noxa sunt. Plus mali vero subest, si d-
lor augescit et fere intolerabilis fit, qui significat, m-
lam materiam intus ortam periostium vorare. Subi-
vt supra dictum est (1040), se remittit dolor, et ta-
dem sine tumore ac sine inflammationis notis sub cu-
sentitur pus, quod pressu circumfluit. Hoc vero
increscit, cutis parum leuari solet. Incisa cute, magn-
vis puris ac saniei foetidae exit, quibus euocatis, d-
misso specillo, os nudatum vitiatumque occu-
rit (1047).

§. 1067.

Cum vero his ossium vitiis crebrius hac aetate rh-
chitici obnoxii sint, necessarium videtur, hoc dirun
valetudinis genus, eiusque proprietates, causas, initi-
atque decessiones, nosse. Hoc vero infantes potiss-
mum affligit, quibus id a sexto circiter post natiuita-
tem mense oriri solet. Raro enim id in eos, quorun
aetas vltra alterum, tertiumue, annum processit, inc-
dere solet. Corpus non alitur, sed, summa maci-
orta, cutis carnesque deficiunt atque emacrescunt, ven-
ter multum intumescit, et digito renititur. Ossa au-
gescunt, et praecipue epiphyses, prope articulos, tumi-
dae fiunt. Pueri etiam adultiores facti gressus mouere
propter summam imbecillitatem non possunt, quibus
etiam dentes serius nascuntur, mox nigri fiunt, labant,
caduntque. His vero pueris, pro modo aetatis, maior
ingenii acies atque docilitas esse solet. Vbi procedente
aetate adolescunt, parum crescit corpus, multum au-
tem caput, et caluariae suturae, multum inter se didu-
ctae, sero committuntur. Pectus a latere depressum
in

priorem partem prominet, et quasi acuminatum carinatumque redditur. Etiam costarum extrema intumescunt, et iis tubercula dura innascuntur. Quod si autem plus mali est, et morbo non inter initia occurritur, oriuntur aliorum membrorum prauitates. Praecipue autem spina distorquetur, et in dorso gibbera sunt, tibiae incuruantur ac in anteriora proiiciuntur. Tandem vitium, quod in ossibus est, intenditur, quae malus humor vorat, et nascitur paedarthrocace. Accedit lenta febris, quae sine intermissione corpus tenet, qua illud longo morbo vitiatum summaque macie extenuatum perimitur. Vbi autem morbus non morte finitur, is per aetatem leuatur, et praecipue congruo victu et exercitatione, eius indicia in adolescentibus pedetentim minuuntur. Ossium deformitates aliquantum etiam emendantur, si per aetatem neruis et musculis imbecillioribus ac fere deficientibus nouum robur accessit.

§. 1068.

In corporibus rhachitide extinctorum inueniuntur glandulae fere omnes, quae lymphaticae, vel conglobatae, vocantur, durae atque ex concreta quadam materia scirrhosae praecipue in mesenterio. Ossa praeter consuetudinem mollia sunt *, musculi extenuati, viscera autem, et prae caeteris cerebrum, mole auctum, in quibus etiam multus et muco similis humor reperitur.

* Ossa molliri, cum GLISSONIO, plures negant, id vero ostendit RVYSCHIVS Aduers. Dec. II. Obs. 6. et BOERHAAVE in Chemia T. I. p. 737.

§. 1069.

Si huius morbi curationem ab euidentibus causis, reiectis obscuris omnibus, instruere animus est, ei obnoxii fiunt infantes, qui geniti sunt ab imbecillis parentibus, nimis otiosa vita lautisque dapibus eneruatis, et varia etiam longaque valetudine confectis. Eo etiam tentan-

tentantur pueri, qui teneri lacte aluntur, crudo vit toque, et quibus, dum lacte depelluntur, dantur int continuos vagitus, diu noctuque, potiones acescent vel etiam addito saccharo dulciculae. Plurimum co fert victus, si is crudus est et valentior, quam, vt a infirmis visceribus confici ac in bonum succum co verti possit, praesertim pinguiores ac glutinosior pulticulae, nec non dulciaria et omnis generis pulmen ta. Alimentum etiam corpori tenello idoneum hau conficitur, si dentes cum maximis cruciatibus nascur tur, et si varii generis vermes in intestinis haerent Nec omittendum est, pueris nihil magis nocere, quam si negligitur mundities, et sordes ventrisque prolu vies, quibus cutis conspurcari solet, non tempestiue summouentur. Haec et plura alia, a medicis requirenda, si morbum non faciunt, corpus tamen tenellorum ei magis obnoxium reddunt, cum haec valetudo raro ab vna et simplici causa, sed plerumque a plurium consortio, oriatur.

§. 1070.

Ex his omnibus autem manifestum fieri arbitror, succum illum, quo omne corpus, et ossa etiam, ali debent, in his ex crudo vitiatoque chylo confectum corrumpi. Ossa igitur, quae omni caeteroquin acido liquantur, molliora fiunt et intumescunt, et, quia caput ex ossibus componitur, illud etiam, pro modo reliqui corporis, plurimum augescit, ita vt eius mole spina non parum prematur. Huius vertebrae, quae mediae perforatae sunt, si intumescunt, et a capite premuntur, medullam premunt cerebro commissam, nec non neruos, qui ab hac per tenuia caua vtrinque inter duos processus peruia educuntur. Cum vero hi nerui ad musculos potissimum pertineant, hi naturali robore defecti emacrescunt. Igitur, dum ossa increscunt et tumidiora fiunt, ossium vero vincula, vel sic dicta

iṅcta ligamenta, etiam infirma ſunt, muſculi breuiores atque extenuati oſſa adducunt et inflectunt. Hoc primum in ſpina incidit, quae in variam partem inclinata gibberis non vnam ſpeciem oſtendit. Etiam a pectoralibus muſculis et ſerrato antico maiori pectus, ipſumque ſternum, multum proiicitur *, a muſculis abdominis pectus inferiora verſus adducitur, et in dorſo gibber naſcitur, vel κύφωσις.

* Spinae et membrorum prauitates quomodo adductis variis muſculis oriri ſoleant, curioſius expoſuit Doctiſſ. IOANNES GODOFREDVS BRENDELIVS in Diſſ. de Rhachitide, Gottingae, MDCCXXXIX. Confer GLISSONIVM, MAYOVIVM et MARTINI HERMANNI GEISWEIT Diſſ. de cauſa Rhachitidis proxima, Lugd. Bat. MDCCXXXVI.

† Prae caeteris omnibus legendus eſt VAN SWIETENIVS in *Comment. in Aphor.* H. BOERHAAVII T. IV. Quicquid enim ante ipſius tempora de morbo eo ſcriptum eſt, ſtudioſe collegit, et vel probauit, vel improbauit. Idoneus etiam ſcriptor eſt LEVRETTVS, qui in Diario gallico, *Journal de Medecine* Vol. XXXVII. A. 1772. multum decocto radicis rubiae tinctorum tribuit. In germanicam linguam verſa reliqua vid. in Miſcellaneis illis, quae inſcripta ſunt: *Sammlung auserleſener Abhandlungen für praktiſche Aerzte* B. I. P. IV. Variae quoque aliae obſeruationes, perutiles, ad educationem et nutritionem infantum teneriorum ſpectantes, ibi leguntur.

§. 1071.

Quoniam vero in his corporibus non oleoſus confectusque ſuccus ad oſſa perlabitur, ſed crudus, glutinoſus et muco ſimilis, ex eo, qui ſubſiſtendo oſſium fibras diducit, et corruptus vitium etiam medullae adfert, naſcitur tandem hoc peſſimum cariei genus, ſeu paedarthrocace, quod raro curationem recipere, ſaepe etiam cauſam mortis adferre ſolet. Multum illud intenditur, ſi ad alias cauſas etiam morbus venereus accedit, quem infans vel a parentibus accepit, vel cum lacte nutricis ſuxit.

§. 1072.

Etiam huius morbi curatio a medicis requirenda eſt. Scire vero licet, eos plerumque falli, qui adhibita

bita festinatione et temeraria aliqua via morbum de lere conantur. Maximum praesidium in modico ac i neo victu, qui facile concoquitur et aromate abun potione etiam meraca et corporis exercitatione solet. Extrinsecus salubres sunt multae valentes fricationes, quibus fluentia corpora adstringunt Commode etiam lanei asperioresque panni thure, stiche, benzoe, baccis iuniperi, suffiuntur, et his fri tur dorsi spina. Vnguento neruino vngi et pertract musculi possunt tenues atque infirmi. Nec ad mut dum corporis habitum aliena sunt balnea, quae tam frigida potius, quam calida, esse oportet. De gibbe in dorso, et quomodo ei per thoraces medendum scribam, vbi luxatorum curationem exequar.

§. 1073.

Si in iis, quibus ossa rhachitide intumuerunt, d cedente illo morbo, cum aliis salutaribus signis, dol res in ossium medullis noui oriuntur, et aliquantum i grauescunt, illi spem ostendunt, hominem sanum fu turum esse. Si vero cum his, increscentibus dolor bus, corpus magis emacrescit, et in malum habitu decidit, illi significant, os intus corrumpi. Si os vi tium habet, illud non alia ratione curari potest, quam qualem in carie proposui. Saepe vitiatum non pe squamam, sed pedetentim, resoluitur (1035). Cum his experienda est illa Guaiaci decoctio (1055), quae vero adultis magis accommodata est, quam pueris. Si in osse vitium est, quod nulla medendi ratione vinc potest, necesse est, vt membrum praecidatur. Et hoc tamen superuacuum est, imo quandoque mortem maturare potest, nisi vitium per humida et totum corpus diffusum prius aliis curationibus fuerit discussum.

DEN-

DENTIVM MORBI.

§. 1074.

Oſſibus duriores dentes ſunt, qui oſſibus malarum et maxillae inferiori haerent. In his gingiuarum ſſibus veluti cuneoli infixi ſunt, quam rationem, qua ſa inter ſe committuntur, γόμφωσιν Anatomici appellant. Pars dentium, quae radix dicitur, in ſinubus alueolis haeret, atque, vt caetera oſſa, etiam memana cingitur. Hac dentes, qui media parte paulo tantiores atque aſperiores ſunt, illis oſſibus alligan-ır. Nam reliqua dentis pars, quae corona appellari oteſt, ſine membrana eſt.

§. 1075.

In omni dente duplex materia conſpicitur. Altera on multum ab aliis durioribus oſſibus diſcrepat, ex ua fere tota radix et coronae interior pars componiır. Haec colorem habet quaſi corneum. Hac longe ındidior eſt altera illa exterior coronae pars, quae burneola ex fibris albidis, iiſque duriſſimis, compoſita t, ita inter ſe concretis, vt ab interioribus exteriora erſus procedant. Parum huius eburneae materiae abent radices, plurimum corona. In vtriuſque vero, t coronae, et radicis, medio ſinus eſt, membrana ſua, c veluti perioſtio, cinctus. Extremum radicis foranen habet, per quod ex oſſibus deſcendunt et denti nferuntur arteriae, venae, neruique. Hoc foramen n iuniorum dentibus, in quibus radices nondum fornatae ſunt, multum patet, quod poſt, increſcente raıice, coanguſtatur. Sinus ille, qui in radice valde anguſtus eſt, in corona multum ampliatur.

§. 1076.

Dentes quaterni primi, qui, quod ſecant, τομικοί, el inciſores, vocantur, et his ad latus poſiti duo caninı,

nini, ſingulis, duo molares priores, vel ſingulis, v binis, reliqui molares ternis quaterniſque, radicib nituntur. Dentes poſtremi et ſerotini, qui plerui que, adoleſcente aetate, naſcuntur, vnam, ſed pleni rem, radicem habent. In his tamen nihil perpetuu eſt. Radices quandoque curuae et varium in modu flexae ſunt, ita, vt iis etiam oſſis pars quaſi irreti comprehendatur.

* Vide EVSTACHIVM de Dentibus, MALPIGHII Opera poſt p. 51. H. A. R. Sc. MDCCIX p. 48. Obſ. de la HIR GAGLIARDVM c. l. p. 57. et prae aliis FAUCHARD *Chiru gien dentiſte.*

† Dentium hiſtoriam ſtudioſius proſecutus eſt IOH. HVNT RVS in Libro ſingulari, anglice ſcripto, et a *Petro Boddae* latine verſo et inſcripto: *Hiſtoria naturalis Dentium Huma norum. Dordraci* 1773, cum nitidis iconibus.

§. 1077.

Dolor, quo excruciantur, et pueri, et adulti, qu bus dentes naſcuntur, maximis tormentis adnumera poteſt, ex quo alii etiam graueſque et ſaepe pernicia les morbi naſcuntur. Leuamen adfertur, ſi gingiua membrana extenuatur et mollitur. Cuius rei cauſ radix altheae, non trita, ſed integra, cum melle coqui tur et infantibus datur, qui illam loco dolenti admo vent et mordendo gingiuam extenuant. Eum in finem etiam infantibus alia duriora, corallium, dens lupi panis durior cruſta, ſubminiſtrantur, quibus morfica tim ludunt. Etiam ſubinde ſpecillum linamentis in volutum in mel calidum demitti, eoque gingiua foueri poteſt. Cum his expedit, dari medicamenta lenientia et rhabarbarum, quo aluus ducitur. Purgationes va lentiores, nec non varii generis medicamenta, quae aduerſus hos dolores et aduerſus neruorum diſtentio nem extolluntur, et, quibus non pauci fidem ſuam addixerunt, ſaepe graue periculum adferunt.

† Mellita aliaque dulcia omittenda ſunt, ſi, quod ſaepe et cum ſalute plerumque pueri fit, aluus iam multum deiicit.

Nam

Nam a nimio fluxu eius admodum imbecilli fiunt pueri, pronique in morbum rhachiticum. Si commotio febrilis et multus calor in ore eſt, auxilium afferunt hirudines ad maxillae inferioris angulum admotae.

§. 1078.

Incidere ſolet, vt dens, qui prominet, aſt ſub exteriori gingiua latet, maximos dolores et neruorum etiam diſtentionem adferat. Ergo, ne dens increſcens tam acerbos dolores moueat, gingiua incidi poteſt. Et ſuper primores plaga fieri poteſt recta, ſuper alios vero, et molares, ea duabus tranſuerſis lineis facienda eſt. Tota vero gingiua ad dentem vſque aperienda eſt, donec dens totus pateat. Nam, ſi, ſectis caeteris, quaedam fibrae integrae relinquuntur, acerbitas doloris et neruorum diſtentio increſcit. Nec nimis feſtinandum eſt. Nam, ſi gingiua ſuper dentem nondum perfectum ſecatur, is breui vitium contrahit.

† Gingiua ſecanda tum demum eſt, cum dentis ſumma pars ita eminet, vt per attenuatam gingiuam perluceat; alioquin gingiua diſſecta, anteaquam dens prorſus aſſurrexit, cicatricem contrahit, quae durior eſt et multo magis reſiſtit, quam gingiua integra, non ſecta. Sectio ipſa omnem ſuperficiem ſummitatis dentis retegere debet, ne fibrillae non diſſectae a dente intendantur, dolorisque continui cauſſam ſiſtant.

§. 1079.

Dentes naturaliter candiduli, extrinſecus ſcabri, fiunt, atque atri. ſi aſperioribus pulueribus, et quibus multi ſales admixti ſiunt, et iis etiam crebrius, infricantur, vel, ſi peniculo aſperiori ex ſetis rigidis compoſito abſterguntur. Nam his eburnea illa pars tandem raditur; Eam etiam exeſt humor viſcidus et acris, qualis eſt a ſaccharo, omnibus acidis et dulcibus, et qualis etiam, ſi ſtomachus ex coaceſcente cibo exaeſtuat, fauces denteſque infeſtat. Ex his cruditatibus et ciborum reliquiis coagulum denti inhaereſcit, quod tartarum recentiores vocant, et quod praecipue eam

partem, qua alueoli membrana denti illigata eſt, in
ſtat. Si haec materia quotidie nouis incrementis,
quandoque ad immenſam molem *, augeſcit, mem
brana a dentis radice diducitur, vt tandem gingiua
dente prorſus recedat. Igitur ob id dentes non bene
haerent, et labare incipiunt, quos praeterea acris h
mor etiam exeſt.

* Vide figuram in FAUCHARD T. I. Tab. II. p. 136.

† Dentium quem vocant, tartarum a cruditatibus et reliqui
alimentorum gigni, dubitare licet. Occaſionem roden
dare poſſunt et eburneam partem deſtruendo. Ipſe ver
ſic dictus tartarus gigni, mihi quidem, videtur a mater
oſſea dentis luxuriante et per arroſam ſuperficiem ſudante

§. 1080.

Sed non raro vitium ab interioribus incipit. Nam
ſi in illa membrana, qua intus ille medius ſinus cingi
tur (1075), ex quacunque cauſa, inflammatio mouetur
dens vehementer dolet. Si inflammatio ad ſuppura
tionem ſpectat, illaque membrana exulceratur, oritu
caries, quae tandem ad exteriorem partem tranſit.
Dentes nonnunquam, ſi duriora iis ſubmittuntur
finduntur, ex quo etiam corrumpuntur. Duobus
vero modis, et vitio ab interioribus orto, et mala ma-
teria extrinſecus rodente, dentes infeſtantur, ſi totus
corporis habitus vitiatus eſt, id quod in pueris rha-
chitide aegris, et iis, quibus ſcorbutus, vel venereus
morbus, per humida diffuſus eſt, incidere ſolet. His
enim omnibus dentes nigri fiunt, labant, caduntque.
Nihil vero magis dentibus inimicum eſſe ſolet, quam
argentum viuum, et omnia, quae ex hoc chemica arte
componuntur, ſiue ea ore ſumantur, ſiue extrinſecus
dentibus admoueantur. Dentibus etiam, et nimius
calor, et frigus, non parum nocere ſolent.

§. 1081.

Cum vero dentes magnam partem, et ad ſanita-
tem, et ad formae dignitatem, conferant, illi ſumma
cura

cura tuendi ſunt. Si illi integri ſunt, confert, eos crebrius, quoque die, et mane, et poſt coenam, tepida colluere, et linteolo, vel ſpongia, tergere. Si vero iam dentes liuidi ſunt, interdum dentifricio vtendum eſt, quo dentes ſplendidi fiunt atque confirmantur. Variae huius compoſitiones ſunt, quae plerumque corallia rubra, oſtrearum teſtas, lapides cancrorum, os ſepiae, terram ſigillatam, bolum Armenam, terram Iaponicam, gummi laccae, myrrham habent, quibus parum aluminis vſti adiici poteſt. Oportet vero hos pulueres bene tritos eſſe, cum aſperiores eburneam dentis partem abradant. Ii etiam commode melle excipiuntur, quod roſam habet, et mediante ſpongia admouentur. Neceſſe vero eſt, vt, et puluis, et mel, quod dentibus adhaeret, aqua diligentius eluantur. Alii radicem altheae coquunt ex melle, cui prius varii generis aromata et ſuccum radicis anchuſae adiiciunt. Radicem bene coctam ſiccant, eamque dentibus fricandis emaculandiſque adhibent. Tenacior pituita tollitur dentiſcalpio, quod optime ex lingo fit; illud vero coagulum, ſeu tartarus, quoque ferramenta deſiderat. Cura adhibenda eſt, ne vel ipſe dens, vel etiam gingiua et illa alueoli membrana, ea parte, qua illa denti inneſtitur, laedatur, et a dente reſoluatur.

§. 1082.

In dentium autem dolore cauſam conſiderari oportet. Si copia ſanguinis corpus male habet, oportet, eum, vena inciſa, vel conciſa cute admotiſque cucurbitulis, mitti. Aluus ducenda eſt lenioribus, ſatis tamen valentibus, quae etiam in inflammatione vtilia eſſe dixi (63). Cum his prodeſt abſtinentia et potio dilutiſſima. Dari etiam poteſt nitrum. Vbi autem ſerum redundat, id quod incidit, ſi corpus, calore relaxatum, ſubito frigore excipitur, ſudor eliciendus eſt.

Commode etiam in hoc casu cantharides, vel nucha vel processui mastoideo, superdantur, et vlcera per aliquot dies seruantur (937. 938). Si dens, qui dolorem mouet, exesus est, expeditissimum est, eum eximi.

§. 1083.

Nigrities autem et caries, si ea nondum altius descendit, nec ad alteram partem penetrauit, interdum tolli potest, si scalpro atque ferramentis raditur, donec dens integer sit, cui post essentia cinnamomi, caryophyllorum, myrrhae, admouetur. Valentioris generis est oleum caryophyllorum, quod etiam superdari potest. Nec inutilis est vstio, ad quam etiam ferramenta idonea habemus, quam tamen plures reformidant. Si autem dens exesus est, et nec commode, nec sine periculo, eximi potest, sinus bene accommodato auro, plumboue, replendus est, ne cibus et potio atque aer, quibus intus membrana neruusque offenduntur, dolorem moueant.

§. 1084.

Si omnia haec nihil adiuuant, dens, qui seruari nequit, debet euelli, cum corrupta eius materia etiam reliquos, qui integri sunt, infestare soleat. Ducuntur variis ferramentis, forcipe potissimum, et alio, cui nomen Pelecani imposuerunt chirurgi. Si, exemto dente, radix relicta est, ea alio ferramento, quod ῥιζάγρα vocari potest, eximenda est.*.

* Sic vocat CELSVS Lib. VII. Cap. XII. confer RHODIVM in SCRIBONIVM LARGVM p. 94. Nostratibus dicitur *ein Geisfuß*, Gallis *un poussoir*. Vid. FAUCHARD T. II. Tab. XVIII. fig. 3. In hoc omnia ad dentium curationes necessaria instrumenta delineata sunt.

† Ferramentorum ad dentes euellendos inuentorum propemodum omnia, forcipe excepta, id vitii habent, quod dentem non recta sursum deorsumue ducunt, verum ad latus trahunt; ideoque coronam a radice saepe resoluunt, et hanc in alueolo relinquunt. Nec forceps tamen vbique ad ducendum idonea est, sed tum demum, quando corona dentis

dentis nondum multum carie emollita eſt, eaque ſat longe ex alueolo et gingiua exſtat, adeoque ſatis alte a forcipe prehendi poteſt.

§. 1085.

Dentium etiam radices quandoque vitiantur, integra manente corona. Scire id licet, ſi, dum ſpecillo ferreo dens feritur, aeger dolorem acutum ſentit. Id quandoque vni, quandoque pluribus dentibus, accidit. Et hos, qui ſic affecti ſunt, educi oportet. Nam iis abſceſſus, vlcera atque fiſtulae ſupernaſcuntur.

§. 1086.

Non ſine periculo dentes, praecipue molares, poſteriores euelluntur. Oſſa enim rara gingiuarum quandoque forcipe prehenduntur, vel a maiori dente concutiuntur, franguntur que, id quod etiam accidit, ſi inflexae radices oſſi inhaerent (1076). Vbi autem os fractum eſt, grauis dolor atque inflammatio mouentur. Subinde etiam ſanguinis profuſio oritur, ſi arteria, quae per gingiuae os diſcurrit, et dentibus alimentum ſubminiſtrat, rupta fuit, quae res quandoque mortem maturauit. Hoc ſi incidit, acetum frigidum ore continendum eſt, obſeruatis omnibus, quae aduerſus ſanguinis profuſionem maxime poſſunt. In ſinum etiam, vel alueolum, auulſi dentis, demitti et mediante ferramento infulciri linamenta debent, ex alcohol expreſſa. Scire quandoque licet, dentem pluribus maioribuſque radicibus niti, ſi eius corona amplior ac pluribus tuberibus exaſperata eſt. Expedit, eiuſmodi dentem, de quo ſuſpicio eſt, eum non ſine maiori periculo poſſe euelli, prius multum ac per plures dies concutere, donec bene moueatur, et tum eum, ſi fieri poteſt, digitis, ſi minus, forcipe excipere.

† Sanguinis fluxus ex arteriola cuius alterum latus cum oſſe alueoli concretum eſt, mortis aut certe ſummae debilitatis periculum affert. Compreſſio vaſis et obturatio fit cera,

quae manuum calore admodum fequax et flexilis reddita i alueolum linteo molli abfterfum fubito et vi quadam adhibita demittitur fic, vt is omni ex parte impleatur.

§. 1087.

Fit etiam interdum, vt in gingiuis iuxta dentes tubercula oriantur dolentia, quae παρυλίδας Graeci appellant. Si illa cum inflammatione funt, imponenda eft ficus femiuftulata. Ore etiam continendum erit lac, in quo radix altheae decocta fuit. Fere fuperuacuum eft, extrinfecus imponi emplaftra. Si fuppuratio fe oftendit, pus celerrime euocandum eft, ne id, fi diutius permanferit, os laedat. Pure exemto, fatis eft ori fruftillum facchari cum effentia pimpinellae continere, et caeteroquin vti illis medicamentis, quibus vlcera oris curantur (914. 916).

† Si abfceffus is a dente cariofo initium fuum habuit, et dens euellendus eft, euulfio commodiffime fit altero ab ruptura abfceffus die.

§. 1088.

Nonnunquam ex eiufmodi abfceffibus mala vlcera et fiftulae fiunt, ex quibus pus diutius fertur. Si pus ex his exitum non habet, gingiuae, et quae iuxta funt, cum inflammatione iterum ac crebrius intumefcunt. Hoc euenire confueuit, fi, vel os gingiuae vitiatum, vel ipfe dens, et huius praecipue radix, corrupta eft. Tales fiftulae nullam curationem recipiunt, nifi exemto dente. Si in offe quid vitiofi eft, illud radendum, et idoneis medicamentis (916. 1059) purgandum eft, donec illud integrum fit. Nonnunquam etiam tefta offis decedit, quae recipi debet (1035).

§. 1089.

Aliud tumoris genus in gingiuis nafcitur, quod fine inflammatione eft, et ἐπουλὶς dicitur *. Tumor quandoque durus eft, veluti callus, quandoque rarus mol-

mollisque, et fungo, vel putri carni, similis. Etiam is pleumque vitiato ossi superincrescit. Si tumor durus est, confert illum circumcidere et carnem subsecare, quo os patefiat: tum id ea ratione, ac de caeteris ossibus dictum est, curare (1058. ad 1065). Si tuberculum molle est ac rarum, illud, volsella apprehensum, iuxta radices exciditur. Ne quid iterum increscat, radix scalpello altioribus plagis concidenda et increscens caro alumine vsto coercenda est. Si vero os vitiatum subest, curatio talis esse debet, quae ossibus alienatis adhibetur. In omnibus his curationibus os crebrius idonea lotione eluendum est.

* Differentiam παρουλίδος καὶ ἐπουλίδος habet PAVLVS Lib. III. Cap. XXVI. p. 38.

† De his aliisque oris morbis vid. *Traité des Maladies Chirurgicales de la bouche, par Jourdain. Paris* 1778.

L V X A T A.

§. 1090.

Articuli, si sedibus suis excidunt, et ossa, quae naturaliter iuncta sunt, si inter se dehiscunt, luxata vocantur. Medentem, qui his succurrere cupit, oportet non solum ossium positus figurasque nosse, quas sceletus ostendit, sed etiam compertos habere omnes articulos atque commissuras, et in his ligamenta, cartilagines atque glandulas, quae in articulo sunt, et quae humorem fundunt, quo, veluti axungia, ossa, quae super se mouentur, illita sunt. Considerandi etiam sunt musculi, quibus membra ad varios vsus mouentur. Nec ignorari oportet aetatum varietates, et illas, tum cartilaginosas, tum osseas, appendices, seu epiphyses. Haec, cum ad curationem plurimum conferant, discuntur ex diligenti et assidua ossium et articulorum, non tam in sceleto, quam in recenti cadauere, contemplatione.

§. 1091.

Vt tirones has varias oſſium commiſſuras meli ſcientia comprehenderent, eas anatomici in certa g nera digeſſerunt. Magna vero illorum diſſenſio e et alii alia vocabula iiſdem oſſium commiſſuris imp ſuerunt. Quoniam vero nullus articulus alteri ta ſimilis tamque par eſt, vt non ab eo diſcerni debea non illorum nominum a variis autoribus propoſit rum notitiam, ſed diligentem et aſſiduam contempl tionem, iis, qui curaturi ſunt, neceſſariam eſſe reor.

§. 1092.

Proponam tamen illa genera nominaque, quae quamuis medendi peritiam non faciant, eam tamen excitando artificis ingenium, adiuuare poſſunt. Nam ex illorum generum cognitione certae regulae praeceptaque proficiſcuntur, ad quae curatio dirigi poteſt. Vbicunque igitur os oſſi iunctum et vnum contra alterum ſitum eſt, conſiderari poſſunt duo. Et vtriusque, imo et plurium oſſium figura ſtructuraque, qua ea inter ſe committuntur, *σύνταξις*, et illorum nexus ſeu ratio, qua ea inter ſe continentur deliganturque. Prius *τὸ ἄρθρον* vocant, ſeu articulum, vel iuncturam, poſterius per *σύμφυσιν* exprimunt. In articulo mox diſcrimen eſt, vt oſſa ſuper ſe moueantur, vel motu, qui in ſenſus incurrit, et dicitur *διάρθρωσις*, vel motu minimo, et qui vix deprehendi poteſt, et vocatur *συνάρθρωσις*. Vtriuſque vero, et diarthroſis, et ſynarthroſis, tres modi ſunt. Nam os, quod caput rotundum habet, in ſinum profundum coniicitur, et vocatur *ἐνάρθρωσις* *, vel oſſis extremum caput ſe inſerit in ſinum minus profundum, et vocatur *ἀρθρωδία* **, vel duo oſſa ita inter ſe iunguntur, vt vtrumque et ſinus habeat et proceſſus, vtque proceſſus in ſinus inſerantur, his vero illi excipiantur, quod commiſſu-

missurae genus, cardinis modo, quasi mutuum, vocatur γίγγλυμος ***.

* Enarthrosis diarthrodes seu cum motu in sensus incurrente est, in articulo, vbi caput femoris sinui rotundo et altiori coxae inseritur. Enarthrosis synarthrodes, seu cum motu minimo est in palma manus, seu carpo. In hoc enim os maximum, seu capitatum in profundiorem sinum demittitur, qui ex iunctis inter se ossiculis, lunato ac nauiculari, formatus est.

** Arthrodia diarthrodes est, vbi humeri rotundius caput sinui glenoideo scapularum ossis inseritur. Arthrodia synarthrodes deprehenditur in pede, vbi maior calcanei processus in sinum ossis nauicularis inseritur. Etiam ex mente horum anatomicorum ad arthrodiam referri debent illi articuli, vbi os fere planum super aliud, quod etiam planum est, mouetur, v. g. ossa, quae cunei figuram habent in tarso, super nauiculare, processus obliqui vertebrarum dorsi inter se, iugulum super acromium.

*** Ginglymus varii generis est. Ginglymus diarthrodes est in iunctura humeri cum radio et vlna, femoris cum tibia. Ginglymus synarthrodes est in commissura calcanei cum astragalo. Ginglymum angularem vocant, vbi duo pluraque ossa quasi angulum repraesentant, v. g. humerus et vlna cum radio, femur et tibia. Ginglymum lateralem, vbi ossa e latere inter se committuntur, v. g. radius et vlna, tibia et fibula. Nonnulli ad arthrodiam referunt, alii ab hac et ginglymo distinguunt τὸ ἄρθρον τροχοειδὲς, qui articulus est inter primam et secundam ceruicis vertebram, et huius processum odontoideum. Vid. RIOLANVS in GALENVM de ossibus Cap. VI. in Oper. p. 454.

§. 1093.

Synarthrosin etiam nominant commissuram ossium sine omni motu. Haec ratio etiam varios modos habet. Suturam, harmoniam, quam alii ad suturam referunt, γόμφωσιν (1074) et σχινδύλησιν. In hoc vltimo commissurae genere os ab alio osse, quod in longum fissum est, excipitur *.

* Talis commissura est, vbi ossis sphenoidei processus et septum nasi excipiuntur a vomere. Vid. KEILS *Anatomy* Cap. V. Sect. III. p. 237. qui primus hoc nomen dedisse videtur.

§. 1094.

Haec omnia ad τὴν σύνταξιν attinent. Σύμφυσι vero etiam varia eſt. Nam vel os contra aliud ſitum eſt, ita, vt nulla media materia ſit *. Vel oſſa inter ſe continentur, media cartilagine, per συγχόνδρωσιν vel deligantur ligamentis per συνδέσμωσιν, quam etiam συννεύρωσιν vocant, vel coniunguntur carne et muſculis per συσσάρκωσιν.

* Aliter hanc rem propoſuit WINSLOVIVS Expoſ. Anat. T. I §. 123. τὸ ἄρθρον, ſiue iuncturam, diuidit in διάρθρωσιν συνάρθρωσιν et ἀμφιάρθρωσιν. Diarthroſis eſt ei, vbi duo oſſa, quorum extrema cartilagine mollita ſunt, ſuper ſe, vel manifeſto, vel parum et obſcure, mouentur. Diarthroſin etiam in enarthroſin, arthrodiam et ginglymum diuidit. Synarthroſin appellat, ſi oſſa inter ſe continentur, quorum extrema non in cartilaginem vertuntur, nec etiam ſuper ſe mouentur. Quo referri poteſt ſutura ἁρμονία, γόμφωσις; quibus adhuc addi poteſt σχινδύλησις. Ἀμφιάρθρωσιν autem vocat, ſi inter duo oſſa, media cartilago eſt, eaque mollior, quae ſinit haec oſſa paululum moueri. Talis commiſſura eſt inter vtrumque os pectinis et inter os ſacrum atque innominata; inter coſtam primam atque os pectoris. Symphyſin, quae ſine media materia eſt, diſtinguit in eam, quae per aetatem fit, dum quaedam oſſa in pueris diuiſa tandem nullo relicto veſtigio concreſcunt; et in aliam, ſi oſſa nulla cartilagine terminantur, ſed ſola figura, veluti oſſa, quae in baſi caluariae ſunt, continentur. MONRO *in the Anatomy of the humane bones*, ad ſymphyſin refert ſolam ſuturam et γόμφωσιν. Ab hac diſtinguit τὸ ἄρθρον, ſ. articulum. Hunc iterum diuidit in ſynarthroſin et diarthroſin. Ad diarthroſin refert et motum manifeſtum et obſcurum. Synarthroſin vocat commiſſuram, vbi nullus motus eſt. Is etiam articulum humeri cum omoplata, quem plures ad arthrodiam referunt, reuocauit ad enarthroſin. Quia ego tironibus ſcribo, permanere malui in veterum doctrina, cum caeteroquin magis commoda videatur diuiſio WINSLOVII et MONRO.

§. 1095.

Cum vero oſſium commiſſurae atque articuli ita diſcreti ſint, de his quaedam communia noſcenda ſunt. Siquidem frequentiſſime et facillime ſuis ſedibus mouentur articuli per arthrodiam, qui etiam penitus inter

r fe dehifcunt, vt os prorfus ab altero offe, cui id inctum erat, recedat. Articuli vero per ginglymum, ui validioribus ligamentis adftringuntur, non nifi aiori vi, et vix vnquam penitus, et ita expelluntur, duo offa inter fe ex toto diftrahantur. Nec hoc eri poteft fine violatis, difruptis, vel multum infirmatis, ligamentis. Itaque illi articuli faltem parum aliqua parte fuis fedibus promouentur. In arthroia et enarthrofi eft motus orbicus, ita, vt membrum, uafi circa axin, voluatur, qui motus tamen perfectior t in priori, quam in altera. In ginglymo non alius notus eft, quam, quo membrum adducitur flectiturue, et quo illud extenditur. Si artus confideramus, t humeri caput finu fcapulae per arthrodiam, et femoris caput, finu profundo coxae per enarthrofin exipitur, in cubito et genu ginglymus eft. Etiam, vbi nanuum et pedum digiti incipiunt, arthrodia eft. Nam digitorum fuprema offa in vertice finuata funt, t recipiunt offium, ex quibus metacarpus et metatarus componitur, pleniora capitula. Reliqui digitorum rticuli per ginglymum committuntur.

§. 1096.

Veteres neruos appellauerunt illa dura, flexilia, elaftica, cartilaginibus molliora, membranis rigidiora, vincula, quibus offa inter fe deligantur, et quae recentioribus ligamenta vocantur. Horum varia figura eft. Communia fere omnibus articulis funt illa membranacea, pro modo offium valida, vel tenuia, quibus offium extrema in articulis comprehenduntur. His a Gallis nomen impofitum fuit *les Capfulaires*, et, cum latinum vocabulum deeffe videatur, ea forte manticulas appellare poffes *. Hoc genere ligamentorum interdum folo **, interdum accedentibus aliis, offa inter fe connectuntur. His vero etiam continetur

axungia,

axungia, qua ossium cartilagines illinuntur. Su has manticulas, membranae in modum dispar feruntur, et ex vno osse in aliud, quod contra sit est, pertinent alia ligamenta valentiora plenioraq magis vero contracta et teretia, quae illis priori adhaerescunt ***. Sunt alia ligamenta, quae intra i manticulas ex vno osse educta altori inseruntur **** Nec desunt, quae prohibent, quo minus ossa sibi latus posita inter se dehiscant *****. Omitto alia gamentorum genera, quae non tam ossibus iunge dis, quam continendis aliis partibus, accommoda sunt.

* A WINSLOVIO v. Expos. T. I. de ossibus recentibus §. 36.

** Veluti in articulo humeri cum omoplata. Praeter ap neuroses enim a tendinibus musculorum profectas vix a ligamenta esse videntur, quae hunc articulum comprehe dunt.

*** Praecipue in ginglymo, v. g. humeri cum radio et vln femoris cum tibia.

**** In articulo coxae cum femore, femoris cum tibia.

***** Quae inter vlnam et radium, tibiam et fibulam, sun Illud transuersum, quod in prima vertebra colli est, et quo processum odontoideum secundae vertebrae continet Ligamenta, quae inter processus vertebrarum spinosa sunt. Quo referri etiam potest illud, quod in scapula est inter processum coracoidem et acromium, quod humer caput, ne facile excidat, tuetur. Vid. MONRO l. c. p. 268 Confer de omnibus, praeter VESALIVM et REALDVM CO LVMBVM, WINSLOVIVM l. c.

† Itemque Syndesmologiam WEITBRECHTI.

§. 1097.

Articuli, qui breuioribus validisque ligamentis comprehenduntur, non, nisi maiori vi, expelluntur. Si vero exciderunt, etiam non sine negotio in sedes suas compelluntur. Si ligamenta infirmata sunt, et horum vitio ossa emota fuerunt, haec facile reponuntur, sed vero in suas sedes compulsa iterum excidunt.

§. 1098.

§. 1098.

Offa in articulis cartilagine terminantur, et nullus ticulus non fic finitur. Cartilagines durae funt, fticae, lubricae, fine omni fenfu. Praeter eas cargines, in quas ipfa offa definunt, aliae funt, quae ediae, inter duo offa, etiam cartilagine mollita, colatae funt, fuper quae quoque ligamenta, praecipue ie membranaceae manticulae (1096) illigantur *. nt aliae, in quas offa quafi degenerant, et quibus ediis ea continentur. Hae etiam aliquam, quamminorem, mobilitatem praeftant **.

In articulo maxillae inferioris cum offe temporum, in articulo fterni et iuguli, femoris et tibiae.

** Cartilagines, quibus mediis offa coxarum inter fe et cum facro committuntur. Praecipue in coftis et in ipfo fterno.

§. 1099.

In articulos humor confluit, quo ad faciliorem otum cartilagines, veluti ad circumactum rotarum eo piffino vehiculorum axes, perunguntur. Humor e compofitus effe videtur ex pituita, oleo et lympha. utinofus, pituitae vel muco fimilis, humor effertur maioribus glandulis, quae in articulis collocatae nt, quas mucofas vocare folent *. Illae glandulae olles funt, et ex iis plures minores fiftulae educunir, ex quibus ille humor deftillat. Ita vero in artiilis collocatae funt, vt motis agitatifque offibus aliuantum premantur, quare pro modo vehementioris tercitationis maior humoris vis ex his glandulis exrimitur, qui ad lubricandos cartilaginofos offium nes neceffarius eft. Humor ille oui albo fimilis, faoris falfi, igne non cogitur, fed per aera in vaporem iffunditur, relicta aliqua quafi cuticula: Hae glanulae multa adipe circumdantur, quae etiam articulis bique fere inhaeret. Adipis oleum etiam preffu iffunditur et illi glutinofo humori admifcetur. Nec a

a vero alienum eſt, aliquid accedere ex tenuiori oſſ
cauernoſorum medulla (1031), quae forte per car
gines penetrare poteſt. Praecipue vero humor l
phae ſimilis deſtillat ex illis ligamentis, ſeu mantic
quibus articuli comprehenduntur, et vel ex earum
noribus glandulis, vel arteriarum minimarum finib

* Vide Cl. HAVERS Oſteologiam nouam Cap. IV. p. 187. W
LOV. c. l. §. 66. et Clar. FRIDERICI LEBEGOTT PITSC
Diſſ. de Axungia articulorum, Lipſiae MDCCXL. Exp
menta nonnulla cum axungia facta vide in Comm. Bo
nienſibus p. 148.

§. 1100.

Ob id vero axungia ex humoribus natura diue
mixta eſt, quo magis idonea lubricandis articulis eſ
Illam quiete cogi, motu autem liqueſcere, liquefact
venulis iterum abſorberi, et cum humidis per vniu
ſum corpus diffuſis confundi, experimentis cognit
eſt. Alibi retuli (357. 485. 486. 487), ex vulnera
articulis quandoque *μελίκηρα*, vel ſynouiam, exire,
hanc eſſe confluentem redundantemque axungia
Quae ad *τὰς ἀγκύλας* rigidoſque articulos attinet, q
inter alias cauſas etiam ab hoc humore naſcuntur,
is craſſior euadit, protinus dicam.

§. 1101.

Oportet vero cum his omnibus etiam conſidera
neruos et muſculos, arterias venaſque, earumq
omnium ſedes atque figuras, poſitus atque receſſu
quae omnia in anatomicis exercitationibus diſcuntu
Nam, ſi ab oſſibus luxatis arteriae venaeque compr
muntur, graues inflammationes mouentur, et non rar
membra gangraena periclitantur. Nerui ſi premuntu
oritur ſtupor debilitaſque et eorum reſolutio. Muſcul
ſi eorum nonnulli nimium, alii minus, intenduntu
membrum reponi non ſinunt.

§. 1102

§. 1102.

In pueris raro incidit, vt articuli aliqua vi ex ſuis ſedibus expellantur, ſed ſaepe illae appendices, ſeu epiphyſes (1090), prope articulos a reliquo oſſe diſſoluuntur. Hoc vitium, quod quaſi medium inter fracta luxataque eſt, difficilius ſaneſcit. Quandoque raro in his membris emacreſcit, et haec minus, quam caetera, creſcunt.

§. 1103.

Luxata vero varia diſcrimina recipiunt. Nam oſſa quandoque penitus inter ſe recedunt, quandoque tantum ex ſedibus ſuis mouentur, ita, vt, quod ab altero excidit, non prorſus recedat, ſed aliqua parte ſubſiſtat. Prius in enarthroſi et arthrodia, alterum in ginglymo, frequentius euenire, iam ſupra retuli (1095). Nonnunquam oſſa cum vulnere, contuſis etiam vexatisque carnibus, loco mouentur, vel, quae exciderunt, etiam fracta colliſaque ſunt, ideoque magnus inflammationis, gangraenae, et quandoque mortis, metus oriri ſolet. Etiam diſcrimen eſt, ſi os, quod excidit, protinus et ſine mora reponitur, et ſi illud relinquitur, atque tandem vetuſtas accedit. Multum etiam confert corporis, ligamentorum muſculorumque habitus.

§. 1104.

Vix attinet dicere, articulos ſuis ſedibus vi, ictu, caſu, ſaltu, expelli, et ſi membra, vi facta, in diuerſa diſtrahuntur. Oſſa vero etiam quandoque muſculorum reſolutorum et emacreſcentium vitio prolabuntur. Nam in his membris ligamenta, quamuis ab initio ſatis valida ſint, tamen membrorum pondere infirmantur extenuanturque. Si vero muſculi integri ſunt, et ſatis validi, ligamentis vero vis deſtituta eſt, oſſa ipſa muſculorum actione facile promouentur; id quod accidit, ſi maior vis adhibita fuit; membraque ab eo, qui

qui curaturus erat, nimium fuerunt intenta. In dum in articulos, praecipue in profundiores, vel et quandoque in exiguos ſinus, quibus oſſa contra excipiuntur, humor confluit, quo indies augeſcer os pedetentim e ſede ſua promouetur. Hoc inci ſi ex febre, veluti ex variolis, mala materia in articu inclinata eſt, vel, ſi, id quod crebrius euenire ſo grauiori ictu, caſuue, extrinſecus articulus ita lae fuit, vt in eo etiam, vel ligamentum, vel ſupra co memoratae glandulae (1099), grauiter percuſſae ſi Si oſſa puerorum, qui rhachitide aegri ſunt, intum ſcunt, illa etiam tandem e ſedibus ſuis elabuntur. nullo articulo haec vitia †frequentius incidunt, qu in ſinu coxae, quo caput rotundum femoris recipitu

† Nonnulla de his generibus luxationum vid. in Diſſertat ne quam SABATIER de luxationibus conſecutiuis *(Luxa ons conſecutives du femur) Monument. Acad. R. Chir.* V. V. adiecit.

§. 1105.

Sunt quaedam communia luxatorum ſigna, qua dam propria. Siquidem ſemper ea parte tumor e in quam os prorupit, ea ſinus, a qua receſſit. Men brum in eam partem, in quam os excidit, porrigi no poteſt, paulo magis in contrariam, nunquam vero ſin dolore. Pro variis caſibus, membrum emotum bre vius, quandoque longius, eſſe ſolet. Huic etiam, ve nullus, vel minor, vſus relictus eſt. Dolor et inflam matio quandoque non tam ab oſſe, quod loco ſuo no eſt, oriuntur (1100), ſed, quod muſculi neruique in iuria extrinſecus illata vexati ſunt, atque colliſi, qu membrum, quamuis integrum et haud luxatum ſit moueri vix ſinunt.

§. 1106.

Os non totum e ſede ſua motum eſſe, ſed parum ſaltem excidiſſe, intelligitur, ſi articulus poſt ei illatam vim

um cum tumore dolorem habet vehementem atque ontinuum, qui etiam ſuo tempore, et adhibitis omnius auxiliis, non leuatur. Membrum non in omnem artem porrigi poteſt. Illud loco ſuo non eſſe, ipſa ius figura oſtendit. Quare, os luxatum eſſe, ſcitur, membrum, quod noxam habet, cum altero, quod integrum eſt, diligentius confertur.

§. 1107.

Si articuli reſolutorum muſculorum vitio (1104) apſi ſunt, id ſcire licet, ſi olim homo apoplexia attoitus fuit, ſi membrum reſolutum eſt, et in eo carnes nacruerunt. In eiusmodi membris articulus ſine mni negotio in ſedem ſuam compellitur, ſed mox iteım excidit (1097). Si brachium reſolutum eſt, tanem etiam naturali eius pondere extenuantur ligaienta, quibus humerus omoplatae adſtringitur, quare embrum longius fit (1104). In articulo vero cirım circa depreſſus digitus ſinum inuenit, vbi duo ſa inter ſe receſſerunt.

§. 1108.

Si ligamentis vis deſtituta eſt (1104), muſculi ve) integri valenteſque ſunt, horum vel minori actione ſſa emouentur. Articulus tumidus eſt et dolorem abet. Si os, quod excidit, in ſedem ſuam compelli equit, quamuis omnia recte fiant, ſcire licet, in ſinum, uo os excipiendum eſt, confluxiſſe humorem, qui ſe ıtus opponit, et, ne os reuertatur, prohibet.

§. 1109.

Varia etiam pericula oſſibus luxatis oriuntur. Iembrum nonnunquam inflammatione et gangraena ericlitatur. Quandoque abſceſſus fiunt, vel naſcunır tumores oedemati ſimiles (729). Interdum cares emacreſcunt. Articuli tumidi rigidique, et in iis γκύλαι fiunt, quae efficiunt, vt minor vſus (1104)

membri relinquatur. Maius periculum esse solet ginglymus excidit, quam, si arthrodia, praecipue, si illo ossa penitus inter se recesserunt. Hoc vero ginglymo euenire nequit, nisi maiori vi, et rupt distractis infirmatisque omnibus ligamentis (10ç 1103). Nullam curationem recipiunt articuli, c ligamentorum musculorumque vitio emoti su (1104). Nec perfecta sanitas, sed semper debilit sequitur, si os, quod, vi extrinsecus accedente, lo suo motum est, non protinus repositum fuit, sed r glectum. Articuli, qui validis ligamentis plenisq musculis continentur, non nisi maiori vi, e sedibus si mouentur, nec, nisi magna etiam vi adhibita, iterum eas compelluntur. Qui vero articuli sine negotio expeditius reponuntur, multo facilius iterum excidu et minus fideliter continentur. Frequentius adol scentibus, foeminis et imbecillis ossa excidunt, qua adultis, robustioribus, et viris. Si in sinum humo confluxit, et hunc axungia quiete coacta crassaque ir plet (1104. 1108), vel, si os propterea excidit, quo id ipsum intumuit (1087. 1104) articulus sanus fie et vetustae sedi adsuescere, non potest. Os etiar quod reponi non potuit, tandem cum sedibus, in qu bus residit, concrescit. Si, reposito osse, vehemer dolor manet, vel neruorum distentio sequitur, sci licet, id loco suo non esse, et ab eo ligamentum prem

§. 1110.

Articulos, qui exciderunt, reponi oportet, et auer ea, quae his superueniunt. Si vero os, quod e sed sua prolapsum est, compelli debet, necesse est, vt illuc quod semper musculorum actione adducitur, satis ex tendatur. Hoc vero a chirurgo solo fit, vel eum ad iuuantibus ministris. Quandoque, id quod optimum est, res solis manibus agitur, quandoque iniectis ha benis, et adhibitis etiam variis machinamentis.

§. 1111.

§. 1111.

Membrum, ſi illud tenerum eſt, intendere vnus homo poteſt, cum dextra manu id, quod loco ſuo motum fuit, ſiniſtra aliud, a quo hoc receſſit, prehendit. Valentius autem membrum duobus eget, qui in diuerſa contendunt. Non maior adhiberi debet vis, qua membrum luxatum extenditur, quam ea eſt, qua alterum reducitur. Si id fieri poteſt, nec manus, nec lora, alii membro iniici debent, quam ei, quod expulſum eſt, illique, a quo hoc receſſit. Vbi membra ſic in diuerſa ducuntur, conſiderandi ſunt muſculi, vt omnes aequali modo intendantur. Extendi debet membrum, quod excidit, pro modo ac ratione, qua illud longius a ſua ſede receſſit, eo vſque, vt illud paulo longius ſit, quam naturaliter eſſe debet. Si vero nimium adducitur, vis ligamentis infertur, quibus imbecillitas manet (1104. 1108). Membrum, quod extendi debet, vi aequali ſedataque paulatimque aucta adduci oportet, non vero per repentinos impetus rapi. Si vaſtum corpus faſciis, habenis, loriſue, eget, illa mollia eſſe et ita extremis membris iniici debent, ne cutim carneſque offendant. Oportet tamen illa magis adſtringi, ſi iis membra corporum vaſtorum obeſorumque deliganda ſunt.

§. 1112.

Vbi autem oſſa ſatis inter ſe diducta ſunt, id quod ſcire licet ex articuli et muſculorum habitu, et ſi membrum paulo longius videtur, quam id naturaliter eſſe ſolet (1111), os iterum in ſuam ſedem compelli oportet. Ergo remitti debent, vel manus, vel habenae, quibus membrum emotum intenditur, aliud vero, a quo hoc receſſit, reducitur. Cura habenda eſt, vt hoc etiam aequali lentoque motu fiat, ne, cum os cum impetu reuertitur, et reconditur, eius cartilago, vel aliquod ligamentum, laedatur. Os vero quandoque per

se, musculorum ac ligamentorum motu, per eam partem, per quam venit, reuertit, vel manu chirurgi, vel etiam per varia genera machinamentorum, compellitur. Si illud his dirigitur, videndum est, vt semper in suam sedem, per eam viam, per quam venit, reuertatur.

§. 1113.

Os loco suo esse, scire licet, si tumor (1105) desidit, dolor leuatur, et membrum ab eo, quod integrum est, haud differt (1106). Manere solet tumor dolorque, qui non a prolapso osse, sed ab ictu illato, orti sunt (1109).

§. 1114.

Vbi os in suam sedem repositum est, in iunioribus robustioribusque illud solis ligamentis et musculis continetur. Articulus tamen per aliquot dies potest iniecta fascia pannisque deligari, ne is, si forte lacessitur, iterum a sede sua excidat. Ob id etiam debet membrum, vel mitella, vel canaliculo, excipi et contineri. Ita vero collocandum est, ne vis in ligamenta musculosque fiat. Oportet autem, vbi membrum, leuatum omni inflammatione, per aliquot dies conquieuit, id quoque ad vsus suos promoueri. Hic motus, qui, vrgente dolore ac inflammatione, pestifer esse potest, his discussis, necessarius est, quippe qui prohibet, quo minus axungia in articulo cogatur, et is rigidus fiat (1004.) Medicamenta, quae vulgo adhibentur, fere superuacua sunt.

§. 1115.

Vbi autem metus est, ne infirmitas ligamentis, articulo imbecillitas maneat, ei, antequam deligatur, superiniiciendus est pannus compositus, ex vino austero rubro, calido, vel etiam aceto cum aqua expressus. His commode incoquuntur radices tormentillae, bistortae, bryoniae, sigilli Salomonis, herbae agrimoniae,

al

abſinthii, alchimillae, maioranae, ſerpilli, rutae, lauendulae, et adiicitur ſal ammoniacus, vel ſal communis. Nec corporibus plenis inutilis eſt ſpiritus matricalis, ſerpilli, lumbricorum terreſtrium, formicarum. Haec omnia etiam ob id in his caſibus proficiunt, quod iis et nouum robur additur ligamentis muſculiſque, et quod quoque inflammatio leuàtur. Qui emplaſtris fidem ſuam addixerunt, illi, ſi nulla, vel exigua, inflammatio membrum tenet, imponere poſſunt illud, cuius compoſitionem WVRTZIVS dedit, et quod defenſiuum viride nominant. Emplaſtrum autem ita iniici debet, ne totum membrum comprehendat. Quandoque, ſi haec medicamenta ab initio neglecta fuere, articulo imbecillitas manet, et dolores oriuntur, qui ſub tempeſtatibus variant, interdum vrgent, interdum ſe prorſus remittunt.

§. 1116.

Si vero maior infirmitas poſt hanc curationem in articulo eſt, praeter haec medicamenta, conueniunt etiam emplaſtra, ex quorum numero oxycroceum, nec non ſaponatum Barbette, caeteris praeferri debent. Multum proficit fricatio, et ſi membrum crebrius ac diutius, ſi poteſt, per ſe, ſin minus, per alium, mouetur agitaturque, vt ad conſuetudinem redeat. Infricari poſſunt modo dicti liquores chemica arte parati, ſeu ſpiritus. Haec tamen ſpirituum infricatio iunioribus pleniſque corporibus magis idonea eſt, quam gracilibus, tenuibus, ſenectute emaceiatis, quibus opportuniora ſunt vnguenta. Vnctioni aptiſſimum eſt vnguentum, quod neruinum nominatur, oleis deſtillatis caryophyllorum, origani, ſerpilli, roſmarini, abſinthii, et balſamo Peruuiano, admixtum. Nec inutiles ſunt ſuffitiones (1072), et ſi hae laneis pannis exceptae infricantur. Dolenti parti admouendae ſunt cucurbitulae. In his vero infirmatorum membrorum cura-

tionibus diu perſeuerandum eſſe, apparere cuilib
poteſt.

§. 1117.

Grauibus inflammationibus expoſita ſunt luxa
(1109), quae quandoque ab ictu, caſuue, excitantu
quandoque autem ab oſſe moto, quo venae compr
muntur (1101). Scire hoc poſſunt, qui grandiu
venarum per membra procedentium ſedes perſpect
habent. Etiam aliud eius rei indicium eſt. Si
maiori vi expulſum fuit, et inflammatio a vexata cu
carnibuſque orta fuit, ea maxima illa parte conſiſt
quae ictum exceperat, ſi autem venae premuntur, i
tumeſcit extremum membrum et inflammatio increſci
et verſus articulum procedit. In priori caſu, ſi i
flammatio a vi extrinſecus illata orta eſt, eaque veh
mens articulum occupat, ille laceſſendus non eſt, ſe
oportet prius eam leuare, et ob id ſanguinem mitter
ac quietem imperare, et imponere, quibus tumor d
lorque tolluntur (79. 80. 81. 1115). Si etiam febr
acceſſit, huic idoneis medicamentis et abſtinentia o
currendum eſt. Inflammatione ſe remittente, v
finita, os reponitur. Vbi autem inflammatio oſſ
emoti venaſque comprimentis vitio orta fuit, oport
feſtinare, et os quam primum in locum, vnde i
lapſum eſt, reſtituere. Si vero, repoſito oſſe, nihil
minus tumor et inflammatio manent, timeri deb
gangraena, quod rupta eſt arteria, vel vena, quae ſa
guinem fundit *.

* Hoc aliquando curantis, et brachium nimium extendenti
culpa factum eſſe, noui (423).

§. 1118.

Si corpus valens eſt, idque ſanguine tumet, requi
ritur, vt, repoſito oſſe, ſanguis mittatur. Si febri
accedit, illam cauſae aeſtimatio, cui accommodand
auxilia ſunt, ſoluere poteſt. Si febris cum dolore in-
creſcit

crescit, interdum pus oritur, abscessus fit, qui, cum articulum eiusque ligamenta afficere possit, praecipue, si suppuratio altius condita est, etiam crudus, et non expectata maturitate, incidi debet (96. 993).

§. 1119.

Multo grauius est, si ossi luxato etiam fractura accessit. In hoc casu opera danda est, vt prius emotus articulus, post vero ossis fragmenta, in suas sedes reponantur. Maioribus periculis membrum expositum est, si os prope articulum, qui excidit, fractum fuit. Os enim tractari et satis extendi nequit. In hoc casu fracta inter se committenda sunt, expectandumque, donec ea callus firmauerit. Tunc tentandum est, an etiam diducta ossa rursus inter se iungi possint. Interea, ne rigor articulo accedat, is calida aqua oleoque foueri potest. Hoc, si vetus res est, raro feliciter cedit (1109).

† Nisi caput ossis cum vicino osse concreuerit, sed si caussa difficilioris repositionis in musculorum, tendinum et ligamentorum contractione posita est, curatio et reductio capitis elapsi interdum fieri potest, posteaquam partium illarum contractio fomentis, balneis, inunctione satis imminuta est. Casum singularem vid. in *Monum. Acad. Chir.* T. V.

§. 1120.

Caput super ceruicem continetur duobus processibus depressioribus, vel condylis, qui ad latus foraminis magni positi sunt, per quod in occipite spinae medulla cerebro commissa descendit. Hi condyli oblongi, cartilagine molliti, parte media gibbi, et linea transversa diuisi, oblique in exteriorem partem inclinati, dum versus anteriora procedunt, sibi appropinquantur. Pars illorum anterior elatior est et paulo amplior, pars posterior depressa et angustior. In his tamen et aliis nihil perpetuum esse, deprehendo. Hi condyli excipiuntur duobus oblongis, etiam obliquis, et

 media

media transfuersa linea diuisis, sinubus, qui sunt in perioribus processibus obliquis, vel articularibus, tebrae primae. Sinus illi modo descriptis condy quos excipiunt, respondent. Quare etiam proces articulares superiores, qui illos sinus habent, in pa posteriori extantiores sunt, in parte media plurimu depressi et sinuati, in parte anteriori minus desident caeteroquin interiora versus oblique inclinati. H articulus, ea, tum occipitis condyli, tum vertebr articulares processus, continentur ligamentis valid qui eos, manticularum in modum, comprehendu (1096). Id, ne saepius dicendum sit, omnibus, vertebrarum etiam, articulis commune est. Alia lig menta sunt, quae ab occipite incipiunt, et summ extantiorique orae primae vertebrae inseruntur. F iam valida membrana est, quae intus in vertebr peruiis ab occipite ad os sacrum vsque cum spin medulla deducitur. Hac enim, et medulla conteg tur, et ossa, quibus adhaeret, continentur. Nec omi tenda est membrana, ligamento similis, qua anteri vertebrae omnes earumque corpora conteguntur. H articulus sustinet caput, idque flecti, non vero in l tera moueri, sinit.

§. 1121.

Prima ceruicis vertebra, quam Atlantem vocan deorsum versus etiam exigit duos minores processu articulares. Hi parum desidentes sinus habent, ve plana obliqua, quae ab interiori parte versus exterior et inferiora porriguntur. His respondent alia plana paululum gibba, quae sunt in alterius vertebrae pro cessibus articularibus superioribus, quae oblique ex teriora versus inclinantur. Inter cartilagines, quibu harum vertebrarum extremi processus molliti sunt, in terdum aliae distinctae et in medio positae minores

repe-

reperiuntur (1098). Ex hoc articulo facilis vertici mobilitas in vtrumque latus eſt.

§. 1122.

Quo vero ceruix melius inter varios motus flexusque caput ſuſtinere poſſet, ex anteriori et pleniori alterius vertebrae parte conſurgit maior, craſſior et procerus proceſſus, quem dentiformem, vel odontoideum, vocant, quia nonnullis dentem repraeſentare viſus eſt. Is valido ligamento, quod ex eius ſummo apice educitur, ſuper occiput huiuſque proceſſum ſphenoideum extremamque et anteriorem oram maioris foraminis illigatur. Vertebrae autem prioris et ſupremae anterior pars quaſi excifa eſt et ſinuata, etiam cartilagine mollita, quae hunc proceſſum odontoideum molli cartilagine quoque laeuigatum e latere recipit. Hic vero proceſſus valido ligamento conſtringitur, quod poſt hunc proceſſum tranſuerſum in prima vertebra ex vna laterali parte in alteram porrigitur (1092 ***).

† Iſtorum aliorumque ligamentorum deſcriptionem pleniorem et accuratiorem vid. in *Syndeſmologia* a IOSIA WEIDBRECHTIO Petropoli edita, aut in gallice verſa epitome eiuſdem libri Pariſiis in lucem 1752 emiſſa, aut in huius verſione teutonica Argentorati 1779 euulgata.

§. 1123.

Caput igitur per articulum, qui inter occiput et primam vertebram eſt, leuatur et inclinatur, per articulum, qui inter primam et ſecundam vertebram eſt, in latus vertitur. Quo minus occiput a prima vertebra recedat, prohibent proceſſus ille odontoideus eiuſque ligamenta, quae ex genere valentiorum ſunt, et quae caput vltra prolabi non patiuntur. Caput igitur ſi luxatur, inter ſe recedunt prima ſecundaque vertebra, in quo articulo maior mobilitas eſt. Hoc incidere poteſt, ſi ligamenta ſub occipitio maiori vi

extenduntur, et eodem temporis momento caput latus mouetur. Haud crediderim, huius rei aliqu curationem esse, cum sub tali motu spinae medu comprimatur, qua compressa omnes nerui, qui a c vice descendunt, resoluuntur *.

* PETITVS c. l. T. I. p. 66. historiam prodidit de pue quem vir, prehenso duabus manibus capite, in altum stulerat. Cum puer reniteretur, et corpus in aere susp sum multum agitaret, vertebrae inter se diductae atc emotae fuerunt, et puer momento extinctus fuit. Aliqu medendi rationem proposuerunt PETITVS, aliique, null vero huius rei curationem esse, ex ea ipsa illius historia telligitur. Vertebras, quintam sextamque, vehementi ictu inter se dehiscentes, et spinalem medullam per tra versum disruptam in cadauere viderunt Autores Selec rum Medicorum Francofurtensium. Homo adhuc ad de mam tertiam horam post acceptum ictum vixisse dici Vol. I. Obs. 2.

† Vertebrarum ceruicalium luxationem in milite grega vidit atque etiam curauit SELLING Chirurgus castrensis exercitibus Borussicis. Siue autem luxatio, siue subluxat siue distorsio ea fuerit, grauissima tamen symptomata m rum instantis mortis intulerunt. Depressis humeris cap attolli a valido ministro iussit, manibus suis emotas vert bras in pristina loca reddidit, ac postea caput fascia firm vit; reliqua vid. in SCHMVCKERI *Vermischten Schrift.* T. I. pag. 284.

§. 1124.

Ceruicem distorqueri, et caput obstipum vit musculorum cutisque fieri, iam alii animaduerterunt Si cutis ambusta est, et cum hac platysmamyod musculus, et mala cicatrix caput obstipum reddit, ac hibenda sunt fomenta (226), vel cutis incidenda es Tunc plaga diduci, et in eam plumbea lamina impor debet, quo cicatrix latior atque locum implens nasca tur (581). Si vero musculus mastoideus rigidus con tractusque factus est, nonnulli tendinem illius muscu li praecidere ausi sunt, qui caput protinus erectum vulnusque sine noxa glutinatum, fuisse prodiderunt** Minus ardua est curatio, si vnus musculorum masto ideorum

deorum resolutus est, et ob id alter adducitur. Quia vero musculo mastoideo dextro caput in sinistram partem, sinistro autem illud in dextram, mouetur, musculus resolutus est in illo latere, in quod caput inclinatur. Huic musculo adhibenda sunt remedia, quae membris resolutis idonea sunt, infrictiones supra propositae (1072. 1115. 1119). Prodest etiam, torpentis musculi summam cutim exasperare, impositis cantharidibus, vel admoto sinapi, aliisque acrioribus. Maxime necessaria est fascia, qua pedetentim caput reducitur ***. Id, quod vero mastoideis incidit, euenire etiam potest aliis musculis, spleniis, complexis, rectis, caeterisque, quibus caput continetur ****.

* Vid. BOOTII Obs. de Affectibus omissis C. V. p. 14.

** Vid. hanc Obseru. in TVLPIO L. IV. C. 58. p. 371. in MEEKREN Obs. 33. p. 136. c. fig. et ROONHVYSEN Obs. 22.

† Caput ab musculo sternomastoideo contracto obstipum sanauit TENHAAF, Belga, in foemina annum vicesimum agente. Morbus iam vetustate confirmatus fuit et caput ad humeri summitatem detractum. Secta cute chirurgus specillum sub musculi eius tendine dedit, atque haud procul ab osse sterni tendinem eum dissecuit, et impleto linteis vulnere, caput postea fascia idonea tenuit firmauitque. Elapsis diebus quasi viginti curatio absoluta est et capiti necessaria mobilitas reddita. Vid. *Acta Societatis Harlemensis* vel epitomen quae inscripta est: *Abhandlungen etc. aus den Schriften der Harlemer etc. Gesellschaften.* Leipzig 1775.

*** Huius curationis exemplum nobis proposuit Cel. WINSLOVIVS in Quaestione medica: An in cognoscendis morbis errores functos vitare possit Anatomes parum duntaxat gnarus, Lutetiae, Anno MDCCXXXII. proposita §. 3. et in Comment. A. R. Sc. Anno MDCCXXXV. p. 409. in quibus vide etiam figuram fasciae.

**** Confer. Dissert. Celeb. MAVCHARTI de Capite obstipo, Tubing. MDCCXXXVII.

§. 1125.

Maxilla inferior habet duos processus, seu condylos superiores, latos, in anteriora oblique inclinatos, qui

qui subire videntur illos sinus, qui in osse tempor iuxta auris foramina sunt. Committuntur vero tundi condyli cum processibus transuersis, qui in pa anteriori ossium temporum sunt, vbi ossa iugalia in piunt. Inter illos condylos et modo commemora sinus media cartilago * est (1098). Articulum co prehendit ligamentum valens, seu manticula, quae illo ossis temporum sinu educta mediae cartilag arctius inhaerescit, et tandem condylum maxillae co prehendit. Ligamenta fere duo esse videntur. Ill quod cartilaginem ossi temporum adstringit, laxum magis vero adstrictum, quod e cartilagine descen et condylum comprehendit. Haec res efficit, dum aperto ore maxilla deprimitur, haec cartila condylo iuncta, super illum transuersum processi ossis iugalis moueatur et maior mobilitas artic praestetur. Huic articulo in posteriori parte ann est glandula (1099), quae in parotidem fere implic axungiam fundit. Maxillam vtrinque validis musc lis, crotaphite, massetere, et duobus pterygoideis a duci et contineri, notum est. Musculi pterygoi externi portio illi ligamento atque mediae artic cartilagini innexa est **.

* Vid. fig. in MORGAGNI Aduers. II. fig. 1. 2. 3.

** Vide accuratam huius articuli descriptionem a Clar. MONRO proditam *in the Medical Essays* Vol. I. Obs. p. 131. et Vol. III. Obs. XIII. p. 261.

§. 1126.

Maxilla non in aliam, quam priorem, parte propellitur, id quod incidit, dum eius condyli sup illum transuersum ossis iugalis processum promoue tur. Nam in posteriorem et dextram sinistramqu partem excidere non potest, quia oppositi sunt pro cessus mastoidei et styloidei. Nec, vel propter illo ipsos maxillae condylos, ea in latus moueri potest.

† Mar

† Mandibulam in partem posteriorem sede sua moueri posse quamuis dubites, tamen et hanc luxationis rationem aliquando locum habere docuit ZACHARIAS VOGEL Medicus apud Lubecenses inclytus, in *anatomischen, chirurgischen und medicinischen Beobachtungen*, Rostochii 1659 editis pag. 217. vbi lectoribus Auctor est suasorque, vt, cum os tali casu clausum sit, anteaquam reductionem periclitentur, emollientia medicamina articulis admoueant, per quae molliantur relaxenturque ligamenta.

§. 1127.

Si maxilla vtraque parte ex sede sua excidit, totum mentum inclinatur, et in exteriorem partem promouetur. Si vero vna parte procidit, illud semper in contrariam partem inclinatur et dentes paribus non respondent, sed sub his, qui secant, canini sunt. Os in vtroque casu hiat, et claudi nequit, ex quo multa saliua effertur. Homo, nec loqui, nec mandere, et vix deglutire, potest. Prolapsae enim maxillae anteriores coronoidei processus, quibus musculi crotaphites innexi sunt, sub ossibus iugalibus conduntur, et prohibent, quo minus maxilla attolli queat.

§. 1128.

Maxilla e sede sua propelli non potest, nisi aperto hianteque ore, et si illo tempore ei ictus infertur. Rarum non est, maxillam excidere sub oscitatione, magnoque et soluto risu, id quod iis euenire solet, quibus ligamenta imbecilla sunt.

§. 1129.

Si maxilla in sedem suam compellenda est, homo collocari debet in sedili, sic, vt minister caput eius a posteriore parte contineat, vel, vt is iuxta parietem sedeat, subiecto inter parietem et caput eius scorteo puluino duro. Caput eo vrgendum est, quo sit immobilius. Tum chirurgus digitos, pollices linteolis, vel fasciis, inuolutos, in os, super dentes posteriores mola-

molares conicit, et caeteros digitos, ipsamque p mam, extrinsecus ita mento admouet, vt ment maxillamque vehementer apprehendat. Digitis in demissis maxillam deprimit, palma vero eam eod momento, quo depressa fuit, retro agit. Si vna mum parte illa prorupit, difficilius reponitur. N nisi ea parte, qua excidit, maxilla deprimenda, ol que vero ex opposita parte mentum apprehendendu et sic illa retro agenda est.

§. 1130.

Sunt, qui, vt maxillam in sedem suam compella homini colaphum ducunt, alii bacillum durum in dentes demittunt, quo, veluti vecte, maxillam dep munt; quas curationes grauiores offensae saepe quuntur. Vbi maxilla in sedem suam collocata e fascia iniici potest, vel longior habena, vtrinque longitudinem ad medium fere incisa, cuius mediu mentum complectitur, capitum vero duo hominis c put; reliqua duo super ceruicem, et ab hac sup frontem, adducta, ibi ligantur. Alibi hanc fascia fundam nominaui (13. **).

† Ossis hyoidei subluxationem quandam interdum fieri doc PETRVS PAVLVS MOLINELLIVS in *Commentar. Bononie* Vol. V. P. II. Morbi huius parum cogniti mentio vix quoquam praeter Valsaluam facta est. Quamuis leuior videri cuipiam possit, dolor et spasmus tamen ita vrgen vt vel vita in discrimen adduci possit. Homo quem MOL NELLIVS curauit, continuis moliminibus ad deglutiendu compulsus, deglutire tamen non potuit. Vir inclytu hyoideum os antrorsum compulsit, cum id digitis suis tu in os datis, tum extrinsecus admotis prehenderet, anterio versus duceret.

§. 1131.

Ceruicis et dorsi ac lumborum vertebrae diuidun tur in partem anteriorem ac pleniorem, quam corpu vocant, et in processus, quorum quaelibet vertebrae (si supremam et alteram ceruicis, de quibus dictum

(1120

(1120) eſt, excipias), ſeptem habet. Sunt enim quatuor obliqui, vel articulares, duo tranſuerſi, et vnus poſtremus, cui a ſpina nomen eſt. Articularium duo ſurſum, duo deorſum, ſpectant. Hae articulares apophyſes inter ſe committuntur ſtructura quadam, ita, vt altera alterius planities ſit. Si ſpinam a parte poſteriori contueamur, deorſum ſpectantes ſuperioris vertebrae proceſſus feruntur ſuper proceſſus articulares ex inferiori vertebra conſurgentes. Horum proceſſuum extrema planities cartilagine mollita in ceruicis vertebris oblique inclinata eſt. In vertebris dorſi autem et lumborum ea planities recta ſurſum et deorſum ſpectat, et anterior poſteriori aduerſa eſt. In vertebris lumborum hi articuli fere e latere poſiti, et ſurſum ſpectantes proceſſus ſinuati ſunt, qui accipiunt deorſum ſpectantes proceſſus ſuperioris vertebrae. Infimae vertebrae lumborum proceſſus inferiores inhaerent aliis ſinuatis, qui ex oſſe ſacro excreſcunt.

§. 1132.

Multis validiſque ligamentis vertebrae continentur. Durum et cartilaginoſum eſt elaſticum et flexile, quo vertebrarum corpora conſtringuntur. Conſtat ex pluribus in orbem ductis mollioribus et flexilibus cartilaginibus, quarum exteriores ampliori circuitu internas minores comprehendunt. Haec corpora etiam aliis pluribus breuioribus ligamentis continentur, quae ſe in ſpeciem literae X decuſſant, ab infima ac extantiori ora ſupremae vertebrae incipiunt, ſuper modo commemoratum ligamentum cartilaginoſum oblique feruntur, et orae ſupremae infra ſitae vertebrae illigantur. Haec ligamenta comprehenduntur illo, quo vertebrarum corpora contegi dixi (1120). Accedit illud, quod intus in vertebris peruiis cum ſpinae medulla deducitur (1120). Cum hoc cohaeret aliud,

aliud, quod per caua in posteriori spina inter ve- bras relicta processus spinosos eorumque bases in se connectit. Processus articulares ad similitudin aliarum, quae in articulis sunt, comprehendunt m ticulae (1090. 1120). Alia ligamenta sunt inter p cessus spinosos, alia inter processus transuersos, q musculis potissimum sedem praestare videntur. Si quaedam inter processuum spinosorum extrema, qu si homo ad necessaria opera curuatur, eum vltra p labi haud patiuntur.

Vid. WINSLOW *des Os frais* §. 314.

§. 1133.

Costae, et contra vertebrarum corpora, et con earum processus transuersos, sitae, prima sua pa rotundae et leniter quasi capitulatae sunt. Haec pitula duo minora plana habent, quae committunt cum aliis minoribus parum extantibus tuberculis, iam depressis, planis, vel leuiter sinuatis, et in carti ginem, quae in parte posteriori et extrema duaru super se positarum vertebrarum harumque corporu conspiciuntur. Est tamen discrimen. Nam prio et duarum vltimarum spuriarum costarum capitu non cum duabus vertebris, sed vna saltem eiusq corpore, committuntur. Et hi articuli suis ligame tis comprehenduntur. Prope costarum capitula etia minores glandulae, quae axungiam dant, reperiunt (1099).

§. 1134.

Costae vero tuberculis aliis, inhaerent transuers processibus paululum sinuatis vertebrarum inferiorun et validis ligamentis connectuntur. Duo vltima costae spuriae non cum illis processibus committu tur, sed, ab his disiunctae, solis ligamentis continer tur. Spina igitur ex pluribus ossibus composita es

e

t ita aptata, vt homo et rectus inſiſtere et ad neceſ-
aria opera poſſit curuari. In latus etiam aliquantum
nflecti poteſt, non vero motu ſupino curuari. Geſti-
culatores hanc corporis habilitatem conſequuntur
multa exercitatione, qua ligamenta, praecipue illa car-
ilaginoſa, in flexibilibus puerorum corporibus tan-
lem infirma reddunt atque laxant extenduntque.

§. 1135.

Raro vertebrae excidunt. Nam propter illa vali-
iſſima cartilaginoſa ligamenta, quibus mediis corpora
larum conſtricta ſunt (1132), inter ſe recedere haud
ueunt. Nec id poteſt fieri, niſi medulla, quae per
nediam ſpinam fertur, compreſſa, ruptaue. Hoc ſi
ıcidit, partes inferiores, ad quas nerui ex medulla edu-
ti pertinent, reſoluuntur, aluus et vrina ſupprimun-
ır, et tandem ſine voluntate prorumpunt, homo vero
ıtra paucos dies moritur.

§. 1136.

Interdum tamen, manentibus vertebrarum corpo-
bus, earum articulares proceſſus ſuis ſedibus ita exci-
ünt, vt proceſſus, qui ex inferiori vertebra conſur-
unt, poſteriora verſus moueantur, et ſuper proceſſus
eorſum ſpectantes ſuperioris vertebrae efferantur.
Hoc incidere ſolet in vertebris inferioribus dorſi et
umborum, ſi homo eo tempore, quo is magno flexu
ı pronum, vel in latus, datur, ictu vehementiori con-
utitur. Et quidem proceſſus illi in vtraque parte
xcidunt, ſi is pronus fuit, in vna, et ſemper contraria
arte, ſi is fuit in latus inclinatus. Plerumque non
na, ſed etiam altera, et plures vertebrae ſic elabuntur.

† Grauem caſum, vbi infima dorſalis vertebra a prima lumba-
ri dimota fuit, vide in SCHMVCKERI *Vermiſchten chirurgi-
ſchen Schriften.* Vol. I. p. 286. Hominem illum reſtitutum
eſſe mirum eſt. Dorſalis enim vertebra ab lumbari trium
digito-

digitorum latorum ſpatio dimota dicitur. Quanta tum dullae ſpinalis compreſſio!

§. 1137.

Huius rei indicium eſt, ſi homo, qui inclina iſtum accepit, erectus eſſe nequit, ſed, vel in anter ra, vel in latus, nititur. Prius incidit, ſi proceſſus ticulares vtrinque exciderunt, in latus vero inclinat eſt, ſi id in vno latere euenit. Cum his dolor eſt, c paululum leuatur, ſi homo in pronum datus cap quantum poteſt, attollit. Fere facilius articuli illi ponuntur, ſi vtraque parte exciderunt, quam ſi vna.

§. 1138.

Falſa veterum opinio fuit, vertebras ex toto int ſe diduci, et ex toto etiam reſtitui poſſe. Quare eti ſuperuacua ſunt omnia genera machinamentoru quae ad extendendam ſpinam vertebrasque compelle das repererunt. Hominem pronum ſuper ſcamnu collocauerunt, et altera habena pectus circumdec runt, altera lumbos. Vtramque habenam in diuer adduxerunt, quas, vt valentius ſpinam intendere po ſent, etiam ad valida bacula deligauerunt, quorum im partes oppoſitae morae obiecerunt. Alii etiam hab narum capita ad axes vtrinque in extremo ſcamno p ſitas deligauerunt, et hos torcularibus conuerterun Ligamentis, vti opinati ſunt, ſatis extenſis, ii iuſſeru miniſtrum ſuper ſpinam hominis conſiſtere et cal vertebram in exteriorem partem prolapſam intus in pellere. Alii, homini inſidentes, ſuis natibus, vel etia aſſere in tranſuerſum poſito et vtrinque compreſſi vertebras retro agere voluerunt. Verum enim ver id fruſtra eſt, cum ſic articulares proceſſus haud ſati inter ſe diduci et prius fere omnia ligamenta, ſi qui in hac ligamentorum ac muſculorum intentione per ſerauerit, rumpi, vertebrarum quoque ſpinoſi proceſ ſus frangi queant.

* Vid

* Vide Figuram in CHARTERII Edit. HIPPOCR. T. XII. p. 38. Tab. IV.

§. 1139.

Ergo, vbi processus articulares exciderunt, illi inter se commode diducuntur, si homo super rotundum aliquod dolium, subiecto prius puluino, pronus collocatur, et a ministris, tum eius pectus, tum nates, deprimuntur atque vrgentur. Vbi sic satis inter se recesserunt articuli, illi modico corporis flexu, dum homo iterum erigitur, restituuntur, si ex vna demum parte articulus distractus fuit, ita, vt homo, non tam pronus, quam in contrarium latus, inclinatus sit, is etiam in id latus, in quod is nititur, oblique dandus est. Restitutis in sedem suam articulis, medicamentis iisdem opus est, quae imbecillis ligamentis convenire, supra dixi (1115). Iniicitur fascia, quae vix non omnibus noxis, quae in pectore ac imo ventre sunt, communis est, quae dicitur mantile cum suspensorio (693. 700).

§. 1140.

In spina etiam interdum ligamenta valentius intenduntur, quamuis vertebrae et earum etiam articulares processus loco suo maneant. Hoc euenire potest pueris, si horum imbecilla corpuscula sub vario motu flexuque concutiuntur, et adultis, si illi graui opere funguntur, grande pondus sub vario corporis flexu tollunt, mouent, feruntque, vel inflexi totius corporis nixu in aliquid incumbunt. His dolor exoritur, qui a tergo ad praecordia tendit, et quia cum peritonaeo etiam transuersum septum afficitur, superuenire potest imbecillitas, nausea et crebrior vomitio. Vulgus existimat, aliquid in spina esse emotum, et id, quod elapsum esse putant, varia ratione, vt restituant, enituntur. Si homo adultus est, eum in pauimento, vel sedecula, suum vero genu contra eius tergum collocant,

infantibus, si eos sub partu per obstetricias manus rigi, quandoque replicari et manibus educi oport Etiam nutrices illud efficiunt, si pueros labantes et alto cadentes manibus violenter inuadunt appreh duntque, et artus, praecipue spinam, violenter add cunt atque intorquent. Pueri etiam in ludis, vari que corporis exercitationibus, luctatione inprimis, si humi prosternuntur, vel de alto praecipitantur, h aliisque, membrorum prauitatibus obnoxii redduntu

§. 1144.

Experientia vero in ipsis his curationibus docu longe frequentius pueros gibberosos fieri, si eoru corpus sub variis exercitationibus continenter multu que in aliquam partem flectitur. Id et iam acci teneris a foeminis alitis, quae iis non nisi vnam ma mam dare possunt. Nam his necessitas est, obliqu corpore, crebrius vni lateri incumbant. Etiam i fantibus id euenire solet, qui non alternis, sed v brachio gestantur et gerularum lateri valde multu que apprimuntur, quare, et spina flectitur, et om plata etiam proiicitur. Id quoque experiuntur pusi nes selleculis suis adfixi, qui corpus multum et semp in vnum latus inflectunt, in alterum vero, quod i paries est, flectere non possunt. Nec non pueri ludis literariis scriptitantes, si tabulas, vel alteri gen vel etiam elatiori mensae, imponunt. Puellae, qu pannum tendicula diductum acu pingunt, et obsti capite altero humero cum omoplata demisso, alter elato porrectoque, sedent. Baiuli et geruli, qui me ces ex ceruice pendentes venum exponunt et his onu per vias et compita errant, vt alios taceam. Nam e his et pluribus occasionibus, inualescente tandem ass dua consuetudine, spina, omoplatae humerique, im etiam quandoque coxae, a naturali sua sede et habit recedunt, atque illae membrorum prauitates nascuntu

Aetat

† Aetate prouectiore homines gibberofos fieri commemoratis cafibus oftendit PORTAL in *Monum. Acad. Sc. Parif.* A. 1772. *Parte* II.

§. 1145.

At enim non parum confert corporis habitus. De pueris rhachitide laborantibus iam fupra (1067. 1070) retuli. Etiam oftendi, mufculorum vitio offa inclinari poffe, id quod accidit, fi illi vna parte rigidi funt et adducti, altera refoluti (1070. 1124) *. HIPPOCRATES animaduertit, pueros ex afthmate et tuffi, nec non ex tuberculis iuxta pulmones ortis **, gibberofos fieri, id quod accidit, fi mala morbi cuiusdam materia per μετάςασιν, non tam in pulmones, quam in pleuram, et, quibus vertebrae inter fe continentur, ligamenta, fuit inclinata. Haec enim a coeunte mala materia, et, fi ex hac tubercula nafcuntur, multum adducuntur, ita, vt iis tenerior fpina inflectatur ***.

* Confer Obf. de GOVEY P. II. p. 165.

** Sect. VI. Aphor. 46. et de Articulis Sect. XXXVII. T. II. p. 794. cum quo confer GALENI Commentarium, SEVERINVM de Abfceffibus Lib. VI. meamque Diff. de Thoracibus, Lipfiae Anno MDCCXXXV. Poffideo fceletum pueri duorum circiter annorum, in cuius fpina κύφωσις eft. Ea vero vertebra, quae in pofteriora potiffimum proiecta fuit, intus carie exefa eft.

*** Commemorabilis eft hiftoria Celeberr. CHICOYNEAV de puella gibberofa, cuius fpina fere ad naturalem pofitum rediit poft fuperatam febrem et plures deiectiones purulentas. H. A. R. Sc. MDCCXXXI. p. 724. conf. Differt. de Thoracibus.

§. 1146.

Haec vitia non, nifi in pueris, nafcuntur, atque etiam in his folis, et inter initia curationem recipiunt. Primum vero oportet diligentius confiderare illas iam propofitas aliafque occafiones, ex quibus illa orta fuere, a quibus etiam medendi via trahenda eft. Si enim intus tubercula funt, vel, fi corporis habitus

corruptus eſt, raro illa emendantur. Summa in o nibus moderatio adhibenda eſt, cum nihil magis p niciofum ſit, quam feſtinatio, et, ſi, qui curaturi ſu adhibita maiori vi, rigidis, imo ferreis etiam, lori oſſa, quae extant, vt retro cogant, valentius et cc tinuo premunt. Si enim his auſteris curationib pueri excarnificantur, viſcera abdominis et ligamer premuntur, quare alii mali, imo interdum fune morbi naſcuntur. Et quia, tum omne corpus, tu ligamenta, magis infirmantur, ſaepe membroru prauitates propter hanc malam curationem incr breſcunt *..

* Haec medendi ratio tanto magis peſtifera eſt, ſi tales eti totum pectus et abdomen quotidie multo oleo pinguiq materia perungunt, qua re omnis humor per cutim exi ſolitus coercetur. Vidi adoleſcentulum, cui, cum ſic p plures menſes curatus eſſet, tandem digitorum oſſa i tumuerunt.

§. 1147.

Igitur pueri et adoleſcentuli, quibus ſpina aliq parte eminet, amiciendi ſunt thoracibus, non nim duris et rigidis, nec ferreis, ſed, qui ex balaenar virgis ſibi aſſutis ſtruuntur et corpori recte accomm dantur. Illi ita aptari debent, vt altius aſcendant pectus, omoplatas, et ſummos etiam humeros, con prehendant. Etiam thoracibus recte et maiori dil gentia aptari debent analectides, ex corio, vel ex il materia, quae ex lanis piliſque coactis parari ſole quibus paulo durioribus extantiora oſſicula paululu premuntur. In tenellis corporibus magis commod eſt faſcia, qua totum pectus continetur *. Intere dum corpus ſic ſemper amictum, vel faſcia inuolutu naturaliter increſcit, illae membrorum prauitates pe nitus tolluntur, vel multum emendantur.

* Dicitur haec Cataphracta, vel aliis, Quadriga. Faſcia i duo capita glomerata media iniicitur ſub ala. Capita faſcia caput humeri illius lateris comprehendunt et per pectu atqu

atque ſcapulas ad alteram alam tendunt, ſuper hanc quoque feruntur, quam comprehendunt et per pectus atque ſcapulas reuertunt. Si id neceſſarium videtur, adhuc aliquoties ad eandem rationem faſcia per aſciam ſurſum ſerpendo cicumagi poteſt. Vbi vero tandem iterum capita ſub alam, cui prius iniecta fuerat, venerunt, ea circa totum corpus deorſum verſus, quaſi in cochleam, ſerpendo feruntur, ita, vt pectus atque abdomen inuoluant, in quo vltimo tandem capita finiuntur et acu ſiſtuntur. Huic faſciae etiam ſubiici oſſibuſque prominentibus ſuperdari debent panni, vel analectides, quibus oſſa pedetentim retro coguntur.

§. 1148.

Parum tamen haec omnia proficere ſolent, niſi etiam harum valetudinum cauſa finiatur. Morbis, qui in toto corpore conſiſtunt, veluti rhachitidi, et aliis, ex quibus illa membrorum ligamentorumque imbecillitas enata fuit, idoneis medicamentis, ſalubri victu, et moderata ac ipſi morbo accommodata exercitatione, medendum eſt. Praecipue vero opus eſt diligenti atque aſſidua obſeruatione, vt, vel ab adoleſcentulis, quibus hoc imperari poteſt, vel etiam vi adhibita, corpus membraque in contrariam partem, et contra malam conſuetudinem, inclinentur. Quia etiam prae omnibus ſcapulae conſiderandae ſunt (1142) pueri, inter ambulandum illa manu, qua humerus depreſſior eſt, inniti debent altiori baculo, altera vero, qua humerus elatior extat, ferre pondera. Si ſcapulae nimis a coſtis receſſerunt, illae iniecta faſcia, qua vtrinque humeri capita comprehenduntur, commode retro aguntur. Scapula quoque cum humero deprimitur, ſi pondera ex eo ſuſpenſa geſtantur. Quae medicamenta muſculis ac ligamentis, tum rigidis, tum reſolutis et imbecillis, admoueri debeant, alibi expoſui (1072. 1115).

† Multa ſalutaria ad deformitates leuiores et incipientes corrigendas propoſuit ANDRY in libro, quem inſcripſit: *Orthopedie.* Artificioſum thoracem deſcripſit LE VACHER in

in Vol. IV. *Monument. Acad. Chir.* Cuius vſus mul opem attuliſſe dicitur. Paulo magis compoſitum eſt mach namentum, quam quod commode a nobis iam deſcri poſſit. Ipſius autem effectus in eo cernitur, quod ſpin totius extenſionem efficit, h. e. id effectum dat, quod vitia ſpinae minuenda et tollenda maxime neceſſarium e Id ipſum alii eo conſequi ſe poſſe ſperant, quando pu curandus commoda faſcia capiti applicata per breue ter pus ſuſpenditur, ſed quotidie iterum iterumque ac ſaepiu Niſi puer valde imbecillus eſt, prodeſſe quoque ea ſuſpenſi corporis poteſt, quae fit, ſi is manibus ſuis aliquid appre hendit altius poſitum, ſic vt pedes pauimentum contingere nequeant. Praeterea puer decumbat in lectulo anguſtio non molliter ſed ſic ſtrato, vt corporis poſitus horizont parallelus fere ſit, minimeque id flectatur. A compreſſio ne, quam in locis eminentioribus faciunt thoraces, no modo nihil boni exſpectari poteſt, verum mali non parum Et enim niſi thoraces ſatis arcte conſtringantur, non ſedent ſed vacillant, ſuntque homunculis illis impedimento in variis corporis motionibus. Conſtricti vero, quod ſatis ſit thoraces comprimunt muſculos eorumque actiones cohi bent, quo fit, vt robore augeri non poſſint. At vero muſculorum robore erectio trunci efficitur potiſſimum. Arctiores thoraces praeterea os ſterni et coſtas premunt atque harum praecipue figuram mutant, et pectoris caui tatem anguſtiorem reddunt. Perit etiam muſculorum ab dominalium mobilitas ipſorumque interaneorum. Multis igitur modis actiones naturales vitaleſque impediuntur. Neque a ferrea cruce exſpectari auxilium poſſe opinor.

§. 1149.

Coſtae longe frequentius franguntur, quam e ſede ſua mouentur. Non poſſunt in exteriorem partem excidere, cum oppoſiti proceſſus tranſuerſi vertebrarum ſummam illarum partem contineant. Nec facile ſurſum, vel deorſum verſus, promoueri poſſunt. Igitur, ſi mouentur, in interiorem partem propelluntur, quam rem, cum pleura prematur, grauis inflammatio et ſpirandi difficultas ſequitur.

§. 1150.

Si in ſuperiorem, vel inferiorem, partem coſtae exciderunt, imperandum eſt homini, vt illud brachium, quod

quod ſuper eas coſtas eſt, quantum poteſt, attollat, et interea coſtae in ſedes ſuas chirurgi digitis compelluntur. Vbi autem coſtae in interiorem partem elapſae fuerunt, caſus aſperior eſt. Homo ea ratione, qua ſupra de emotis proceſſibus tranſuerſis vertebrarum propoſui, ſuper rotundum dolium in latus contrarium collocatur inclinaturque, vt coſtae reuertant. Plurimum iuuat, ſi manu aliquantum comprimitur ſternum. Quod ſi vero hac ratione coſtae reduci non poſſunt, neceſſe eſt, vt ſuper ſummam coſtarum emotarum et huius ſupremam oram plaga fiat, et vt demiſſo in hanc digito coſtae in ſuam ſedem reſtituantur. † Quae vero ad ſanguinis miſſionem et abſtinentiam attinent, ſeruanda ſunt eadem, quae ſeruari oportet, ſi magnae inflammationis periculum eſt. Allii inciſa cute terebram in elapſam coſtam agunt. Hoc vero genus curationis variis aſperioribus caſibus patere, facile intelligitur.

† In *Vol.* IV. *Monument. Acad. Chir.* exſtat diſſertatio de luxatione coſtarum Auct. BVTTET, in qua et PLATNERI et aliorum priorum opiniones de hac re ad examen reuocantur. Luxationes ſurſum deorſumue fieri poſſe A. negat. Ad interiora coſtas mobiliores ſede ſua dimoueri poſſe ait quidem, ſed tamen ita dimoueri negat, vt inciſio carnium et coſtae retractio digitis ferramentiſque faciundam neceſſaria fiat. Caſum quendam refert, vbi coſta ſexta introrſum dimota videretur: Nihil aliud ſanandi cauſſa molitus eſt, quam idoneam deligandi rationem. Splenia duo, admodum craſſa adhibuit, alterum quidem anteriori coſtae extremitate, alterum in regione apophyſium traſuerſorum vertebrarum lateris ſani, atque haec firmauit faſcia, quae quadriga vocatur. Verum lege Auctorem ipſum, pag. 590.

§. 1151.

Os coccygis cartilago, qua media id cum oſſe ſacro committitur, et valida ligamenta continent. Praeter ea ligamenta, quibus id cum oſſe ſacro connectitur, id deligatur alio, quod ſacro iſchiadicum

minus

minus appellant anatomici *. Etiam inteſtino re eiuſque ſphincteri aliiſque muſculis inhaereſcit.

* Vid. WINSLOW *des os frais*. §. III.

§. 1152.

Id e ſede ſua promouetur, ſi valenter premitur rupta media cartilagine a ſacro diducitur. In priore partem illud propellitur, ſi homo, ſupino motu hu proſtratus, hanc partem rei alicui durae atque exta tiori impingit. In poſteriorem vero partem illud pl rumque ab exeunte partu, vel manu obſtetricis, pr mouetur. Eius rei notae ſunt dolor, qui intenditu ſi aeger graditur, vrinam aluumque reddit. Supe venire ſolet inflammatio, et pus etiam concitatu quod quandoque inteſtinum rectum perrumpit. E his abſceſſibus mala vlcera fiſtulaeque, quae interdu hominem tollere poſſunt, naſcuntur.

* Vid. PETIT l. c. T. I. p. 132.

§. 1153.

Os, ſi in poſteriorem partem excidit, impoſit manu facile in ſedem ſuam compellitur, et reconditur Quo vero in ea contineatur, contra illud imponend ſunt plures ac denſiores gradatique panni, et hi ill faſcia adſtringendi, quae in fiſtulae curatione (696) neceſſaria eſt. Si vero in anteriorem partem procidit illud digito, qui oleo perunctus ſit (1006), in anum demiſſo retro cogitur. Tum neceſſe eſt, vt homo ſuper ſellam ſedeat, in medio exciſam, et quieſcat. Metus enim eſt, ne id, quod per quietem cum ſacro coire debet, motu iterum in anteriora promoueatur.

§. 1154.

Iuguli ſuperior pars committitur cum maiori ſcapulae proceſſu, qui acromium vocatur, et qui ea parte parum deſidentem ſinum habet. Inter cartilagines, qui-

quibus vtrumque os mollitum eſt, reperiri interdum ſolet alia minima media. Inferius caput iuguli plenius eſt, et fere triangulum, quo id in exiguo ſinu oſſis pectoralis inſidet. Semper in hoc articulo cartilago eſt, ab aliis, quibus oſſa finiuntur, diſtincta, notabilis et conſpicua. Vterque articulus arthrodiae genus eſt. Iugulum, et cum acromio, et cum ſterno, connectitur validioribus ligamentis. A parte poſteriori ſterni, inter vtriuſque iuguli extremum, medium eſt ligamentum. Etiam iugulum proceſſui coracoidi omoplatae inſidet, et valido ligamento deligatur. Nec his oſſibus ea parte, qua ſuper ſe mouentur, cartilagines deſunt. Super conſiſtens iugulum latum ſcapularum os et ipſe humerus mouentur. Id enim prohibet, quo minus haec oſſa anteriora et pectus verſum promoueantur.

§. 1155.

Crebrius iugulum frangitur, raro ex ſede ſua mouetur. Hoc ſi quandoque incidit, id multo frequentius a ſterno recedit, rariſſime ab acromio. Id vero duobus modis fieri poteſt. Nam frequentiſſimum eſt, iugulum in priorem partem promoueri et ſuper ſternum efferri, ſi ſcapula vehementiori ictu, vel caſu, anteriora verſum propellitur. Interdum tamen iuguli inferius caput in poſteriorem partem inclinatum eſt, et ſub pectoris oſſe conditum. Hoc euenire ſolet, ſi, dum omoplata iam in priorem partem promota eſt, iugulum valentius feritur et deprimitur. A iugulo vero, ſi id in poſteriorem partem conuerſum et ſub ſterno conditum eſt, premitur, et ſtomachus, et aſpera arteria.

§. 1156.

Poteſt tamen etiam alter iuguli articulus excidere. Si enim os ictum excipit, eius vero infimum caput propterea, quia ſcapula demiſſa eſt, non poteſt e loco

ſuo

ſuo propelli, iugulum nonnunquam ſuper acromi[...] fertur. Sub acromio vero conditur, ſi id ea parte, [...] cum hoc committitur, valentius ictu aliquo dep[...]mitur.

§. 1157.

Sine negotio reponi ſolet, difficilius vero repo[...]tum in ſede ſua contineri. Collocatur homo in [...]decula, miniſter contra eius tergum collocat genu, [...] apprehenſum vtrinque ſupremum humerum manib[...] retro dat. Hac enim ratione articuli inter ſe did[...]cuntur. Interea chirurgus, qui homini aduerſus ſt[...] os in ſedem ſuam reſtituit, et illud, vel deprimit, v[...] adducit.

§. 1158.

In iugulo vero ad rem potiſſimum pertinet, ill[...] rite deligari atque contineri. Diſſimilis enim caſ[...] etiam diſſimilia quaedam requirit. Vbi iugulum a p[...]ctoris oſſe diductum ſuper hoc effertur, poſtquam r[...]poſitum eſt, illi eius inferiori capiti multi denſiq[...] panni, et quidem duo, ſe ad ſimilitudinem literae [...] decuſſantes, et alius latus, opponi debent. Humeru[...] vero non nimis valenter in priorem partem attraher[...]dus eſt. Hoc vel alia habena fit, qua humeri capit[...] anteriora verſus aguntur, vel illa faſcia, qua etiam o[...] emotum, deligatur. Haec, ſi dextrum iugulum luxa[...]tum fuit, recte collocato prius humero et brachio, ſu[...] ala ſiniſtra obuolui, per ſcapulas ad humeri caput aſcen[...]dere, hoc comprehendere, et ſuper emoti iuguli ca[...]put per pectus iterum ſub alam ſiniſtram reuertere, et ter ad eandem rationem per orbem, aliquoties coch[...]leae vel aſciae in modum aſcendendo, circumire debet, ita, vt ſpicam deſcribat. Finitur vero faſcia per orbes acta in pectore. Nec minus etiam idoneum eſt aliud faſciae genus, quod capitalem reflexam vocant, *la Capeline.* Haec faſcia in duo capita voluta, quorum id, quod

quod chirurgi dextra apprehenditur, altero minus eſt, ſi dextrum iugulum emotum fuit, ſub ala ſiniſtra incipit, fertur per pectus atque ſcapulas ſuper humerum dextrum, quem amplectitur. Vbi ſic iterum ad ſummum humerum venit, maius faſciae caput iterum ſub alam ſiniſtram fertur, interea vero minus caput ſuper emotum clauiculae caput conſiſtit et a priori, quod per pectus agitur, ſiſtitur. Hoc ſi factum eſt, minus caput retro datur et per ſummum humerum ad eiusdem lateris ſcapulam fertur, atque iterum ab hac per ſummum humerum ad iuguli caput. Interea vero, dum ſic haec faſcia reflectitur, ab alio miniſtro longius caput ſuper ſcapulas pectuſque ad ſummum humerum agitur, quod, dum ſic circumit, minoris capitis plicas comprehendit atque contegit. Longius caput prius per per orbes fertur, et toties etiam alterum minus caput ita retro datur, vt ſemper a priori penitus contegatur. Poſt vero vtrumque caput, quaſi per cochleam, deſcendit. Faſciae longius caput tandem vtrumque humerum comprehendit, anteriora verſus agit, ac in pectore finitur. Si haec faſcia iniicienda eſt, ea duos requirit, quorum alter maius, alter minus, caput mouet ac dirigit. Quaecunque faſcia adhibita fuerit, ea maxime cura adhibenda eſt, vt totum brachium, antequam deligatur, ſic inclinatum ſit atque figuratum, ne poſtea illud vinctum aut ſuſpenſum aliter, atque cum deligabatur, inclinari oporteat.

§. 1159.

Quod ſi autem iugulum a ſterno ita receſſit, vt illud ſub hoc conditum ſit, prior faſcia (1158) ſub ala ſiniſtra orſa, non per ſcapulas, ſed per pectus, ad humeri caput ferri, et ita circumagi debet, vt vtriuſque humeri capita, quae comprehendit, retro dentur, et vt illa, deſcendendo, quaſi in cochleam, ſerpat. Prius etiam

etiam summo iuguli capiti, quo id cum acromio co. mittitur, densiores panni obiiciendi sunt.

§. 1160.

Si quando vero iuguli supremum caput super acr mium prorupit, impositis illi loco densioribus pann humeros in priorem partem dari, et sic contineri, sciam autem deorsum ferri, oportet. Si vero iugulu ita sua sede motum est, vt id in sinum, qui sub acrom est, delapsum sit, eius capiti inferiori, quod a pecto osse est, obiiciendi sunt illi densiores panni. Vtriusq autem humeri caput retro agi oportet, ita, vt fasc sursum feratur.

§. 1161.

Etiam humeri vtriusque caput retro dandum fascia continendum est in omnibus casibus, in quib iugulum, vel a sterno, vel ab acromio, diductum sup haec ossa effertur, illudque, quamuis densioribus pa nis obiectis, satis contineri nequit. Adduci possu humeri, tum in priorem, tum posteriorem, partem, v ea fascia, qua et iugulum continetur, vel alia, cui a stel nomen est, quae sub ala obuoluta, vel per pectus, v per scapulas, ad dextri lateris summum humerum a scendit, hunc complectitur, et ad eandem rationen iterum ad sinistri lateris humerum tendit et hunc etiai comprehendit. Haec fascia plerumque bis, vel te ita circumagitur, donec bene teneat. Illud vero ant omnia obseruari oportet, recte collocandum esse hu merum, ita, vt is satis attollatur, et vt, pro dissimil casu, dissimili ratione eius caput, vel in priorem, ve posteriorem, partem adducatur, id quod fit, si inferiu eius caput, quod sedem brachio praestat, in contra riam partem inclinatur. Etiam necesse est, humerun immobilem praestari, quare is sic, vt decet, inclinatu fasciaque circumdatus ad latus deligari, et canaliculo

qu:

ui ex ceruice suspenditur, vel habena, ex ipsius fasciae etro datae capite facta, vel etiam mitella, excipi debet.)eligari in omnibus casibus brachium debet, vt pollex d pectus inclinatus sit, siquidem is brachii naturalis abitus est. Ne aeger membrum, dum aliquid pre- endere vult, nocenter moueat, is rotundum aliquid anu continere potest. Ob id quietem valde necessa- am esse, intelligitur. Si homo gracilis est, antequam anni fasciaque iniiciuntur, sinus profundiores, qui ipra infraque iugulum sunt, commode linamentis, bo oui madidis, implentur.

§. 1162.

Humeri summo capiti rotundiori et tumido sedem aestat parum desidens sinus, vel γλήνη, quae in sca- ılarum osse est. Continetur non alio ligamento, iam, quod articulum, manticulae in modum, com- ehendit, quod vero validioris generis est. Per illud ;amentum, et per oblongum in osse sinum ac neruo- n vaginam, fertur alter tendo musculi bicipitis, vel racoradiaei, qui in suprema ora illius γλήνης finitur, ia humeri rotundum caput excipitur. Articulum entur, tum ille superior, tum alter, omoplatae pro- ssus, quorum prior acromium, posterior coracoides catur, et validum ligamentum, quod inter hos duos ocessus medium est. Haud ignorari oportet, sub ı, praeter maiores arterias, venas, neruosque, qui brachium feruntur, esse etiam glandulas; quae rtes omnes variis offensis obnoxiae sunt *. Ar- rodia est lubrica et in omnem partem mobilissima.

* Igitur, ne saepius dicendum sit, vbi fascia quaedam sub ala fertur, oportet semper prius molliores pannos imponere, ne hae partes offendantur.

§. 1163.

Humerum in superiorem partem emoueri, prohi- nt illi duo processus, et, quod inter eos medium est,

ligamentum (1162). Nec, si is deorsum vers emotus est, rotundum caput diu super angustam s pulae oram consistere potest. Si excidit in part posteriorem, eius caput sub spinam omoplatae ve Frequentissimum vero est, humerum in alam et in p tem priorem promoueri. Raro incidit, vt is su coracoidem processum feratur, et inter hunc atc iugulum sub pectorali musculo consistat.

§. 1164.

Non aliae, quam communes, causae sunt, q efficiunt, vt humerus excidat, id vero, quia articu caeteris omnibus mobilior est, frequentius euen solet. In variam autem partem os expellitur, p varia et contraria vi, quae adhibita fuit. Quaed tamen propria signa sunt. Si humerus delapsus et eius caput super oram scapulae consistit, brachi longius videtur, et porrigitur. Magni dolores su qui intenduntur, si brachium deprimitur, parum vantur, si id attollitur. Humerum diu hoc loco co sistere posse, supra (1163) negaui. Si humeri ca in posteriorem partem motum fuit, cubitus in pec inclinatus est, et dolor increbrescit, si is a pectore ducitur. Si vero caput in alam delapsum est, pro net acromium, sub quo etiam sinus est. Si caput musculo pectorali est, in posteriorem partem incli tur cubitus, qui, si extenditur, magnos dolo mouet, et membrum altero breuius est. Si vero put humeri in partem priorem propulsum inter iug lum ac processum coracoidem haeret, cubitus pos riora versus spectat, et membrum altero breuius et quoniam tumor esse solet ea parte, in quam prorupit (1105), coracoides processus ab hume haud facile discerni potest.

§. 116

§. 1165.

Plerumque non difficillimum eſt, humerum, ſi is xcidit, iterum in ſedem ſuam compelli, id tamen xpeditius fieri ſolet, ſi humerus in alam delapſus eſt, ec non, ſi is ſuper ſcapulae oram conſiſtit, difficilius, is in partem priorem incidit et ſub muſculo pecto- li haeret.

§. 1166.

Igitur, ſi corpus puerile eſt ac molle, ligamentis- ue imbecillibus intentum, ſatis eſt, humerum mani- ıs adduci. Homo in ſedili collocatur, et chirurgus duobus miniſtris alteri imperat, vt ſuis lacertis, et ctus, et collum hominis, comprehendat, et caput ti ſcapularum oſſis leniter reducat, alteri vero, vt ium humerum apprehendat et extendat. Ipſe autem irurgus ad latus eſt, et, vbi deprehendit, ſatis in- ntum eſſe humerum, ita, vt ſpatium inter oſſa libe- m ſit, is humerum manu alleuat, dirigit, et in ſedem am compellit. Fere melius res ſuccedit, ſi chirur- ıs ipſe humerum extendit, et eum habena, quae, et am ceruicem et emotum humerum, comprehendit, tollit, manibus vero dirigit.

§. 1167.

At, ſi vaſtius corpus et ligamenta robuſtiora ſunt, ceſſariae ſunt habenae, aut faſciae, valentiores. uabus faſciis, quae duabus tranſuerſis lineis ſuper ctus et ſcapulas ad ſimilitudinem literae X feruntur, rcumdatur et hominis ceruix et eius ſub ala pectus, que ea ratione ſcapulae caput comprehenditur. arum faſciarum capita miniſtro poſt caput hominis duntur, vel etiam ad vncum parieti exaduerſum in- um deligantur. Alia habena ab alio miniſtro iniici- r imo humero. Omnibus ſic diſpoſitis, chirurgus, ii ad latus eſt, praecipit, vt duo miniſtri in diuerſa

contendant, vel, ſi illae habenae, quae ceruicem pectus comprehendunt, ad vncum deligatae ſunt; habena, qua imus humerus circumdatus eſt, addu tur et membrum extendatur. Chirurgus, qui ad la eſt, ea ratione, quam propoſui (1166), humerum tollit, et in ſedem ſuam compellit.

§. 1168.

Haec humerum reponendi ratio vſu maxime co probata eſt. Sed ſunt multae aliae ab autoribus p poſitae. Sunt, qui hominem ſupinum colloc ſuper pauimentum, et alae, qua humerus emotus ſubiiciunt lanam, pannos denſiores, vel aliud q mollius. Is, qui curaturus eſt, homini obuerſus latus, in quo membrum excidit, humi aſſidet, et ma ſua hominis brachium apprehendit, atque hoc, d calce pedis ſub ala humerum elapſum cogit, inten Sed hac ratione membrum non ſatis et ita exte poteſt, vt ſpatium inter oſſa liberum ſit, nec hum et ſcapulae articulus diducitur, ſed cubiti. Magis iam adducuntur muſculi extenſores, quam flexores.

§. 1169.

Alii homini praecipiunt, vt in ſedeculam conſc dat, alae etiam lanam, vel pannos plures denſos m leſque ſubiiciunt, brachium vero ſuper oſtium, ſuper ſcalae gradum, traiiciunt, quod miniſter app hendit, et quantum poteſt, adducit. Interea alius deculam hominis pedibus ſubducit, ita, vt is conſiſt non poſſit. Dum vero intento brachio corpus in teram partem demittitur, caput humeri ab oſt lignoue, in ſuam ſedem compellitur. Chirurgus e tiori loco ad latus ſtat et os manibus ſuis, ſi neceſſe dirigit. Non multum ab hac ratione differt alia, q emotum humerum ſuper longurium, ſeu pertica traiiciunt, quem miniſter, dum duo viri longuriu

att

attollunt, adducit. Etiam nonnulli humerum ſuper alam hominis robuſti ac proceri in genua procumbentis traiiciunt, qui hunc manu prehendit, et dum ſe erigit, ea ratione membrum intendit, et humerum cogit. Magnum vero periculum eſt, ne oſtio, vel ſcalae, aut longurii, ligno, ſub ala glandulae, arteriae, venae atque nerui laedantur, et inflammatio moueatur. Nec his rationibus membrum, vt decet, ſed, vel nimium, vel nimis parum, intenditur, nec humerus recte dirigitur, praecipue, ſi is in poſteriorem, vel priorem, partem, et non deorſum in alam, excidit.

§. 1170.

Alii hominem in ſedecula demiſſiori collocant, cuius brachium inter ſua femina traiiciunt, et vt miniſter hoc intendat, et alius ſcapulam reducat, praecipiunt, interea vero brachium manibus ſuis, ſibi etiam ſuper ceruicem iniecta habena (1166), dirigunt ac compellunt. Sed non, niſi in valde infirmis corporibus, ita reponi poterit humerus, cum articulus non ſatis poſſit diduci.

§. 1171.

Nec deſunt, qui hanc curandi viam ingreſſi ſunt. Homo in ſedecula demiſſiori collocatur, et, qui curaturus eſt, ei aduerſus ad latus in alia ſedecula aſſidet, atque ſuper ſuum genu poſito ſuo brachio nixus, manu, quae hominis alae ſubiicitur, humeri luxati caput attollit, ſiniſtra vero imum humerum deprimit. Raro tamen ſic rem bene cedere, ex prioribus intelligitur.

§. 1172.

HIPPOCRATES ad reponendum humerum machinamentum reperit, quod ἄμβην *, CELSVS vero ** ſpatham ligneam, vocat. Hoc machinamentum quan-

 doque

doque idoneum esse potest, quo tamen etiam hume non satis extendi et abduci videtur ***.

* De Articulis Sect. IV. T. II. Edit. Lind. p. 760. C GALENI Comment. in Edit. Chart. T. XII. Text. X pag. 300.

** L. VIII. C. XV.

*** PETITVS hoc machinamentum propter hanc ratio reiicit l. c. T. I. p. 186. sed illud defendit NICOL. ANDRY in Quaest. med. chir. *An in humeri luxatione A potius, quam scala, ianua, polyspastusque iterato renoua.* Parisiis MDCCXXXII. proposita. Conf. Scriptum NAVLTI contra PETITVM p. 290.

§. 1173.

Etiam polyspasto vtuntur, quo articulus satis duci potest. Vbi vero humerus satis recessit, is ma chirurgi, adhibita etiam, si is deorsum versus in al delapsus est, habena (1166), dirigitur, attollitur, in sedem suam compellitur.

† Polyspastus est efficax potentiae mechanicae genus, satis plerumque diduci caput humeri a scapula potest, d modo aliquid sit, contra quod niti possit truncus, ne quatur. Id autem quam proxime fieri potest, articulo plicatum sit, et nihilominus scapula cum iugulo ab mini seorsim retineatur, ne cedat.

§. 1174.

Ex ambe vero, siue spatha, et ex polyspasto, co posita a variis varia machinamenta fuere, his lon aptiora. Illud, quod PETITVS * inuenit, et oper factum, et mole ac pondere molestum est. Eti eius retinaculum, vel habena, quae ex molli aluta co suitur, ac super humerum inducitur, retro coge videtur tendines musculorum, pectoralis, et latissi dorsi **.

* Vid. Fig. in C. A. R. Sc. MDCCXVI. p. 334. et *des Ma dies des Os* T. I. p. 198.

** Hoc mox (1172) citati Autores, qui contra PETIT scripserunt, potissimum vrgent.

§. 1175.

Fere frustra esse opinor, tot generibus machinamentorum ad extendendum humerum vti, qui laqueis ac habenis in diuersas partes adductis satis intendi, atque etiam, modo omnia obseruentur, reponi potest. Vbi autem machinamenta necessaria videntur, fere reliquis praeferri debet illud, quod nostratibus in vsu est. Ferreus, vel ex alio metallo factus, bacillus habet in parte suprema scutulum, quod alae subiectum contra hominis latus nititur. Cauendum est, ne hoc carnes, praecipue in foeminis mammas, nocenter comprimat. Membrum bacillo imponitur eique alligatur, habena autem, quae imo humero iniicitur, ad axin torculari motam, vel ad trochleam, orbiculumue, deligatur, quibus circumactis, membrum sine negotio intenditur. Necesse vero est, vt inter illud scutulum ac inter bacillum articulus sit in omnem partem mobilis. Nam membrum, bacillo ferreo impositum, si illud satis diductum fuit, hoc articulo, dum extremum machinamenti semper in contrariam partem inclinatur, in sedem suam restituitur.

* Nostri chirurgi hoc Glossocomium vocant. Veteribus γλωσσόκομον fuit organum tractorium. Vide ORIBASIVM de Machinamentis Cap. XXIV. Aliis vero fuit capsula, in quam tibia fracta, fuit, vt videtur, ita reposita, vt oblique fractum os habenis in diuersa diductum fuerit. Vide GALENVM in HIPPOCRATEM de Fracturis Comment. II. in Textu LXV. T. XII. pag. 218. Hoc, quod ego descripsi, machinamentum iam olim adhibuerat PVRMANNVS in Chirurgia curiosa p. 692. Id vero magis perfectum vide in fig. XVIII. Si de machinamento iudicium ferendum est, obseruari debent, quae supra generatim de reponendis ossibus praecepi (1110 ad 1113).

§. 1176.

Reposito humero, panni molles alae subiiciendi sunt (1162). Tum alius longiorque pannus sub ala ita iniicitur, vt summum humerum amplectatur, et

vnum eius caput super alterum efferatur. Iniici fascia, quae sub altera ala incipit, per pectus ad hum caput tendit, illudque amplectitur, per scapulas priorem alam fertur, reuertit, et si ter, vel quater, orbes circumagitur. Tum sursum tendere del cochleae vel asciae in modum, ita, vt spicam in sum humero describat. Antequam vero fascia caput l meri vltima vice comprehendit, ea prius bis ipsi humerum sub illa spica circuire debet, quae tand ad alam, a qua orsa fuerat, reuertit, et in pect finitur. Humerus etiam recte collocari, mitella cipi, atque sic ex ceruice suspendi debet.

§. 1177.

In cubito tria ossa coeunt, humeri, radii et ips cubiti. Humerus inferior duos habet processus, orbiculatos et cartilagine mollitos condylos, inter h vero parte posteriori profundiorem sinum. Inter d brachii ossa radius superior est, cubito breuior; is pite rotundo et leuiter cauo recipit orbiculatum h meri condylum externum. Cubitus inferior longi que in summo capite habet duos processus, seu exta tiores vertices, inter quos quasi lunatus atque excis est. Alter vertex ex summo cubito, vel olecran consurgit, atque, vbi brachium extenditur, illo hum ri posteriori sinu recipitur. Alter atque anterior pr cessus, siue vertex, qui coronoides dicitur, contra i teriorem humeri condylum situs, super hunc, cardir modo, mouetur. Olecrani vertice prohibetur, brachium, si id extenditur, retro dari possit; alter vero, coronoide, ne illud nimium possit adduci inflecti.

§. 1178.

Cubitus etiam annexus radio est. Radii rotundu caput excipitur parum desidente sinu, quem cubit habet in parte sua extrema radio obuersa. Haec os

e

etiam ſuper ſe mouentur, ſi manus conuertitur, vt illa, vel prona, vel ſupina, ſit. Tria oſſa validis ligamentis continentur. Totum articulum cum vtroque proceſſu cubiti et capite radii (1177) comprehendit manticula (1096). Super hanc feruntur alia ligamenta, quorum alterum ex condylo humeri externo educitur et ſuper radium finitur, alterum, a condylo humeri interno orſum, ad cubitum procedit, et in hoc deſinit. Praeterea caput radii conſtrictum eſt validiſſimo et cartilaginoſo ligamento, quo illud totum fere comprehenditur et cum vlna eiuſque paruulo ſinu coniunctum eſt. Inter haec duo oſſa, quae iuxta humerum iuncta in medio paulatim dirimuntur, rurſusque ad manum coeunt, etiam medium ligamentum validum eſt, quo illa, ne diduci poſſit, continentur. Eſt in hoc articulo ginglymi genus, quod angulare vocant. Articulum tuetur, et, vt membro maiora pondera leuari poſſint, efficit ſupremus cubiti proceſſus, ſeu olecranum.

§. 1179.

Cubitus in tres partes excidere poteſt, in partem interiorem, exteriorem, ac poſteriorem. Nam, quo minus in partem priorem propellatur, prohibet olecranum. Hoc tamen frangi poſſet, et humerus etiam, eo fracto, in priorem partem emoueri. Si cubitus in partem poſteriorem excidit, cubiti proceſſus coronoides haeret in poſteriori humeri ſinu, in quem naturaliter olecrani vertex inſinuatur. Brachium curuum eſt et porrigi nequit. Si vero in interiorem partem brachium excidit, radius contra internum humeri condylum ſitus eſt, brachium paululum in eam partem, a qua os receſſit, recuruatum et pollicem verſus inclinatum eſt. Si vero brachium in exteriorem partem prolapſum eſt, cubiti lunatus profundiorque ſinus excipit humeri condylum externum, brachium

 etiam

etiam in contrariam paululum recuruatur, multumque flectitur. Frequentius euenire solet, vt brachium in posteriorem partem moueatur, id quod fieri non potest, si brachium porrectum, sed vbi id flexum est. Crebrius illud incidit, si homo, qui pronus humi prosternitur, brachium incuruatum, vt se eo sustineat, aliquantum porrigit et in illud procidit.

§. 1180.

Quoniam hic articulus valentioribus ligamentis intentus est, is non sine periculo, dolore atque inflammatione excidere potest. Etiam aliud periculum est, ne, quae per cubitum feruntur, arteriae, venae neruique offendantur, et ne articulus, etiam recte repositus, ex coacta axungia rigidus maneat. In quamcunque partem prolapsum sit brachium, reponendi ratio vna est. Vtrumque membrum a duobus robustis hominibus per manus, interdum etiam adiectis habenis, in diuersas partes ita extenditur, vt brachium, quod iuxta manum, apprehenditur, antequam adducitur, prius modice flectatur. Vbi membrum satis intentum est, quae exciderunt, ab ea parte, in quam prolapsa sunt, in contrariam impelluntur.

§. 1181.

Extendendi alia ratio est. Brachium super aliquid rotundum, columnellam, vel lecti fulcrum, ponunt, illud super hoc manu, vel iniectis etiam habenis, adducunt, et a posteriori parte in sedem suam impellunt. Sed hac ratione membrum non satis extenditur.

† Ossium cubiti, sede motorum, reductionem idoneam descripsit, quem saepius iam laudauimus, THEDENIVS. Recte primo monet, ossa illa duo sede mota a validis ligamentis ad caput inferius humeri valide adduci, ita igitur extensionem et contra-extensionem, quam vocant, adornandas esse, vt a mutuo contactu illo ossa illa liberentur. Deinde quomodo id efficiendum sit, praecipit. Opus autem est ministris duobus. Eorum alter carpum vola manus suae pre-

prehendit, manum alteram applicat anteriori parti cubiti tribus digitis latis ab articulo cubiti cum humero. Minister alter manuum suarum alteram superiori et anteriori humeri capiti, alteram capiti humeri inferiori posteriorique applicat. Itaque si prior ille altera manu quasi conatum edit flectendi cubitum, altera vero superius caput cubiti deprimere satagit. His conatibus caput cubiti iam aliquantum abducitur a capite humeri. Quodsi igitur ab altero ministro duo contrarii conatus in osse humeri fiunt, h. e. si altera eius manus caput superius humeri versus truncum vrget, altera vero caput humeri inferius versus anteriora mouere conatur, ginglymi illius capita et cauitates, ad se mutuo antea adducta et appressa, illis conatibus ministrorum, ab se mutuo abducuntur. Haec autem illi simul, et ad iussum quidem Magistri sui, ita agunt. Chirurgus autem ipse alterius manus digito indice et pollice apprehendit, capita superiora vlnae et radii, alteram vero manum imponit parti anteriori capitis inferioris humeri, atque, si a ministris paulatim illa quae supra dixi perfecta sunt, caput humeri versus exteriora, capita vero radii et vlnae versus interiora ducere conatur. Atque sic haud difficulter repositio sequitur. Fiunt autem illa sic, si luxatio posteriora seu exteriora versus accidit. Similia tamen fiunt, si ad alterutrum latus luxatio contigit, sic tamen vt chirurgus ipse radii et vlnae capita in contrariam partem compellat. Vid. THEDENII *Neue Bemerkungen und Erfahrungen* p. 31.

§. 1183.

Reposito articulo, medicamenta valde necessaria sunt, non solum, quibus inflammatio leuatur, sed etiam, quae infirmatis ligamentis mederi possunt (1114. 1115. 1116). Et, cum in hoc articulo axungia celerius coire, ac per quietem coacta brachii flexum prohibere soleat, quam primum id per dolorem licet, membrum exerceri, et ad vsus suos promoueri, etiam articulus idoneis medicamentis et asperioribus pannis frequentius perfricari oportet. Si is deligandus est, iniicitur pannus vtrinque in longitudinem incisus, cuius media pars olecranum complectitur, quatuor vero capita super cubiti interiorem partem adducuntur. Fascia ab humero incipit, super interiorem cubiti partem ad brachium oblique tendit et hoc compre-

prehendit. Sic vero a brachio ad humerum, a humero ad brachium, ſuper articulum ita voluitu vt haec membra circumeundo amplectatur, et vt ta dem, dum deorſum ſurſumque verſum, quaſi in coch leam, ſerpit, totum articulum comprehendat, conteg et adſtringat.

§. 1184.

Radius et cubitus ea ratione, qua ſupra ſcripſi, i parte ſuprema inter ſe committuntur, et medio lig mento, quod inter vtrumque eſt, continentur, quo ligamentum etiam variis muſculis ſedem praeſta (1178). Haec oſſa, quae in medio brachio paulatin dirimuntur, rurſus ad manum coeunt, modo craſſitu dinis mutato. Siquidem hic radius plenior eſt, et latere cubito obuerſus ſinum habet parum deſidentem qui cubitum in extremo tenuem et rotundum excipit Inter haec oſſa cartilago ſingularis eſt. In vtraque igitur parte, ad humerum, et ad palmam, haec oſſa ſu per ſe mouentur, quando manus conuertitur, vt, ve prona, vel ſupina, ſit. Sunt, qui putant, etiam haec oſſa vi inter ſe diſtrahi poſſe, id quod vero non patitur illud, quod inter ea medium eſt, validum ligamentum. Forte tamen* paulatim hoc fieri poteſt, ſi in articulo humor confluxit, et axungia coacta fuit.

* V. WINSLOV *des Os frais* §. 271.

§. 1185.

Radius in caput plenius conſurgit, quod extrema ſua parte ſinuatum eſt. Ille vero ſinus cartilaginoſus media linea diuiſus excipit gibboſiora palmae oſſicula, praecipue nauiculare et lunatum. Hic articulus etiam manticula et aliis validis ligamentis conſtringitur, quorum vnum ex proceſſu acuto ſtiloide cubiti educitur et carpo atque huius oſſiculi cuneiformi ac vncinato innectitur. Cubitus enim cum carpo non committitur,

mittitur, ſed ſolis ligamentis deligatur. Aliud ligamentum a proceſſu acuto atque extantiori extremi radii incipit et oſſi nauiculari huiusque tuberculo adnectitur.

§. 1186.

Frequentius manus in priorem ac poſteriorem partem excidit. Raro illa ad minimum digitum, multo rarius, vt videtur, ad pollicem, conuertitur, quia hoc ille extantior radii proceſſus prohibere videtur. Euenire id ſolet hominibus, qui ſubito caſu ſuper porrectam manum corruunt.

§. 1187.

Scire licet, in quam partem manus promota ſit, ſi eius habitus conſideratur. Digiti enim ſemper in contrariam partem conuertuntur. Si illa in poſteriorem partem excidit, digiti porrigi non poſſunt, ſi vero illa in priorem incidit, ii haud flectuntur. Accedit grauis dolor, et homo quoque manum, nec in volam vertere, nec reſupinare, poteſt. Etiam hic articulus per quietem rigidus fieri poteſt.

§. 1188.

Intendi ex altera parte manus, ex altera brachium, debet. Id etiam fieri poteſt ſuper menſam, vel alium locum durum ac renitentem, ita, vt manus prona ſit, ſi in poſteriorem partem excidit, ſupina, ſi in priorem. Vbi ſatis oſſa inter ſe diducta ſunt, illa manibus in contrariam partem repelluntur. Vbi articulus deligatur, ei, ſi manus in priorem poſterioremque partem prolapſa fuit, opponitur ferula ex charta denſiori coacta atque conglutinata.

§. 1189.

In palma, vel carpo ac metacarpo, ſi oſſicula ſedibus ſuis, mouentur, id quod modo in priorem, modo in

in posteriorem, partem fit, ab ea parte, in quam ve nerunt, tumor est. Haec officula, sine intentione, digitis tantum bene pressa, in suam sedem retro dantur.

§. 1190.

At, inter officulum carpi, quod trapezium maius vocatur, et pollicis primum os, singularis commissura est. Nam in trapezio osse, super quod pollex mouetur, in parte anteriori atque posteriori duo obliqui et quasi lunati, sinus sunt, in media autem parte illud officulum gibbum est, in parte vero externa et interna habet tubercula. Contra hoc vero primum os pollicis situm est, quod per totidem similesque sinus prioris processus accipit, et cuius tubercula eiusdem sinubus excipiuntur. Quoniam hic articulus, quamuis ex ligamentis et pluribus musculis contineatur, valde in omnem partem mobilis est, os facile elabitur. Non alia eum reponendi ratio est, quam, qualem in aliis proposui. Si vero officulum iterum in suam sedem promotum fuit, circa articulum duo minores panni oblongi, seu splenia, ita circumdantur, vt articulum comprehendant. Fascia, quae ab extremo brachio incipit, super articulum, quem ter comprehendit, datur, qua emotum os adducitur. In digitis nil vltra fieri debet, quam, quod in aliis faciendum esse, posui.

§. 1191.

Femur parte sua suprema habet magnum teretemque processum, qui oblique ad os coxae procedit, quem ceruicem appellant. Haec ceruix, intus rara et cauernosa, desinit in magnum et rotundissimum caput, cartilagine etiam mollitum, quod in sinum rotundum coxae coniicitur. Sinus Anatomicis κοτύλη, vel acetabulum, vocatur, qui in iunioribus ex tribus ossibus, quae media cartilagine inter se committuntur, constat, ex ilio, ischio, et osse pectinis. Etiam is cartilaginosus est.

ſt. Cartilago tamen in parte eius infima et externa eficit, quo loco ſita eſt maior glandula, ex qua axun-ia in articulum fertur, et vbi etiam huic ſinui inſeri-ur illud validum ligamentum, quod ex medio femoris apite educitur *. Sinus ille, in ſumma parte profun-ior, in inferiori minus deſidens, habet oram ſuperius alde extantem, e latere autem, et foramen ouale ver-um, exciſam, qua re efficitur, vt femur melius interiora erſum et ad coxam adduci poſſit. Super hanc orae nciſuram tranſuerſum ligamentum eſt, quod infra aud inhaereſcit, ſed lato cauo peruium eſt. Sub hoc rteria venaque ex cruralibus eductae in acetabulum d ligamentum illud internum eamque glandulam fe-untur. Per illud etiam cauum effertur glandula illa naior, in propinquo ſita, ſi haec a capite femoris pre-nitur, id quod incidit, ſi femur exteriora verſum mo-etur, et ab altero abducitur **. Ora illius ſinus, vel cetabuli, cartilaginoſa eſt, cum qua committitur liga-nentum in toto corpore validiſſimum, quod manticu-ae in modum, articulum comprehendit. Vbi vero in ora inciſuram et ligamentum tranſuerſum eſſe dixi, ibi et manticula, et ora cartilaginoſa, illi ligamento trans-erſo inhaereſcit, ita, vt hoc infra, prout dixi, per-ium ſit. Aliud ligamentum valens et durum, quod vulgo teres vocant, fere ex medio femoris capite edu-ctum, ſinui inſeritur, quo etiam articulus multum ad-ſtringitur. Validiſſimis etiam muſculis hunc articu-lum contineri, nemo ignorat.

* V. CHESELDENS Oſteographia T. XVIII. Fig. I. D. et Tab. XXXIX. Fig. 2. 3.

** Eſt obſeruatio Cl. PETITI in C. A. R. Sc. MDCCXXII. p. 164.

§. 1192.

Quoniam hic coxae ſinus adeo profundus, et articulus tam validis ligamentis, plenisque etiam muſculis, comprehenditur, difficile eſt, femur vi et aliquo

caſu

casu in adulto robustoque corpore semel atque omni no expelli. Cum vero olim autoribus visum fuer femur crebrius ex sinu suo excidere, post tamen d prehensum est, eos non satis os fractum a luxato di tinxisse. Nam illa femoris ceruix, quae intus caue nosa ac rara, tenui admodum bracteola circumda est *, longe frequentius frangitur, quod fracturae g nus pluribus opinionem fecit, caput ossis ex acetabu suo excidisse. In iunioribus illud etiam caput ep physis est, quae media cartilagine cum ceruice com mittitur, atque ob id longe facilius diducitur **.

* Vid. RVYSCHII Thesaur. V. Tab. II. Fig. 1 et 2.

** Se in hunc errorem inductum fuisse, et fractam ceruice pro luxato femore habuisse, profitetur PARAEVS L. XIV. XXI. p. 416. quam historiam repetitam a SCHENCKIO le in huius Obseruat. Med. L. V. p. 333. Illa vero res fere n glecta a RVYSCHIO iterum proposita et figuris illustrata fu in Thes. VIII. Tab. III. Fig. p. 61. et in Thes. IX. p. 29. p. 57. Tab. I. Fig. 1. Etiam id repetiit RAVIVS in Orat. vera methodo discendi et docendi anatomen. Conf. CHI SELDENS *Anatomy of the human Body* Cap. V. p. 35. Tab. V Fig. VI. Fig. G et H. Obseruationem DOVGLASSII in Transac Angl. No. 349. p. 501. *in the Abridgement* Vol. V. p. 38 Ephem. Nat. Cur. Cent. II. Obs. 20. p. 218. RVD. PHIL. BEVI LIN Diss. de luxatione et fractura femoris, Alt. MDCCXVII et IOH. SALTZMANNI de Luxatione ossis femoris rariore frequentiore colli fractura, Arg. MDCCXXIII. Nouas SALTZ MANNI Obseruationes, praecipue vnam, vbi, et caput fe moris luxatum, et ceruix quoque fracta, fuit, vide in Acti Petropolitanis Vol. III. p. 275. Possideo femur, cuius cer vix, olim fracta, omnino deficit, caput femoris autem, quo adhuc in sinu suo haeret, etiam multum detritum est.

§. 1193.

Quamuis vero hoc rarius euenire existimem, ob seruationibus tamen compertum est, nonnunquam femoris rotundum caput ex profundiori coxae sinu semel et omnino casu quodam atque vi fuisse expulsum. A vero autem propius videtur, hoc fieri disrupto illo interiori valido ligamento, quare ob id, et cum etiam illud, quod articulum comprehendit, seu manticula,

cula, multum infirmari ſub his caſibus ſoleat, os, quod ſic vi emotum fuit, quamuis reponatur, non continetur, ſed mox iterum erumpit.

* Vid. Acta Med. Berolinenſia Vol. X. p. 107. Vbi legitur, homini adulto femur vi diſtractum ac emotum, poſt feliciter repoſitum, fuiſſe, ita, vt homo perfecte, et ſine claudicatione, fuerit ſanatus. Hic Lipſiae ante aliquot annos accidit, vt homo operarius ex contignatione rueret. Chirurgus vocatus femur emotum eſſe ex omnibus collatis indiciis deprehendit, quod is etiam reſtituit. Homo vero cum breui poſt ex graui capitis vulnere obiiſſet, eius corpus ab Illuſtri WALTHERO, Ordinis noſtri Decano, mihi ſumma ſemper obſeruantia colendo, inciſum eſt, qui inuenit, os ex ſinu ſuo in anteriorem inferioremque partem et os pubis verſum promotum, a Chirurgo vero iterum conditum. Vidit enim oſſis, quod exciderat, ſedem in vexatis inflammatiſque muſculis. Illud vero ſine negotio ex acetabulo expelli potuit, cum diſruptum eſſet, tum internum ligamentum, tum alterius, quod articulum comprehendit, ſiue manticulae, pars anterior, per cuius plagam caput femoris proruperat. Igitur fere crediderim, vix hunc articulum in adultis vi caſuve et omnino poſſe promoueri, niſi ligamento interno diſrupto. In vetulae vtroque femore defuiſſe hoc medium ligamentum, prodidit SALZTMANNVS in Decade Obſeruationum illuſtrium anatomicarum, Arg. MDCCXXV. Obſ. VII. p. 10.

† Memorabilis eſt caſus, qui in Vol. V. *Monum. Acad. R. chir.* relatus eſt. Foemina parturiens cum ſub partu inſideret genubus viri cuiusdam, femora autem a foemina alia diducta eſſent, alterumque eorum ſubito remitteretur, eo ipſo temporis momento dolorem vehementiſſimum percepit, qui a doloribus ad partum prorſus et omnino diſtingui poterat. Puerperio finito ingredi non potuit. Diu dubitatum eſt de genere morbi. Omnes tandem peritiorum chirurgorum luxationem femoris eo tempore, cum dolor ille perciperetur, accidiſſe vnanimi conſenſu iudicarunt, quanquam omnibus mirum videretur, a genu viri illius caput femoris ex acetabulo expelli potuiſſe. Mirari tamen deſierunt, cum reſcirent, foeminae illi ſingularem eſſe mobilitatem et laxitatem omnium articulorum, tantam quidem, vt pedes ori ſuo admouere, iisque oſcula impingere facillime poſſet. Alium non minus commemorabilem caſum legas, ſi lubet in SCHMVCKERI *Vermiſchten chir. Schrift.* Vol. I. Fuit enim homo ille robuſtus, et caput femoris repoſitum, homoque plene conualuit.

§. 1123.

At crebrius femur excidere solet, si id ab humo qui in acetabulum confluxit, promouetur, quo illa gamenta, vel laxantur, vel distenduntur, vel vorantu Varia huius rei occasio causaque est. Nonnunqua febris, variolarum, morbillorumque, nec non scab aliarumque valetudinum, mala materia in articul conuersa et μετάστασις facta fuit (1104). Saepius tem, ictu, casuue, femoris coxaeque ossa collidunt et illa articuli ligamenta, atque etiam glandulae (119 vehementius comprimuntur laeduntürque. Nam, h si incidit, multus humor in articulum confluit (110 vel etiam in illis partibus inflammatio, et tandem s puratio, concitatur. Hic autem humor, qui in a culum confluxit, diu paulatimque increscit, et tand os sub vehementioribus et increscentibus doloribus sede sua propellit. Etiam pueris hoc euenire sol dum labant, atque ab alto ex gerularum brachiis dunt. Dum enim hae pedem manu inuadunt, arti lumque violenter adducunt, ligamenta etiam viol atque infirmant. Si internum ligamentum rumpit in sinum coxae effluit sanguis, aliusque humor. vero ligamenta valde adducta fuerunt et laxata, ipso motu et ingressu illa paulatim magis infirmant donec tandem os ex sinu suo prorumpat.

* Hoc vitium iam cognouit HIPPOCRATES Sect. VI. Aph LIX. Ὀκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης ἐξίσταται ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται. Et Aph LX. Ὀκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος, καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν. Confer GALENVM in Comment. in hos Aphorismos IX. p. 289. Multa etiam habet FALLOPIVS de Luxationi Cap. XIII. T. II. Operum p. 85. conf. del PAPA *Consulti Me ci* conf. 50. p. 244. et PETIT in Comm. A. R. Sc. MDCCX p. 159. et, quae contra hunc scripserunt ANDRY et NAVLD, quibus is etiam respondit.

§. 11

§. 1195.

Haec vero vitia, quae varii generis ſunt, certis uibusdam indiciis diſtinguuntur. Ante reliqua conderanda eſt cauſa, ex qua articulus, oſue, noxam acceerunt. Os ligamentorum et humoris in acetabulum onfluentis vitio emotum iri, ſcire licet, ſi membrum xta articulum, caſu, ictuue, percuſſum, dolet, dolor ro indies magis intenditur, atque etiam minor memi vſus relinquitur, donec tandem illud excidat, et audicatio appareat. Os, ſi illud e loco ſuo motum eſt, embrum in contrariam-partem conuerti, nonpatitur.

§. 1196.

Vbi autem ceruix fracta eſt, hoc ictu, caſuue, ſemel t, et ab initio homo, nec pedi inſiſtere, nec commode gredi, poteſt. Quoniam muſculi os adducunt, crus tero breuius et valgius eſt: extra enim pes vltimus ectat, et calx ingreſſu terram non contingit. Si embrum ſic fractum conuertitur, aure ſummo femori dmota audiri quandoque poteſt ſonitus, vel ſtrepitus, ui fit, ſi oſſa fracta ſuper ſe mouentur. Inter certiora ero ſigna eſt, ſi, leuato dolore ſolutaque inflammatioe, pes ſine magno negotio et extra, et intus, conuerti que inclinari poteſt. Nam hoc, oſſe fracto, fieri pott, non vero, ſi id integrum ex ſinu ſuo excidit (1195).

§. 1197.

Si vero femur, vel vi, vel etiam paulatim, ex ſinu io expulſum fuit, illud in interiorem inferioremque artem promoueri, frequentiſſimum eſt. Nam ea parte, t acetabulum minus profundum, et ora eius excifa, t ligamentum illud internum prope eſt (1191). uoniam etiam femur muſculis glutaeis, qui magnum obur habent, adducitur, illud plerumque, ſi ligamenta remittunt, in interiorem inferioremque partem exidit. In hoc caſu caput haeret in foramine ouali, cuis ligamentum etiam pedem paulum, non vero pror-

ſus, in interiora conuerti, ſinit. Crus valgius eſt, teroque longius. Extra enim pes vltimus ſpectat. Qu crus longius eſt, genu plerumque, ſi homo inced flectitur. Caeteroquin etiam in inguine tumor, nate ſinus, eſſe ſolet. Quia acetabulum ſuprema par profundius eſt, in ſuperiorem internamque part os prolabi non facile poteſt. Illud tamen, poſtqu per inferiorem partem promotum fuit, nonnunqua ſi illud foramini ouali non inſidet, muſculis ſurſu verſum adducitur. In hoc caſu pes breuior magis exteriorem partem inclinatus eſt, qui nullo modo interiora conuerti poteſt. Maior etiam tumor in i guine eſſe ſolet, a quo quandoque maiores arteri atque venae comprimuntur, quae per ligamentu POVPARTII (792) deſcendunt.

§. 1198.

Femur interdum etiam in poſteriorem partem, vt videtur, ſemper in inferiorem, excidit, quo ve loco conſiſtere nequit, ſed muſculis ſurſum fertur. hoc caſu crus breuius eſt, ita, vt pes ſummis digit terram contingat, crus varum eſt et pes intus inclin tur. In nate tumor, in inguine ſinus, eſſe ſolet.

§. 1199.

Femur, ex quacunque cauſa prolapſum fuerit, i terdum reponi poteſt, illud tamen repoſitum ſemp iterum excidit. Rarius eueniſſe crediderim, vt illu ſi vere luxatum fuit, fuerit ex toto, et ſine defor claudicatione, reſtitutum. Etiam, ſi femur loco ſu non eſt, in membro fit macies, et caro emacreſcit. pueris femur excidit, membrum minus, quam caeter creſcit. Si in ſinu coxae inflammatio fuit, et p coiit, illud tandem ligamenta vorat, ſupernaſcuntu mala vlcera atque fiſtulae, et homines tandem tabi moriuntur.

§. 120

§. 1200.

Si tamen vero femur aliquando vi expulſum eſſet, xperiendum foret, num illud poſſit reponi. Aeger ollocandus eſt ſuper ſcamnum, ita, vt ea pars, in quam s prorupit, ſuperior ſit. Membrum valentius intenſi debet duabus habenis, altera ab inguine, altera genu. Commode hoc fieri poteſt, mediante polyaſto, ſi prius illa habena, quae per inguina traiecta iit, vnco illigata eſt. Vbi oſſa ſatis diducta ſunt, feiur manu chirurgi, adhibita etiam habena (1166), ogitur, et in ſedem ſuam conditur. Scire licet, illud oco ſuo eſſe, ſi homo membrum mouere poteſt. Supernponitur pannus, et iniicitur faſcia, quae, ſpicam deribit, et, quaſi per cochleam, adſcendit, atque ſic feiur adducit. In obeſis parum continere faſcia poteſt.

§. 1201.

In illo vero caſu, vbi femur percuſſum fuit, et door, qui in articulo ſaeuit, ac indies magis intenditur, netum facit, ne a confluente in ſinum humore os tanem promoueatur, experiri licet quaedam alia auxilia. luus crebrius ducenda eſt ſatis valentibus, et ſanguis tiam mittendus, quo humorum aditus auertatur, adibito ſimul victu idoneo, qui ſuſtinet, non nimium lit. Extrinſecus adhiberi poſſunt infrictiones cum iquoribus arte chemica paratis (1115), impoſitis etiam liſcutientibus. Faſcia (1200), quantum poteſt, articulus adſtringendus eſt, et quies ſeruanda *. Sunt, qui corporibus ſiccioribus macilentiſque, altius deniſſo ſcalpello, ligamentum, vel manticulam, incidere, t humorem euocare, auſi ſunt **, ex qua tamen curaione rigidus manere poteſt articulus.

* Ex HIPPOCRATE c. l. et AEGINETA diſcimus, veteres in his caſibus ſuper articulum ferrum candens imprimere, et magnam ſuppurationem concitare, ſolitos fuiſſe. Confer §. 935. (1194. *).

 ** Hanc

** Hanc viam aliquando SENFFIVM, inter Berolinenses Chirurgiae doctorem clarum, ingressum esse, ab eo ipso acce

§. 1202.

Femur inferius intumescit, et habet duo maio capita, siue condylos, cartilagine mollitos, qui aliqua tum in anteriorem, magis in posteriorem, partem pr minent. In posteriori parte inter eos medius profu diorque sinus est, per quem maiores arteriae ac ver ad pedem feruntur. Condylus interior paulo pleni est et magis rotundus, quam exterior. Haec cap excipit tibia, cuius caput supremum plenius duos rum desidentes sinus habet, qui illos femoris conc los excipiunt. Ille sinus, qui internum femoris co dylum accipit, altero paulo maior ac profundior Inter haec ossa, quae, vt caetera omnia, etiam carti gine molliuntur, sitae sunt duae cartilagines lunat sibi obuersae, versus interiora tenuatae et excis quae, dum femur sustinent, faciliorem articulo mot praestant, et sinus etiam illos, quibus femoris cond excipiuntur, profundiores reddunt. Hae cartila nes, quae in parte anteriori sub patella ligamento ligantur, quod semilunare vocant, quasi in ligame breuia et valentiora degenerant, inhaerescuntque beribus, quibus supremae tibiae medium exasperat est. His tuberibus supremi capitis innectuntur d alia valentiora ligamenta, ex eorum numero, qu manticulis continentur. Illorum alterum incipit illo profundiori sinu, quem in femore posterius int vtrumque condylum esse dixi, et ab ipso condylo i terno, fertur super illum sinum, et inseritur suprem tibiae, huiusque parti posteriori, in qua illa post tube incisuram habet, ita, vt ligamentum paulum exterio versum procedat. Alterum, ex eodem femoris si et condylo externo eductum, finitur super tibiae s premae, tuberibus exasperatae, partem anteriore

ext

xterioremque. Haec valentiora ligamenta, quae se decussant, et quasi figuram Graecae literae X accipiunt, comprehenduntur valida manticula, quae etiam illis supra descriptis cartilaginibus lunatis inhaerescit. Super hanc feruntur alia duo ligamenta. Alterum, quod amplum est, incipit a condylo interno femoris, huiusque latere, et finitur in capite tibiae, huiusque parte interna. Alterum vero, ab exteriore parte articuli positum, et a condylo femoris externo orsum, tendit, partim ad tibiam, partim ad suram, horumque ossium summa capita. Aliud ligamentum latum addunt, quod ex femore posteriori super condylum externum incipit, super illum sinum procedit, et summo capiti tibiae, eiusque parti postremae, inseritur.

§. 1203.

Hunc articulum, qui etiam pluribus musculis continetur, tuetur os paruum, patella dictum, quod, nulli ossi inhaerens, superius musculis extensoribus, recto, cruraeo, et vastis, tum externo, tum interno, inferius autem, validissimo ligamento deligatum, super iuncturam quasi innatat. Ligamentum illud, quod alii ad tendines illorum musculorum referunt, inseritur tuberi, quod in tibia anteriori sub eius supremo capite est. Patella, parte posteriori cartilaginosa, in medio gibba, vtrinque paulultum sinuata, respondet ossi femoris, quod inferius inter duos condylos sinuatum est. Patellae sinus externus, quo externus femoris condylus excipitur, amplior et profundior est, quam internus. Praeter illos musculorum tendines, et ligamentum, quo patella tibiae adstringitur, illa innectitur sinuato inferiori femori, medio alio ligamento, quod ex eius parte posteriori extantiorique educitur. Praeterea orae patellae circum circa innectitur manticula, qua totus articulus comprehenditur.

§. 1204.

Genu ad ginglymi genera referri debet. N facile excidere poteſt, quod oſſa ea parte, qua int ſe committuntur, lata admodum ſunt et ampla, quod illa pluribus et validis ligamentis conſtringu tur. Si vero oſſa vi expelluntur, hoc fieri nequ niſi laeſis, vel valde infirmatis, illis ligamentis. Qu etiam ex his, ſi violata fuerunt, humor effertur in a ticulum, is intumeſcit rigeſcitque, de quo mor genere protinus dicam. Si tibia ex ſede ſua mouetu neceſſe eſt, etiam patellam diſtrahi. Haec vero qua doque excidere poteſt, remanente in ſede ſua tibi. Genu autem in exteriorem et interiorem et in poſt riorem partem excidere poteſt, non vero in priorer prolabi, quod ibi oppoſita patella eſt. Nonnunquan ſi patella tranſuerſa inferius iuxta illud maius ligamer tum fracta fuit, illa, dum muſculis ſurſum verſus at trahitur, minus peritis opinionem oſſis luxati et i partem ſupremam promoti facere poteſt.

§. 1205.

Non alia, quam caeterorum articulorum, curati eſt. Oportet membrum per vim extendere et tibiam in diuerſas partes compellere. Si ex ſede ſua promota eſt patella, oportet genu ſuper ſcamnum ponere, atque, adducta depreſſaque tibia, articulum intendere, patellam vero manu in ſedem ſuam cogere. Genu luxato imponendus eſt pannus, vtrinque ad medium fere inciſus, ſeu funda. Faſcia, a femore orſa, circa quod illa bis voluitur, deſcendit per poplitem ad tibiam, quam etiam circumit. Illa deorſum ſurſumque, quaſi in cochleam, ſerpit, et totum articulum ea ratione, ac de cubito dictum (1183), comprehendit. Patellae, ſi ſola emota fuit, ea parte, in quam illa excidit, obiicitur denſior pannus, et circumdatur faſcia,

quae

quae *vniens* dicitur (515). Eſt habena in duo capita voluta, per quam, medio in longitudinem inciſam, alterum caput traiicitur, ita, vt, dum capita in diuerſas partes adducuntur, habena valentius articulum comprehendat. Iterum faſcia ad eandem rationem articulum complectitur.

§. 1206.

Sura, quam etiam fibulam vocant, ſupra infraque tibiae iuncta, media dehiſcit. In ſupremo ſurae capite paruus et parum deſidens ſinus eſt, cui reſpondet tuberculum, quod ſummum tibiae caput e latere parteque externa habet. Hic articulus breuibus validisque ligamentis adſtringitur. Ligamento ſuram cum externo femoris condylo connecti, ſupra retuli (1202). Surae etiam caput tendine muſculi bicipitis illigatur. Sura intumeſcit ad talum, et e latere in ſinu, qui, tum in tibia, tum in talo, eſt, inſidit. Hoc ſurae inferius caput, vulgo malleolum externum vocant, quod maiorem partem extra haec oſſa ſitum eſt, illis et oſſi calcis pluribus breuibus et validis ligamentis conſtrictum, inhaereſcit. Etiam media parte, vbi tibia et ſura, infra ſupraque iunctae, dehiſcunt, haec oſſa alio valido ligamento, quod inter ea medium eſt, continentur.

§. 1207.

Incidere poteſt, vt etiam ſura diducatur, et e ſede ſua moueatur, quae ſine intentione digitis tantummodo bene preſſa in ſedem ſuam reuertitur. Quia vero plerumque vis illis ligamentis deſtituta eſt, os, quod expeditius reponitur, minus fideliter continetur, et multo facilius excidit, ſi membrum vel parum mouetur. Igitur os, admotis vtrinque denſioribus pannis, faſcia comprehendendum eſt, et aeger diu lectulo detinendus, ne, ſi membrum moueat, ſura, laxioribus adhuc ligamentis, rurſus erumpat.

§. 1208.

Pes ex ſeptem oſſibus tarſi, quinque metatarſi, digitis, conſtat. Pollex in pede duo oſſa habet. Tib atque ſura, ſibi inferius iunctae, extrema ſua par ſinum profundum habent, quo excipitur aſtragalu vel talus, qui, ſuperius cartilagine mollitus, quada parte parum ſinuatus, quadam exceſſus habens, ill oſſibus reſpondet. Hanc iuncturam vtrinque tuentu ſic dicti malleoli. De externo ſupra (1206) relatu eſt. Internum exigit inferior tibia, qui proceſſus latere cum talo committitur, et pluribus ligament continetur.

§. 1209.

Talus ſuper os calcis ſitus eſt, et parte inferiori a poſteriori ſinuatus, medium tuber huius oſſis rec pit. Os calcis parte anteriori et ſuperiori excifur recipit anteriorem tali partem. Hic, parte anterior gibbus, coniicitur in parum deſidentem ſinum oſſ nauicularis. Os calcis anterius cum oſſe, quod, figura, cuboides dicitur, committitur. Haec oſſ omnia pluribus validiſſimiſque ligamentis connectun tur. Glandula maior mucoſa (1099) haeret in pro fundo magnoque ſinu, qui in pedis parte exteriori in ter talum et calcem eſt, ex qua glandula humor, ve axungia, in articulum deſtillat.

§. 1210.

Talus in omnes quatuor partes prolabi poteſt Vbi autem in exteriorem pedis partem excidit, neceſſe eſt, ſurae inferius caput, vel frangi, vel, infirmatis ligamentis, ab oſſibus, quibus illud adiunctum eſt, diſtrahi, et e ſede ſua moueri. Nec talus facile in interiorem partem incidere poteſt, niſi tibiae proceſſus, ſeu malleolus internus, fractus fuerit. Si talus in priorem partem prorupit, calx tibiam ſuſtinet, et pene con-

conditur, plantaque porrigitur. Si vero talus in posteriorem partem excidit, tibia super tali processum, qui anterius ab ossi nauiculari recipitur, sita est, et calx longior, pesque breuior, est.

§. 1211.

Quoniam hic articulus non solum validioribus ligamentis tendinibusque, pluribus etiam arteriis, venis neruisque, comprehenditur, et, quoniam praeter haec omnia plures membranosae vaginae in propinquo sunt, per quas tendines traiiciuntur, is non, nisi maiori vi et maiori etiam periculo, expellitur. Oritur enim grauis inflammatio, quae interdum cogit pedem praecidere, vel quod is gangraena periclitatur, vel, quod leuata inflammatione maiores abscessus et fistulae fiunt, atque etiam ossa vitium contrahunt. Articulus saepius intumescit, cui callus circumdatur, qui per quietem increscit, et flexus eius prohibet. Longe frequentius ligamentorum imbecillitas efficit, vt ossa, maiori vi diducta, quamuis iterum in sedem suam compellantur, parum fideliter contineantur, sed iterum excidant. Si alteruter malleolorum fractus est, et ab osse recessit, callus superincrescit, ex quo aliquid decoris eo loco amittitur.

§. 1212.

Vt articulus reponatur, necesse est, eum satis extendi, id quod fit, pede et crure in diuersa diductis. Chirurgus, qui talum in sedem suam compellere vult, debet, et calcem, et pedem, manibus complecti, et sic maiori vi adducere. In hoc articulo diligenter est agendum, vt ligamenta confirmentur, et auertatur (1115. 1116), quo minus, et articulus nimium intumescat, et callus per quietem increscat. Ita vero vinciendus est articulus, vt, si os in anteriorem, vel posteriorem, partem emotum fuit, linteolum, vel pan-

pannus quadratus, vtrinque incisus et quatuor capi habens (*funda*), media parte, qua is integer est, ossi quod excessit, obiiciatur, et vt eius capitibus articuli comprehendatur. Si vero os in exteriorem, vel in teriorem, partem fuit prolapsum, panno oblongo, qui calcem quoque comprehendit, conteguntur malleoli. Iniicitur fascia, quae, a tibia orsa, et crus, et pedem comprehendit, et circumeundo, cochleae in modum descendit ascenditque. Facienda omnia, vt articulo quae saltem esse in eiusmodi re sanitas potest, reddatur.

§. 1213.

Etiam plantarum ossa inter se, et cuboides ac naviculare, a calce et talo diduci possunt, id quod fit, si pes aliqua re, veluti cancellis ferreis, irretitus, maiori vi adducitur. Pes ita emotus in contrariam partem conuertendus est, id quod difficilius fieri solet. In metatarsi digitorumque ossibus nihil vltra fieri debet quam, quod in his, quae sunt in manu, positum est. Si ligamenta disrupta, vel iis adeo exiguum robur relictum est, vt confirmari satis nequeant, praestat quandoque pedem protinus praecidi.

† Omnes hactenus propositae pedum extremorum affectiones semper fiunt sic, vt ligamentis, tendinibus, neruis et vasis magna vis adhibeatur, ab eademque partium earum magna relaxatio, haud raro etiam ruptura, efficiatur. His igitur, quae luxationis aut subluxationis aut distorsionis caussa fieri debent, actis, medicamenta quoque adhibenda sunt, quae et robur relaxatis restituere, et stagnantia discutere possint. Puls paratur ex oui albumine, aceto vini antea agitatione remixto, addito post puluere tenuiori boli armenae, imponiturque linteo denso, quod pedem vndique contegat. Si huius copia non fuerit, eius vicem expleant imposita splenia, expressa quidem ex saturata admodum muria. Cum autem haec cito arescant, et post horas viginti et quatuor vel triginta sex demum detrahenda sint, pili, si qui sunt, ante illorum impositionem nouacula detondi debent. Elapso illo horarum spatio detrahantur illa, adhibeanturque discutientia calida, ex vino, vel ex oxycrato cocta, affuso his quoque vini spiritu, et crebro mutentur, vt

vt pes in interioribus suis satis percalesiat. Homo praeterea diu ab omni ingressu abstineat, et paulatim, sero demum, pedem ad pristinos vsus reducat. Si quiete obriguerit articulus, cerato, emplastro, vnguento neruino et aromatico, leni frictione, simul vtendum. Sin tumor articulum tenet, aut si omnino de relaxatione partium et noua offensione et facili metus est, adhibenda est moderata constrictio pedis et articuli, fasciis a chirurgo diligenter applicatis, vsque dum satis confirmatus sit articulus.

ΑΓΚΥΛΩΣΙΣ.

§. 1214.

Articuli etiam ex varia occasione rigescunt, ita, vt eorum flexus prohibeatur, quae vitiorum genera ἀγκύλας, vel ἀγκυλώσεις veteres appellauerunt *. Siquidem interdum ossa, eorumque epiphyses, circa articulos intumescunt, id quod in corporibus, quorum humida vitiata sunt, praecipue puerorum, rhachitide aegrorum, fieri, alibi dictum est (1065. 1066. 1071). Etiam, si os iuxta articulum fractum fuit, callus nimium superincrescit, quo articulus impletur, et ossa ita iunguntur, vt vnum super alterum moueri nequeat. Interdum incidit, vt, si ligamenta ictu, vel vulnere, grauiter laesa sunt **, ossa per quietem inter se cohaerescant. Nam ligamenta ex vulneribus, magnisque suppurationibus, praecipue, si postea male inducta cicatrix fuit, rigescunt contrahunturque et membrum contractum curuumque reddunt. Hoc etiam musculorum vitio, quibus crus flectitur, in genu accidisse legimus, cum illi ex neruorum distentione distracti obriguissent ***.

* Vid. CELSVM Lib. V. c. 18. §. 28. PAVLVM Lib. IV. Cap. 55. p. 71.

** Vid. CHESELDENS Osteographia Tab. XLVII.

*** Vid. H. A. R. Sc. MDCCXXVIII. p. 283.

§. 1215.

§. 1215.

Crebrius autem in variis articulis, praecipue i cubito genuque, hoc incidit, vt ex intus increſcent coactaque axungia, ſeu illo humore, intumeſcan quem in omni articulo eſſe, ſupra oſtendi (1099. Huius rei initium eſſe ſolet ex ictu atque vulner quoniam maior illius humoris vis in articulum deflu (485. ad 487). Etiam ex oſſis fractura, et, ſi mem brum diutius ſine motu in canaliculo, vel lectulo, con tinendum fuit, illudque poſt curationem non protinu exercitatione ad vſus ſuos promoueri potuit, hoc in cidere ſolet. Si articulus excidit, et ligamenta nim um fuerunt violata adductaque, vel, ſi is neglectus e non protinus repoſitus fuit. Etiam, ſi ligamenta e alia occaſione immodico diuturnoque flexu et preſſi vel inflammatione, quae ex varia occaſione naſcitu violata infirmataque fuerunt. Morbus frequens e metallicis, qui, genubus, quibus ſaxum frigidum con tingunt, nixi, opus faciunt. Nam hac ratione, e ligamenta infirmantur, et frigore humores denſantu quod illas exſpirationes, quae ex omni corporis part efferuntur, coercet.

§. 1216.

Si os in articulo fractum fuit, et hic ex callo in creſcente rigidus factus eſt, vitium nullam curationem recipit. Si per nimiam quietem obriguit articulus membrum motu flexuque iterum ad antiquos vſus reducendum eſt. Motus enim in dolore nocet, quod humor ſemper in ſedem, quae dolet, euocatur, hoc vero ſe remittente, exercitatio ſaluberrima eſt. Si ligamenta ex vulnere per cicatricem contracta ſunt, illa foueri oportet ex aqua, vel oleo calido, adhibita infrictione (226). Superimponi poſſunt epithemata ex herbis, quae emolliendi relaxandique vim habent (91).

Si

autem nimium ligamento deeſt, nulla id curatione
ſtituitur. Aegro (1214), cui muſculi contracti
ant, profuerunt balnea, cui herbae incoctae fuerant,
uae roborant. Vtiliter etiam illi muſculi vnguento
eruino (1116) perunguntur.

§. 1217.

Si autem tumore, aliiſque indiciis, cognoſcitur,
tus humorem coiiſſe, ab initio plurimum proficit
ſa articuli exercitatio. Motu enim concretus humor,
nuatur et diſcutitur. Si malum autem vetus eſt, ex-
eriri licet medicamenta. Super articulum prius im-
oni debent cataplaſmata, quae emolliunt (91). Quae
nto magis neceſſaria ſunt, ſi tumor durus eſt, et,
ui, digito preſſus, renititur. Poſt autem quandoque
roficiunt emplaſtra, de galbano, de ammoniaco, cui
iaphoreticum Mynſichti et oleum tartari foetidum
diici poteſt, nec non epithemata ex ſalſilagine, vel
uria, qua haleces conditae ſunt, et ex qua herba
abinae, rutae, coquuntur, addito aceto, vitriolo et
lumine. His enim alterna vice ſuperhabitis, cutis
xaſperatur, puſtulaeque excitantur, quibus quando-
que humor euocatur et diſcutitur. Prodeſſe etiam
olent thermae, ſi in eas membrum demittitur, et ſi in
oc illae ex alto deſtillant. In his curationibus per
multum tempus perſeuerandum eſt *.

* Vid. LE DRAN *Obſeru.* 93. et 94. p. 254. Qui non thermas naturales, ſed alias, arte compoſitas, aquas, articulo crebrius et per longum tempus inſtillauit (Galli vocant *les Douches*) et poſt ſuperhabuit veſicas calida plenas. Tandem linteis calidis operuit articulum et aegrum in lectulo continuit. Duos aegros is hac ratione reſtituit.

§. 1218.

At, ſi tumor vetuſtior eſt, et ex eo his nihil minuitur, ſcalpelli opera neceſſaria eſt. Nec tamen ad
hanc feſtinare conuenit, ſi corpus mali habitus, vel
ſenile

senile, est. Incidendus est tumor e latere, mag[illegible] cura habita, ne ligamenta, quibus e latere artic[illegible] continentur (1178. 1202), praecidantur. Emittit[illegible] humor, presso etiam parum tumore. Nec alienu[illegible] est, per plagam calidum liquorem, veluti decoctu[illegible] agrimoniae, cum aqua vulneraria (222. 295), in ar[illegible] culum compellere, vt humor, qui saepe, iuris gela[illegible] instar, coiit, crassusque est, discutiatur. Plaga di[illegible] missis linamentis claudenda est, vt per insequent[illegible] dies id, quod humoris reliquum est, emittatur. nullum eius vestigium apparet, recipienda sunt lin[illegible] menta, et vulnus, obseruatis omnibus, quae sup[illegible] exsecutus sum, curandum (485. ad 487). Etiam v[illegible] dendum, ne ex cicatrice articulus rigescat (1214), n[illegible] que is laxioribus ligamentis erumpat (1104. 111[illegible] 1116).

FRACTA.

§. 1219.

Ossa interdum ex humidorum vitio fragilia fier[illegible] supra retuli (1032). Quod morbi genus, ne[illegible] efficacior, nec alia medicina, subtrahere potest *[illegible] Senibus, et qui scorbuto morboque venereo aegri sunt praecipue, si malum vetus, et iis omnis fere medull[illegible] exhausta, vel vitiata et corrupta, est (1031), frequen[illegible] tius, quam caeteris, ossa franguntur. Etiam id cre[illegible] brius hyeme, quam aestate, fieri, peruulgata opinio est[illegible]

* Vide, inter plures obseruationes in Autoribus supra (1032 **) citatis, commemorabilem historiam SAVIARDI *Obseru. chirurgical. Obs. 62. p. 273.*

† Ossa fragilia fieri ex vario, contrario etiam, vitio humorum nota res est. Siue enim succus medullosus atque medulla deficiant, siue non satis olei admixtum habeant, perit necessaria flexilitas ossium virtuti elasticae iuncta, et ossa facile franguntur. De his prolixe agere iam non vacat. Vt autem ossa franguntur, ita quoque fit haud raro, vt non

non frangi videantur, quam dirumpi, quando ſcilicet iis nimium emollitis vis externa modo certo quodam et ita applicatur, vt partium mollium inſtar rumpantur. Sed cauendum eſt, ne, vbi oſſa ex maiori mollitie in locis quibuſdam nimium mobilia ſunt, et figuras artuum mutarunt, protinus ſolutionem continui ſubeſſe arbitremur. Memini me quondam curare puellam, variis morbis infantili aetati ex acido-mucoſa humorum indole accidentibus laborantem. Cum vero per annos duos et amplius, alio medico accerſito, mihi de ſtatu eius nil quicquam innotuiſſet, tandem denuo in auxilium ſum aduocatus, quod parentes os femoris dextri fractum eſſe putabant, et ipſe quoque adhibitus chirurgus, inter noſtrates peritiſſimus, per hebdomadum aliquot ſpatium in eadem opinione fuerat, donec tandem os non fractum, ſed molle et flexile eſſe iudicaret. Dimiſſus is eſt a patre puellae, homine importuno, aliuſque, annis quidem aſt non doctrina grauior, adductus. Hic quoque ſplenia, ferulas et faſcias aliquandiu adhibuit. Cum ego autem femora diligenter pertractarem, facile oſtendi et parenti et chirurgo, chirurgi prioris ſententiam nimis veram eſſe; nam non modo femur, quod fractum eſſe iudicaſſent, ſed alterum etiam pro lubitu in omnes formas figurari abſque vllo puellae iam quinquennis dolore poſſe. Itaque omnem apparatum ſpleniorum, ferularem et faſciarum inutilem eſſe. Puella elapſo poſt anno tabe eſt abſumta. De morboſis affectionibus oſſa ad facilem fracturam diſponentibus legi meretur *Diſſertatio, ſiſtens morbum oſteoſarcoſeos, ſingulari caſu et epicriſi illuſtratum*, Praeſide G. FR. SIGWARTO, Auctore et Reſp. EMANVEL CHRISTIAN PLANK, Tubingae 1781.

§. 1220.

Crebrius autem oſſa finduntur, franguntur, colli-
nturque, ſi iniuria extrinſecus acceſſit. Illud omni-
s oſſibus commune eſt. Nam, id in capite fieri,
pra executus ſum (509. ad 513. 523. ad 568). In
eteris oſſibus fractis communes quaedam curationes
nt, quaedam in ſingulis generibus propriae. In
ibuſdam membris, quandoque alterum os, quando-
e vtrumque, imo nonnunquam plura, confracta
nt. Os, vel tranſuerſum, vel obliquum, fractum
, atque id ipſum interdum retuſa, nonnunquam
uta, capita habet, quae carnem aliaſque partes vul-

Tt nerant.

nerant. Etiam aliquando plura fragmenta a fragme to fiunt, quae inter se cohaerent, interdum etiam i cedunt. Ossa fracta aliquando in suis sedibus rem nent, multo saepius excidunt. Non raro ossis fract rae, vulnus, tumor, inflammatio, abscessus, acced vel ossis, quod fractum collisumque est, articulus iam excidit (1103. 1119). Raro euenire solet, vt rectum, veluti lignum, in longitudinem fissum sit.

§. 1221.

Fracta curaturum scire oportet ossium numeru figuram, situm, ordinem, nexum, commissuras, du tiem, mollitiem, raritatem, laeuorem, nec non eoru medullam, excessus, sinus, appendices, cum his musc los, quibus conteguntur, et qui super iis finiuntur, arterias, venas, neruosque, qui in propinquo sunt.

§. 1222.

Os fractum esse, scire licet, si illud grauiter pe cussum fuit, vel ei alia iniuria accessit, cui resiste non potuit. Si fracta suis sedibus mota sunt, aliu que super aliud effertur, membrum altero breuius e et musculi tument. Nonnunquam ossium fractoru et inter se recedentium capita, et oculis, et tact cognoscuntur. Fracta enim tactu inaequalia sunt, multum etiam, moto membro, indolescunt. Ea qu que, si membrum intenditur, inter se diduci flectiq possunt. Quandoque fragmentorum, si alterum sup alterum mouetur, aspritudo auribus percipitur (119

§. 1223.

Si os in longitudinem fissum est (1220), quod caluaria (530) frequentius, in caeteris ossibus rariu euenire arbitror, id, etiamsi is casus totum os pern perit, ab initio, et post illatum ictum, vix certa not explorari potest. Nam, nec membrum altero breui es

esse solet, nec os tactu inaequale. Locus etiam nihil, vel parum, intumescit et dolor, qui a periostio carnibusque vexatis nascitur, opinionem fracti fissique ossis frustra facere potest. Ex notis vero, quae sequenti tempore oriuntur, commune est, membrum dolere, qui dolor vero, in hoc casu, nec per se conquiescit, nec impositis medicamentis submouetur, sed vetustate ere asperior fit. Ossis etiam membrana tactu magis indolescit, eo loco, vbi os fissum subest, si illa digitis pertractatur. Dolor in ipsis medullis vehementius crescit, si membrana, qua ossa interius cinguntur (1030), fisso osse, violata inflammataque est (1065).

† Ossa fistulata in longitudinem findi posse non pauci dubitarunt. Non desunt tamen obseruationes hoc genus fissurae asserentes. Inter eas commemorabilis est illa, quae legitur in SCHMVCKERI *Vermischten chirurgischen Schriften, Vol. I.* Corporis dissectio post obitum ex alio morbo accidentem docuit plenam eius rei veritatem.

§. 1224.

Nunquam vero conuenit, fracturam tactu explorari, nisi aeger in lectulo, vel loco collocatus sit, vbi fracta in sedem suam compelli et membrum deligari commode potest. Quare, si id in cruribus femoribusque incidit, ante omnia homo super lectulum collocandus est. Etiam, vbi ossa, quae inter se recesserunt, rerum reponenda sunt, necesse est, vt vnus, vel plures, ministri hominem, qui curabitur, contineant, eumque immobilem praestent, ne agitatione, et dolor intendatur, et maior moueatur inflammatio.

§. 1225.

Melius coeunt ossa, quae transuersa fracta sunt, quod alterum alteri innititur. Peius est, quod obliquum fractum est, praecipue, si non retusa, sed acuta, habet capita, quae etiam ossis membranam carnesque vulnerant. Ossa etiam collisa, et, si eorum plura

fragmenta sunt, difficilius committuntur. Si ha fragmenta non inter se cohaerent, sed vndique res luta, non suo loco sunt, illa cum caeteris non glu nabuntur. Etiam in his casibus, et vbi fragment veluti aculeis, membrana carnesque vrgentur, grau inflammatio et febris et suppuratio sequitur, atq nonnunquam gangraenae periculum. Fragmenta ver si res bene cedit, emoriuntur, et, suppuratione or excidunt. Si iam vetustas fracturam occupat, et os quod, vel non reposita, vel saepe soluta motaqu sunt, non conferbuerunt, illa vix sanescit *. Dif cilius etiam ossa in senibus, grauidis, lue vener scorbuto, cachexia, laborantibus glutinantur.

* Vid. IOHANNIS SALTZMANNI Diss. de Articulationib analogis, quae fracturis ossium superueniunt, Arge CIↃIↃCCXVIII. et figuram vide in Act. Erud. Lips. An MDCLXXXV. p. 513. Tab. XIII. Fig. 4.

§. 1226.

Grauius multo est, cum ossis fracturae carnis qu que vulnus accessit, maxime, si ex his ossis membra inflammatur. Nam eiusmodi inflammationis mai periculum est, quae, vel ad suppurationem specta vel promptiorem gangraenam habet. Si os iuxta ar culum fractum est, † ἀγκύλωσιν manere, supra retu (1214). At, si os ea parte fractum est, per quam a teriae venaeque maiores ad intima, ipsamque medu lam, tendunt (1031. 1033); si ossium fragment arteriae, venae, nerui, tendines, pleura, medulla sp nalis, violantur, id periculosum est. Si os in longu fissum est, id difficilius cognoscitur (1223), et metu facit, ne medulla vitium contrahat (1065). Humeri brachiumque citius, quam femur et crus, sanescun

† Fissura per totam tibiae longitudinem protensa callo in pleta post spatium annorum duorum vid. in SCHMVCKE Vermischt. chir. Schriften, Vol. I.

§. 1227.

In fractis curandis tria obseruanda sunt. Oportet a, quae suo loco non sunt, committere, atque fragnenta in suas sedes compellere, membrum impositis annis et super accommodatis ferulis deligare, et peicula, quae incidere possunt, auertere.

§. 1228.

Si ossa fracta in suis sedibus remanent, et non exidunt, non opus est, vt committantur. Si vero suis edibus mota sunt, oportet protinus membrum extenere, obseruatis omnibus, quae supra praecepi (1110. d 1113). Ossa loco suo non esse, deprehenditur, si nembrum altero latere breuius est, musculi tument, s tactu inaequale est, et aeger dolorem punctionemue sentit. Si membrum, quod extendi debet, valenius est, id duobus eget, qui in diuersa contendunt. laro opus est, habenis vel fasciis, capita ossium deliari, et membrum per plures, vel etiam adhibito poyspasto, intendi (1110. 1111. 1173).

✝ Artuum fractorum, si breuiores facti, extensione opus esse, neque aliter reponi et componi recte posse quisque videt. Fit autem id in hominibus robustioribus haud facile, non quod osseae partes resistant suae diductioni, sed quod musculi non facile cedunt. Minus tamen ii resistunt, si artui flexio modica ab Chirurgo ipso datur. Hac de re non parum multa nouissimis annis a chirurgis Britannorum scripta sunt. Legas si lubet: *Somme few Remarks on Fractures and Dislocations. By* PERCIVAL POTT. London 1768.

§. 1229.

Fracta, si loco suo mota sunt, oportet ante inflamnationem reponi. Si vero haec iam membrum occuauit, difficile et periculose vis musculis adhibetur, quare membrum lacessendum non est, sed post leuaam inflammationem id, quod exciderat, reponendum. gitur expedit, sanguinem mittere, atque imponere pithemata, quae aduersus inflammationem maxime

 valent.

valent, donec haec ab iis ſoluatur, et poſt oſſa committere. Sanguinem detrahi ſemper fere neceſſarium eſt, vbi cum oſſis fractura vulnus acceſſit, vel, vbi maiori vi vexatae carnes colliſaque oſſa ſunt. Nam membrum ex inflammatione variis periculis expoſitum eſt, praecipue, ſi haec perioſtium occupat, quare pericula, ſanguinis miſſione, etiam ſi res poſtulat, iterata auertenda ſunt.

† Cum nulla res oſſibus fractis magis noceat, quam eorum noui motus ac tremores, magni ad felicem curationem momenti eſſe quietem tum totius corporis, tum et praecipue partis affectae, nemo non intelligit. Quodſi igitur homo ita affectus e loco in locum geri debet, cura maxima habenda eſt, vt quam minimi aut nulli motus tremoresue capitum oſſis fracti fiant. Itaque prius recte reponi componique fracturam oportet, atque obligari ac munire machinamento, quod fragmenta quam fieri poteſt immobilia praeſtet. Prae aliis placet id, quod IONATHAN WATHEN propoſuit; eſt enim non admodum compoſitum; vid. *The Conductor and containing ſplints, or a new inſtrument for the ſafe convegance and cure of fractures of the Leg. London* 1767. Parte ita curata, homo ipſe commodiſſime et tutiſſime ab aliis hominibus geſtatur. Sin eorum copia non eſt, currus ita adaptandus eſt, vt aegrotus tremores non ſentiat. Hoc autem facile fit. Currus lateribus pannus ex linteo affigendus eſt, vt veluti in cunis ponatur aeger, currus vero lento motu protrahatur, vitenturque aſpera ſtrata. Sed. vid. quoque *Monum. Acad. R. Chir. Par. Vol.* II.

§. 1230.

Si plura oſſis fragmenta ſunt, ea, ſi membrum intenditur, manu digitiſque in ſedem ſuam dari oportet. Caſus aſperior eſt, vbi fragmentum deorſum inſedit, idque medullam vrget. Excitari illud debet, etiam foramine facto et demiſſo vecte (508). Si qua fragmenta eminent, quae in ſuas ſedes compelli commode nequeunt, ea, ſi longiora ſunt et valde acuta, ſerrula, vel forcipe, praecidenda, et ſcalpro laeuanda committendaque, ſunt. Ne fragmenta vndique reſoluta emoriantur, et pus moueant (1126), protinus incidi contra

ontra cutim oportet, et ea, quae haud glutinabuntur, volſella extrahi. Relictus enim ſinus callo implebitur. Si fragmentum parum cum membranis cohaeret, id ſcalpello, vel forfice, praecidi poteſt.

* Forcipem delineauit GARENGEOT *des Instruments T. II. pag. 233.*

§. 1231.

Indicium oſſis repoſiti eſt dolor et punctionis ſenſus ſublatus, atque, ſi membrum alteri aequale eſt.

§. 1232.

Nec vero, ſi membrum deligandum eſt, adeo neceſſaria ſunt medicamenta, niſi inflammatio, vel alia noxa, acceſſerit. Veteribus in more erat imponere emplaſtrum, praecipue id, quod, ad hos vſus compoſitum, catagmaticum vocatur. Illud vero minus opportunum eſſe, ſcire licet, quod nimis reſinoſum exſpirationes cohibere, et carnes nimium mollire, ad glutinanda vero oſſa haud quidquam facere, poteſt. Qui emplaſtris ſuam fidem addixerunt, illi vti poſſunt compoſitione FELICIS WÜRTZII, defenſiuum viride vocant Chirurgi *. Emplaſtra non totum membrum debent circumire, ſed neceſſe eſt, vt in membro aliquid, quod iis non contegitur, relinquatur. Fere melius eſt, ſi os fractum inuoluitur linteolo ſimplici paulo latiori, in vino, vel ſpiritu vini, tincto, quod ex altera parte in longum ſectum, ea, qua integrum eſt, fracturae iniicitur, ita, vt capita et priorem ac integram linteoli partem atque membrum circumeant et comprehendant.

* FELIX WVRTZENS Practica der Wundarzney p. 425. No. I. Diſpenſator. Argentorat. p. 75.

§. 1233.

Super hoc linteolum iniiciuntur faſciae. Prima, breuiſſima, circa fracturam ter voluta, ſurſum verſum,

cochleae in modum fertur. Altera, priori aduers etiam super fracturam incipit, deorsum tendit, atqu iterum ad fracturam reuersa, circa eam semel atqu iterum voluitur, et in superiori parte vltra priore fasciam finitur. Superaccommodantur ferulae, quibu submittuntur oblongi densique panni, vel splenia, omnia vinciuntur fascia, vel, id quod magis opportu num est, angustioribus valentioribusque ligulis.

† Artus fractos deligandi rationem a PLATNERO descriptam quae et vetustissimis temporibus adhibita est, hodie plurim chirurgorum artis frequenti vsu clarorum reiiciunt, quo et fasciarum longarum applicatio satis arcta non sine ossium fractorum dimotione quadam fieri, neque tamen ad ossa i situ et nexu retinenda quicquam prodesse possit, et spe fere omnis ponenda sit in recte accommodatis feruli. Itaque non iis, sed fascia duo de viginti capitum, artum ob voluunt, siue cum vulnere mollium partium complicata sit siue simplex fractura. Iisdem rationibus nixi alii poterun fascias omnino omnes contemnere.

§. 1234.

Ita vero circumponendae sunt ferulae, ne venas maiores comprimant. Nam, hoc si incidit, tumor nascitur (728. 729). Nec fasciae, nec ferulae, nimis adstringendae sunt, quia id, quod nimis adstrictum est alienatur, et gangraenae opportunum est. Si vero fascia non satis continet, ossa iterum e sede sua elabuntur. Si ligulae et fasciae laxae visae sunt, oportet illas iterum attrahere. Membrum vero, praecipue brachium, cum id deligatur, protinus ita inclinandum est, vt ante figuratum sit, ne postea suspensum, aliter, atque cum deligabatur, inclinari oporteat, et ne quidam musculorum violenter, et magis, quam alii, adducantur (1111).

† Materia, e quo ferulae fieri possunt, est varia admodum. Aliae parantur ex charta conglutinata plus minus densa et crassa; aliae ex corio denso et crasso; aliae ex ligno tenui, aliae ex metallo mallei ictibus ad flexilem tenuitatem ita redacto, vt formam variam accipere possint, sed tamen satis

tis resistant. Ex stanno paratas quidam aliis praeferunt. LOEFLERVS chirurgus in Saxonia inferiori clarus, iubet eas parari e linteo et virga balaenaria, fere vt thoraces (*Schnürbrüste*) vulgo componuntur. Hoc genus caeteris eo praestat, quod elasticae sunt satis, nec tamen nimium resistunt, humiditatem ferunt. Binis opus est, quarum altera altera duplo latior est. Latior in regione artus inferiori, altera in superiori adhibetur. Ita autem adaptari artui debent, vt eum totum comprehendant, artus longitudinem aequent, et in capitibus necessarios, et articulis accommodatos arcus repraesentent. Cruribus et femoribus fractis recteque compositis quoque accommodant ferulas ex ligno metallove, minus tenues de his vid. THEDEN in SCHMVCKERI *Vermischten chirurgischen Schriften*, Vol. I. De illis RICHTERI *Biblioth. chirurg.* Vol. V. E quocunque autem materiae genere paraueris ferulas, semper tamen aeque longas atque artus, quibus applicantur, esse, et circa loca articulorum commodissime, sine vlla aegroti molestia, sedere debent. Hoc genere munitus artus subinde alium positum accipere potest, sic vt modo extensus sit, modo aliquantum flectatur, neque tamen metus sit, ne ossis fracti capita, recte composita, ab mutuo contactu recedant.

§. 1235.

Quomodo agendum sit, si, cum ossis fractura, articulus excidit, qui casus ex difficilioribus est, supra (1119) retuli.

§. 1236.

Membrum deligatum continendum est, vt per quietem ossa fracta, increscente callo, glutinentur. Igitur, si, vel iugulum, vel humerus, vel brachium, vel ipsa manus, fracta fuit, brachium suspenditur, et, vel mitella, vel canaliculo, excipitur. Necesse est, brachium suspensum, ad latus leniter, pollice paululum ad pectus inclinato, deligari, qui naturalis brachii habitus est. Per haec enim fit, vt membrum minime moueatur. Ne etiam hoc fiat, dum homo forte digitis aliquid prehensurus est, manus pilam contineat. Etiam pes coniicitur in canalem ligneum excisum, cuilibet homini eiusque membro accommodandum *, in arculam PETITI **, vel in linteum valens, quod

vtrinque duo bacilla habet, ſtramine linteoque ob luta ***. Habere debent haec omnia a planta mor quae pedem ſuſtineat, cui, ne offendat, inſternen eſt denſior molliorque pannus. Calci ſubmitti culcitellus in medio depreſſior et ſutura diuiſus, habena mollior in duo capita, parum adſtricte, remiſſius, glomerata. Nam neceſſe eſt, vt calx m liter cubet. Super membrum collocatur arcul quo ſtragula, ne membrum premant, ſuſtinent Alia membrum vinciendi ratio eſt, ſi fracturae vul acceſſit, de qua infra dicam.

* Excidendus eſt ligneus truncus, ita, vt is membro faſ ſuis et ferulis inuoluto reſpondeat, et hoc commode cipiat. Talis canalis fere neceſſarius eſt, vbi fractu vulnus acceſſit, et ob id faſcia adhiberi debet, quae de viginti capita habet, quippe quae non ſatis fr continet.

** Vid. Hiſt. A. R. Sc. MDCCXVIII. pag. 396. *des Malac des Os*, pag. 285. GARENGEOT *des Inſtrumens*, Tom. pag. 324.

*** Gallis *les Fanons*, Germ. die Strohlade, vide BA Tab. XV. pag. 239.

§. 1237.

Deligato collocatoque ſic membro, ſanguis lon us inde, vbi noxa, et metuenda inflammatio eſt, mi debet. Primis diebus fames imperanda eſt, vel abſ nentia a fame propior. Vbi autem, leuata inflamm tione, increſcere coepit callus, liberalius alimentu commodum eſt. Nec tamen hoc iunioribus ad neceſſarium, quam ſenectute confectis. Faſcia an decimum quartum diem non reſoluitur, niſi aliquo ex inflammatione periculum ſit. Oſſa tamen, quoru magna varietas eſt, citius tardiuſque ſaneſcunt et cal firmantur. Quod ſi autem faſcia reſolui debet, opu eſt duobus miniſtris, qui ea ratione, quam ſupra (111 1228) praecepi, in diuerſa contendunt, et oſſa no tam extendunt, quam in ſede ſua continent.

§. 123

§. 1238.

Vbi ſuſpicio eſt, os in longitudinem fiſſum eſſe 1124), protinus plurimum ſanguinis inciſa vena ſub:ahi debet. Imperanda eſt quies et abſtinentia, pro i corporis, longiſſima. Vinum, et valentioris generis otio, per omne tempus aliena eſt. Non, niſi ſublata nflammatione, et conquieſcente dolore, victus paulo lenior dari debet. Parum proficiunt medicamenta, uae diſcutiendi vim habent, ſi ſuperdantur.

§. 1239.

Si autem os cum vulnere fractum eſt, et ſanguis ex ıoc cum impetu ruit, is protinus ſupprimendus eſt. Conquieſcente ſanguine membrum extendendum, oſſaque reponenda ſunt. Omnia curioſius agere oportet, ıe vulneri noua iniuria accedat. Poſtquam huic, quae donea ſunt, impoſita fuerunt, membrum prius linteo nuoluendum eſt lato, quod faſciae reſpondet, et ·trinque ſemel ad medium fere in longum inciſum eſt. Confert, hunc pannum in liquore (1232) tinctum eſſe. Superiniicitur faſcia ad id aptata, quae duo de viginti capita habet. Haec capita ita collocantur, vt vtrinque non ſolum membrum vulnusque comprehendant, ſed etiam vnum caput alterum, quod oppoſitum eſt, contineat. Superaccommodandae ferulae ſunt. Quoniam autem illa vinctura, quam hic propter purgandum nutriendumque vulnus adhiberi conuenit, fere laxior eſt, et propter id etiam faſcia quotidie reſoluenda eſt, cura adhiberi debet, vt membrum recte collocetur. Id optime fit, ſi in canalem ligneum exciſum (1236*) coniicitur. Vbi faſcia reſoluitur, membrum a duobus extendi et ita contineri debet, donec id, impoſitis etiam ferulis, deligatum fuerit (1234. 1237). Id tanto magis neceſſarium eſſe ſolet, ſi obliqua fracta nulli retuſo innituntur, et metus eſt, ne, contractis muſcu-

musculis, vnum os super aliud efferatur. In hac ratione perseuerandum, donec vulnus glutinatum os callo firmatum fuerit.

§. 1240.

Si super fracturam inflammatio oritur, et hanc su-puratio sequitur, cura habenda est, vt puri exitus tur. Pus enim adipem et cellulosam tunicam, qu inter musculos est, perrumpit, et oriuntur fistu (944). Id auerti potest, si membrum ita collocat vt pus efferri queat. Etiam hoc exprimitur, si pr cipio sinus, vel fistulae prius purgatae, imponunt panni densi gradatique (24) et fascia adstringunt (18). Vbi iam sinus altius penetrauit, commode, missso specillo, ad vltimum eius caput inciditur cu (478. 953), vt pus exitum habeat.

§. 1241.

Ossa vero conferuent illo succo, quo aluntur, q in callum duratur, et quasi ossis cicatrix est. Cal etiam rimae et foramina inter ossa, quae inter se n cohaerent, implentur et glutinantur. Callus aute interdum nimius, et non ad sanitatem tantummod sed etiam ad tumorem, increscit, ita, vt locus tume et membrum indecorum fiat. Hoc iunioribus pr caeteris incidit, qui victu pleniori humidoque vtuntu si laxior vinctura adhibetur. Quare in his fascia, qua tum potest, adstringenda est, et imperandum, vt plur mum cibo dematur. Vbi callus vetustate confirmatu est, is raro extenuatur. Num hoc sperari possit, emplastrum oxycroceum, vel Vigonis, cum mercuri imponitur et adstrictius alligatur, experiri quilibe potest.

§. 1242.

Aduersus dolorem (447. ad 453), inflammationem (28. ad 101. 156. ad 168), gangraenam (169. ad 205) spasmum

pasmum, neruorumque distentionem (455), ea profi-
ciunt, quae alibi praecepi. Si haec ab acutioribus fragmentorum capitibus et pungentibus aculeis pro-
fecta sunt, oportet protinus ossa committere, et omnia, obseruatis iis, quae supra (1231) comprehensa sunt, recondere. In his magnus inflammationis et suppurationis timor, atque ob id nihil magis necessarium est, quam, vt sanguis protinus, et iterum, mittatur (1237).

§. 1243.

Interdum membrum non tam dolet, quam prurit, id quod oritur, si emplastra superdata fuerunt, vel vnguenta adhibita, nec non, si impositi panni sordidi et pure ac sanie obliti sunt. Etiam illud incidit, si ferulae nimis coarctantur. His, si origo non ignoratur, facile occurri potest. In omnibus adhibenda munditia est. Sordes commode absterguntur liquore, qui aquam habet et alcohol, vel aqua vulneraria (480).

§. 1244.

Si in membro, quod deligatum est, oedema (729) oritur, vel gangraenae (182. 1235) timor est, ferulae et fasciae resoluendae, et, si ossa recte reposita fuerunt, aliter superaccommodandae sunt.

§. 1245.

Membrum tenuius, quam ex consuetudine, fieri potest, si id adstrictius vinctum fuit. Hoc si post fracturam sanatam deprehensum est, conuenit balneis vti, et membrum etiam plurimum perfricare (conf. 1116). Multum iuuat exercitatio, et si membrum, quod extenuatum est, si potest, per se, sin minus, per alium, mouetur. Multum etiam proficit thermarum stillicidium (1217), et, si cutis vrticis caesa exasperatur. Etiam vtiliter admouentur cucurbitulae. Vete-

res

res candens ferramentum impresserunt. Experim- tum fieri potest, et membrum in animalis viui, vel cens mactati, incisum ventrem demitti atque fo per huius naturalem vaporem, id quod recenti re pr esse potest. Haec non statim, sed paulum saltem, vant, et profectus tempore expletur, quare diu in curationibus perseuerandum est.

§. 1246.

Vbi ossa etiam conferbuerunt, locus diu per candus est liquore, qui alcohol habet. Imponi eti per tempus potest emplastrum oxycroceum.

§. 1247.

Haec communia sunt, alia vero propria. In n bus ossa frangi solent, modo aduersa, modo e late Crebrius vulnus accedit, et fragmenta, quae desec runt, vrgent laeduntque membranam, qua nares int cinguntur, quam grauibus inflammationibus afficiu Ex hac re suppurationes, vlcera, polypi (776), nascu tur, et ossa etiam vitium contrahunt (1032. 104 Expedita huius fracturae cognitio est. Nam si adu sa fracta sunt, ea vtrinque desidunt, et difficulter sp ritus trahitur.

§. 1248.

Qui curabitur, in aduerso sedili collocandus est, a posteriori parte minister caput contineat. Specillu vel aliud ferramentum paulo plenius, mollioribus namentis cinctum, in nares demittitur, et, eo subiect atque extrinsecus digitis prementibus, quicquid des dit, excitatur et in sedem suam reponitur.

§. 1249.

Peius est, vbi, aut cuti, aut interiori membrana vulnus accessit. Hoc curare oportet medicamentis non aliis vero, quam, quae ossibus inimica (523) no

sunt

unt, quae plerumque in his casibus nudata esse solent:)ptime liquori illi, vel aquae vulnerariae, pauciores uttulae essentiae myrrhae et mastichis adiiciuntur. Hoc medicamentum, vel essentia vulneraria Stahlii 387. 592), in nares coniiciuntur, id quod specillo inamentis inuoluto fit, vel etiam spiritu attrahitur. i os iam vitiatum est, adiici potest parum olei caryohyllorum.

§. 1250.

Quidam censuerunt pinnas, vel fistulas plumbeas, nollibus linamentis, emplastroue, circumdatas, intus n nares iniicere, quae desidere ossa non sinunt. Haec ero raro necessaria sunt, quod ossa, si in sedes suas xcitata sunt, plerumque consistunt, et non facile iterum excidunt: Fistulae etiam et pinnae, quamuis intus auae sint, spiritum fere intercludunt, et membranam tiam offendunt. Extrinsecus vtrinque naso imponuntur panni, et his superaccommodatur charta denior glutinata, ita, vt haec paululum emineat. Omnia ontinentur circumdata fascia.

* Huius etiam varii modi sunt. Fere commodissima est, quae ex habena fit, et quae, in medio et vtrinque in longitudinem scissa, fundam repraesentat. A media fascia, quae ibi in longum secta est, incipiendum est, vt pars suprema iniiciatur inferiori naso, pars inferior supremo labro. Sic enim aditus ad nares manet. Quatuor, quae habet, capitum duo superiora ad ceruicem, et ab hac, per vtramque genam et nasi radicem tendunt, vbi vnum super alterum fertur, vtrumque vero caput hominis circumeundo finitur. Reliqua duo capita per ceruicem, et ab hac, per supremum hominis caput, circumaguntur, et priora comprehendunt. Alia fascia, quae accipiter MENECRATIS (15 ****) appellatur, est linteolum, aut panniculus triquetrus, qui infra duo foramina habet, quae naribus respondent. Supra ei assuta est habena breuior, ab vtroque vero latere alia longior. Superior per nasum frontemque ad ceruicem datur, illae vero, quae a latere sunt, vtrinque ad ceruicem, et ab hac per genas ad nasi radicem, non aliter procedunt, ac de prioris fasciae capitibus dictum est, et tum hominis caput, tum supremam illam habenam, amplectuntur. Habenae, quas oportet angustiores

res esse, ita super genas volui debent, ne iis oculi con gantur.

§. 1251.

Proprie etiam quaedam de maxilla inferiori dice da sunt. Nam et haec interdum vehementiori ict praecipue calcitrantis equi, frangitur. Plerumq ossa etiam fracta non inter se recedunt, sed consistu Vbi autem ossa vehementer vexata et e sedibus su mota sunt, casus multo asperior est, quia neruus, q a quinto pari ad maxillam inferiorem, omnesque in dentes, pertinet, distenditur, quam rem magni dol res, neruorum per vniuersum corpus distentione cum aurium sonitu, sequuntur. Etiam rupta illa art ria, quae per maxillam discurrit et dentibus alimentu subministrat (1086), sanguinis profusio oritur, qu difficilius supprimitur (248. 543).

§. 1252.

Si fracta maxillae ossa in suis sedibus remanen protinus accommodari vinctura potest. Si vero exc derunt, illa prius in suam sedem recondenda sun Homo ea ratione, ac supra de luxata maxilla scrip (1129), collocatur. Chirurgus digitos vtriusque ma nus, vel pollices, vel indices, linteolis inuolutos in o demittit. His ab ore, aliis extrinsecus a mento pre mentibus, fragmenta reponuntur. Superiniiciendum est linteolum spiritu vini madens et pannus densio cum charta glutinata, quae circum maxillam posita ei superaccommodatur et fascia continetur.

* Fascia, quae capistrum, Gallis *le chevestre*, dicitur, in vnum caput glomerata, et a summo capite orsa, ad capitis tempus dextrum deorsum et super fractam maxillam, et ab hac sursum versum per tempus sinistrum ad summum hominis caput, fertur, vbi ea primum fasciae caput sistitur. A summo capite illa retro ad ceruicem datur, et ab hac ad maxillam reuersa, hancque amplexa, cochleae in modum, per tempus dextrum ad summum caput, et ab hoc, iterum ad ceruicem, fertur. Vbi ab hac ad maxillam ventum est, iterum sursum tendit;

tendit; Retro data per ceruicem ad maxillam antrorſum fertur, et ſuper anterius mentum bis agitur, ita, vt hoc comprehendat, et poſteriora verſus agat. Tandem, poſtquam iterum deorſum ſub maxillam venit, hanc et caput ceruicemque priori ratione amplectitur, et vtrinque ſurſum verſum, cochleae in modum, ſeu per aſciam, aſcendit, et poſtquam aliquoties caput circuiit, in fronte finitur. Eidem vincturae etiam apta eſt habena, in duo capita glomerata, quae media ſub maxilla incipit.

§. 1253.

Eum, cui maxilla fracta eſt, oportet primis diebus, ec loqui, nec eſſe, cum metus ſit, ne, agitata maxilla, ſedibus ſuis moueantur fragmenta. Diu itaque aſſuendus eſt humidus cibus, veluti lac, iura, oua ſorbi-, iura gelata, atque in hoc victu et quiete perſeuendum, donec maxillam callus firmauerit. Si cum ctura vulnus eſt, hoc non aliam, quam, qualem dixi, ciam deſiderat. Nam haec oſſa, ſi ſemel repoſita nt, etiam, reſoluta faſcia, plerumque in ſuis ſedibus anent. Sanguinis miſſio neceſſaria eſt, ſi ictu ners affectus fuit.

[f] Vid. LE DRAN T. I. Obſ. 8.

§. 1254.

Etiam iugulum, ictu, caſuue ab alto, vel tranſuerm, vel obliquum, frangitur. Id ſcire licet, ſi humes, quem iugulum ſuſtinet, in pectus inclinatus eſt, ſi homo humerum leuare non poteſt. Etiam illa guli fracti pars, quae a pectore, et immobilis eſt, in le ſua manet, et ſuper alteram, quae ab acromio eſt, quae cum humero deſcendit, effertur. Res etiam ulis tactuque deprehenditur.

§. 1255.

Iugulum, ſi fractum eſt, nec alia ratione, nec mai negotio, reponitur, quam luxatum (1157), difficius vero in ſede ſua continetur. Peius eſt, ſi os obuum fractum, vel colliſum, eſt, et fragmenta a frag-

mentis recedunt, quae, ſi acuta ſunt, inciſa contra cu extrahi debent. Nam in hoc caſu, praecipue ea pa te, quae a pectore propior eſt, metus eſſe ſolet, maior arteria venaque, quae ſubclauiae dicuntur, vu nerentur. Vbi oſſa inter ſe committenda ſunt, non quod a pectore eſt, et immobile, deprimi, ſed hum rum attolli et retro dari oportet.

§. 1256.

Repoſitis omnibus, in illos ſinus, qui in macilent ſupra infraque iugulum ſunt, commode coniiciunt linamenta ex albo oui expreſſa, quae, vbi arida fac ſunt, ad iugulum in ſede ſua continendum plurimu faciunt. Opponitur oſſi fracto pannus denſior, et per hunc, praeſertim, ſi quid ab aliqua parte emine iniiciuntur duo ſplenia, quae tranſuerſa poſita figura literae X accipiunt. Vbi vero iugulum deligandu eſt, diſſimilis caſus quaedam diſſimilia requirit. Na ſi os tranſuerſum fractum idque repoſitum eſt, in pri rem partem humerus adducendus, cubitus autem poſteriorem propellendus eſt. Si vero os obliquu fractum eſt, humerus retro dandus, et brachium pau magis in priorem partem promouendum eſt. Et ſciae iniiciendae, et eadem facienda, quae ſupra (115 comprehenſa ſunt. Maior cura adhibenda eſt, vt h merus recte collocatus ſit. Quare brachium non ſ lum mitella, vel canaliculo, ſuſpenſum, ſed humeru etiam ad latus adductum, atque ad id faſcia deligatu et immobilem eſſe oportet (1161).

† Ad commodam atque felicem ſanationem fracti iuguli nul re magis opus eſt, quam humeri ſummi retractione. Qua cum hactenus notae rationes faſciarum vix ac ne vix qu dem ſat effeciſſent, BRASDOR in *Monum. Acad. R. Chir.* V. deſcripſit et pingi curauit aliam, et commodiorem et ce tiorem. Eſt genus thoracis, quod non pectus ſed dorſu tantum modo contegit, quod in parte ſuperiori vtrinqu ligamen ex corio adſutum habet, in parte vero inferio vtrinque clauus vncinus eſt. Ligamina illa per axillas a ſum m

mo humero ducuntur per clauos vncinos; quo fit, vt fere pro lubitu et necessitate rei retro agi humeri cum scapulis queant. Imaginem fasciae vid. in L. c. itemque in RICHTERI *Bibliothec. chir.* Vol. III. P. I. In eiusdem Bibliothecae Vol. V. P. I. EVERS, Chirurgus haud ignobilis, in fascia ea nouauit nonnihil, idque icone addita oculis legentium subiecit, atque curationum ea perfectarum triadem enarrauit; quas legisse haud poenitebit.

§. 1257.

Latum os scapularum etiam ictu frangitur colliliturque. Si spina, quam id habet, transuersa fracta uit, fragmenta in suis sedibus manent. Si vero ossis enerior pars collisa fuit, saepe aliud fragmentum suer aliud effertur. Minus periculum huius fracturae sse solet. Vbi vulnus accessit, aliquando superuenit mphysema (519. 621 *** 644).

§. 1258.

Fragmenta suis sedibus mota digitis prementibus econdenda sunt, ad quod necessarium est, vt, quanum fieri potest, humerus in partem priorem interioemque porrigatur, ita, vt hominis cubitus naso aduerus sit. Minister ita continere debet humerum, quo hirurgus ea, quae emota sunt, in sedes suas dare posit. Interdum vero res cogit, incidere scalpello cuim, et fragmenta extrahere. Superimpositis idoneis ensioribusque pannis fascia iniicitur, et brachium ita d latus deligatur, vt humerus supremus in priorem artem adducatur, cubitus vero retro detur.

* Si dextra omoplata fracta est, fascia primum sub ala sinistra obuoluta, per pectus super humeri dextri caput fertur, quod comprehendit, et per pectus eadem ratione ad alam sinistram tendit. Bis ita circumagitur, et humeri in priorem partem attrahuntur. Tandem vero, fascia humeri sinistri caput amplexa, ad omoplatas tendit, circa quas eadem ratione et paulo laxior circumagitur, vt eas contegat, et pannos impositos contineat. Humerus autem fascia ad latus, et brachium mitella ad ceruicem, deligari oportet, vt membrum sine omni agitatione contineatur.

§. 1259.

In ſcapula etiam ictu illato frangitur ille maior et lateſcens proceſſus, quem acromium vocant. Tactu id cognoſcitur. Si humerus parum leuatur, fragmenta quidem facile committuntur, multo facilius vero iterum excidunt. Faſcia iniicienda eſt, quam ſupra luxato humero (1176) idoneam dixi. Ad ceruicem brachium paulo adſtrictius et ita deligandum ſuſpendendumque eſt, vt illud minime moueatur.

§. 1260.

Coſtae vel media gibbaque parte ita franguntur, vt fragmenta, in interiora inclinata, pleuram offendant. Nonnunquam illae totae perfractae ſunt, ſaepe autem non ſuprema, ſed interior, earum pars, quae rara eſt, laeditur, et exaſperatur. Quod vbi incidit, grauis mouetur inflammatio, quam febris ſequitur, cum ſpirandi difficultate, dolore, ſuppuratione, et aliis periculis. Etiam ſanguis exſpuitur, et emphyſema (519. 619. 644. 1257) oritur, maxime, ſi fractura cum vulnere eſt *. Euenire etiam poteſt, vt a fragmentis laedantur arteriae venaeque intercoſtales, quae res interdum mortem maturat (643).

* Vid. LE DRAN T. I. Obſ. 29.

§. 1261.

Si igitur coſtae perfractae et intus datae ſunt, interdum licet eas in ſuas ſedes reſtituere, ſi illae et ea parte, qua cum ſpina, et altera, qua cum ſterno, committuntur, multum premuntur. Imperandum eſt aegro, vt is, dum ſic coſtae vtrinque premuntur, ſpiritum contineat, id quod propter dolorem difficile eſt. Interdum, ſi coſtae in antiquum ſtatum haud reuertunt, res cogit, cutim, muſculos, pleuramque incidere et demiſſo digito coſtas in ſedem ſuam excitare (650). Vbi deligantur, coſtarum extremis imponuntur

multi

multi densique panni, et iniicitur fascia, quam mantile cum suspensorio vocant (623. 700. 1139). Sanguinis detractio, fames, quies, et alia, quae aduersus inflammationem maxime valent, in aliis vtilia, in hoc asperiori casu, valde necessaria sunt (626).

† Splenia illa extremis costae fractae partibus imponenda habeant longitudinem et latitudinem pollicum trium, crassitiem duorum, et ne loca sua relinquant, fascia circumducta acu et filis firmanda in ipsis est. Ista autem deligandi ratio non semper protinus adhiberi potest. Nam si pulmo a spiculis fracturae laesus est, fit, vt §. 1260. dictum, emphysema non raro amplum admodum. Hoc igitur antea discutiendum est. Discutitur autem, si in loco fracturae imponitur splenium tres pollices latum longumque, duos vero crassum, atque antea expressum ex humore, qui ex albumine ouorum, pauco sale et aqua compositus est. Id fascia firmatum et appressum relinquitur spatio horarum viginti quatuor. Et quia tumor subsidet, fascia, quoties relaxata videtur, non quidem mutanda sed plica subinde facienda, atque acu filoque stabilis reddenda.

§. 1262.

Raro costae ita franguntur, vt in exteriorem partem et cutim versum erumpant. Hoc accidere potest, si pectus vtrinque valentius comprimitur. Hoc fracturae genus minus periculi habet. Manibus digitisque costas ea parte, qua perfractae sunt, interposito vtrinque pollicis spatio, deprimi oportet, et in suas sedes compelli. Obiicitur ea parte, qua costae fractae eminebant, pannus densus, et super hunc duo splenia, quae, transuersa posita, figuram literae X accipiunt.

§. 1263.

Si arteria, venaue intercostalis, rupta fuit, et ex ea sanguis cum magno periculo fluit, noua plaga facienda, et arteria, vel lino vincienda, vel digito et admotis linamentis ex alcohol expressis comprimenda est, eademque facienda, quae supra (643) comprehensa sunt.

* Nouum ferramentum mihi oblatum est, ad comprimendam arteriam intercostalem aptatum, cuius iconem vide fig. XIX.

§. 1264.

In vertebris interdum illi processus spinosi, quos i posteriorem partem exigunt (1131), franguntur. Qua res etiam facit, vt homo in anteriorem partem subir de nitatur. Si illi aliquo modo effracti cum vertebri cohaerent, oportet eos excitare, et ad latus ponen pannos densiores, et superiniicere fasciam (1261). S processus totus perfractus labat, fere melius est, cutin contra incidi et eum educi.

§. 1265.

Casus multo asperior est, si ipsae vertebrae perfra ctae et medulla violata est. Ea enim pericula sequun tur, quae supra (1135) retuli. Nec vlla plerumqu huius rei curatio est *. Idem casus manet eos, quo rum os sacrum transuersum perfractum est. Exterio res partes, si fractae sunt, non tamen valde collisa vinciendo seruataque quiete glutinari posse existime De coccyge supra (1151. ad 1153) dictum est.

* Commemorabilem historiam de viro cum vertebrae fractu per octo annos superstite vid. in Ephem. Nat. Cur. Cent. Obs. I.

§. 1266.

Quod si ex pectoris osse quid fractum sit, is locu maioribus periculis expositus esse solet. Nam, si totum casus perrupit, grauis pleurae et mediastini in flammatio et suppuratio, et vitae periculum, sequitu (717). Etiam os illo loco valde rarum aliis iniuri sub tenui cute expositum est, et hac occasione vitiu contrahit. Hoc si incidit, tumores supernascuntu qui ad suppurationem spectant, et mala vlcera cun carie relinquunt. Si aliquid ex osse insedit, illud in cisa cute excitandum est, obseruatis omnibus, quae su pra (558) praecepi. Si os confractum, nisi alio for mine facto excitari nequit, illud modiolo excidi potes quae curatio necessaria est, vbi sub osse in mediastin

quo

uod hoc loco cellulosam tunicam inter duas membranas mediam habet, pus, vel alius humor, confluxit *. Caetera eadem fiunt, ac de ossibus vitiatis praecepi 1046. ad 1064).

* Hoc morbo laborauit ipse AVINZOAR, qui eum diserte describit Lib. II. Cap. VI. de *Apostematibus, quae fiunt in panniculo, quod diuidit pectus in longitudinem in duo.* Vid. plura in FREIND'S *History of Physick* T. II. p. 91. et in Operibus p. 494. De perforato sterno vid. Obseru. in Commerc. Liter. MDCCXXXI. p. 281. et MDCCXXXIII. p. 410.

§. 1267.

Nec multa de humero, si is fractus est, proprie dicenda sunt. Homo collocatur in alto sedili, et membrum, quod parum attollitur, lentius intenditur a duobus, qui humerum comprehendunt et in diuersa contendunt. Raro necessarium est, vt hoc habenis fiat, quibus humeri superius inferiusque caput deligantur. Si os transuersum et ita fractum est, vt vnum os super alterum consistat, necesse est, vt brachium, quod vel mitella, vel fascia, vel canaliculo excipitur, adstrictius et ita suspensum sit, vt paulo magis attollatur. Vbi autem os obliquum fractum est, haec vinctura laxior esse debet, vt membrum magis dependeat. Si iuxta superiorem articulum fractura est, illa opinionem luxati ossis facere potest, et articulus in periculum venit, ne rigescat (1214. 1226). Illi loco non satis apta est habena, quae circa membrum voluitur, quare adhiberi potest fascia, quae duo de viginti capita habet (1239).

† Os humeri in superiori parte, haud procul a collo suo fractum eam rationem fascias applicandi, qua id in medio fractum curatur, haud admittit. Adhibenda est puls aliqua, breui siccitatem contrahens. Paratur vel ex bolo, vel gypso, vel amylo, albumine oui cum pauco vini aceto, satis spissa quidem. Ita paratam pultem excipit linteum quadruplex quatuor digitos transuersos latum. Et hoc circumdatur loco ossis fracti, antea recte compositi. Humerus vero fascia latiori satisque longa, vt et truncum et humerum aliquoties circumire possit, trunco ita applicatur, vt et cubitus flexus sit, neque humerus sine cubito, neque hic sine illo

moueri queat. Itaque fit, vt truncus vice ferularum optime fungatur. Humeri summitas pulte eadem illa contegitur. Post tres quatuorue dies resoluitur fascia illa, splenium vero cum pulte illa dissecatur, aliudque ex saturata mur expressum in eius locum substituitur, iterumque fasciam similem adhibendo humerus trunco corporis applicatur. Verum ea omnia ita fieri debent, vt ne humerus vllo modo aut eleuetur aut moueatur. De his aliisque huc pertinentibus vid. *Monument. Acad. R. chir.* Vol. V. itemque *Consultations* &c. par LE DRAN.

§. 1268.

At, si brachium fractum est, inprimis considerare oportet alterum os, an vtrumque comminutum sit. Quod enim integrum est, alteri auxilio esse potest. Illud cognoscitur, si membrum manu comprehenditur et altera manu hominis palma in pronum atque supinum conuertitur. Nam os, quod integrum est, supprementibus digitis consistit, et renititur, fractum iisdem cedit. Illud ligamentum, quod inter ossa medium est (1184) os fractum ad alterum adducit.

§. 1269.

Valentius extendi opertet membrum, si vtrumque os fractum est. Si vero radius solus perfractus est membrum parum, et ita, intenditur, vt manus inclinetur ad minimum digitum, ad pollicem vero, si in cubito accidit. In continendis ossibus omnia curiosius et paulo magis adstrictis fasciis ferulisque fieri oportet, si duo ossa, eaque obliqua, fracta sunt. Nam vbi alterum integrum est, plus opis in hoc, quam in fasciis ferulisque, esse solet. Panni valde angusti, sed densi ac multiplices, nec non similes ferulae, vtrinque inter duo haec ossa super ligamentum, quod inter ea medium esse dixi, imponenda sunt, nihil vero horum supra infraque et super ipsa ossa dandum est.

§. 1270.

Quod si ex palma, manu, digitisque, aliquid fractum sit, nihil noui aliud curatio requirit. Ferulae digitis

digitis accommodandae ſunt, quae ex charta coacta glutinataque fiunt.

§. 1271.

Ex ſummo femore ceruicem frangi, ſupra retuli (1192), et notas etiam, quibus id ſcire poſſumus, exſecutus ſum (1196. 1197). Nunquam os ea parte vinciendo glutinari et membrum in antiquum ſtatum reuerti poteſt. Faſcia (1210) primis diebus iniicitur. Nec ignorari oportet, medium femur, maxime ſi illud obliquum fractum eſt, breuius fieri, quia id plenioribus et validioribus muſculis adducitur. Si in femore cum oſſis fractura carnis quoque vulnus acceſſit, id magnis periculis expoſitum eſſe interdum ſolet. Os enim, nec recte tractari, nec facile committi, nec ſatis contineri poteſt. Curioſius magnaque adhibita diligentia omnia agenda, et ferulae valentiores adhibendae, ſunt.

† De fracturis ceruicis femoris legatur LVDWIGII, quondam Ordinis Medici Lipſienſis Decani docta commentatio *de collo femoris eiuſque fractura*, itemque SABATIER Diſſertatio in *Monum. Acad. R. chir.* Vol. IV. calci adiecta.

§. 1272.

In patella quaedam quoque ſunt, quae notemus. Quibus muſculis ligamentiſque illa contineatur, alibi (1203) dictum eſt. Ea ſuper femur tibiamque innatans, nulli oſſi inhaerens, ſi articulus flectitur, ſurſum verſum, ſi extenditur, deorſum, mouetur. Plerumque tranſuerſa frangitur, id quod incidit, ſi homo, flexo articulo, lapſus, patellam ſaxo, vel alii duro, impingit *. Protinus fragmentum, quod ſupra eſt, contractis plenis validiſque muſculis ſurſum mouetur, et ab eo, quod infra eſt, multum diducitur. Hoc vitium difficilem curationem habet, quia illud ſuperius fragmentum non ſine negotio adduci, et alteri inferiori, quod in ſede ſua manet, iungi atque multo difficilius contineri poteſt. Maius periculum eſt, ſi pa-

tella a parte infima frangitur, vel, rupto illo ligamento (1203), diſtrahitur **. Proximus etiam articuli contracti rigeſcentiſque metus eſt, ſi plura fragmenta ſunt, quod vbi incidit, ſuperincreſcit patellae nimius callus, qui flexum poſtea prohibet. Maxime tolerabilis fractura eſt, ſi hoc paruum os in longum fiſſum fractumque eſt.

* RVYSCHII Obſ. Anat. chirurg. III. patellam a ſola valentiori extenſione muſculorum ſub flexu articuli fractam vidit. De fracta patella vid. PARAEVS de fracturis Lib. XIV. Cap. 22. et HILDANVS Cent. V. Obſ. 88. PVRMANNVS in Chirurg. P. III. Cap. 21. p. 858.

** Vid. *Tranſact. Ang. No.* 365. *p.* 44. *et in the Abridgement Vol. VII. p.* 678.

§. 1273.

Patellam tranſuerſam eſſe fractam, deprehenditur ſi medius locus inter fragmenta, quae inter ſe dehiſcunt, cauus eſt, id quod, et oculis, et tactu cognoſcitur. Quo vero patella iterum in ſedem ſuam reponatur, et fragmenta inter ſe iungantur, neceſſe eſt, membrum collocari in ſcamno, atque, quantum poteſt, extendi, depreſſo etiam miniſtri manibus femore, adductoque ab alio miniſtro crure. Hominem planta pedis contra parietem niti oportet. Interea Chirurgus fragmentum ſuperius manibus digitiſque leniter reducit, pertractatis etiam illis, quibus adhaeret, muſculis (1203) donec hoc cum inferiori poſſit committi.

§. 1274.

Vt vero patella ſic recondita poſſit coire, a variis varia excogitata ſunt *. Optimum eſt, ſi faſcia adhibetur, et patella vinciendo glutinatur **.

* PVRMANNVS orbem, quem ex filo ferreo et linamentis ſtruxit, adhibuit v. l. c. MASIERO *Opere Chirurgico Ragionamento V.* p. 198. vſus eſt duobus coriis valentioribus, quae membrum ſupra infraque comprehendunt. Addidit figuram; quae coria poſt ab aliis mutata fuerunt. GARENGEOT

GEOT *des Instruments T. II.* p. 300. machinam proposuit ferream. Sed his omnibus praeferenda est illa vinciendi ratio.

Popliti submittitur linteum, quod vtrinque duo bacilla paulo pleniora habet, quae stramine linteoque obuoluta sunt (1236). Ferula et splenium multiplex densumque proxime popliti submittitur, interque illum et linteum ponitur, quo arteriae venaeque, quae per poplitem descendunt, custodiantur. Inter membrum et bacilla vero ad latus eius poni debent multiplices panni, vel, quod fere melius est, plures, sed minores ac tumentes, puluilli. Super patellam coniicitur linteolum, quod, quadratum, sed vero et vtrinque, et in medio, in longum, fundae in modum, incisum est. Nam in medio etiam linteolum incisum esse oportet, vt, quamuis deligato membro, patella oculis pateat. Super supremam patellae oram transuerse collocarur pannus valde densus et multiplex, angustus vero et paulo adstrictius conuolutus. Super hunc iniicitur fascia, pollicem lata, valentior, medio orsa, qua et ille densior pannus et illa duo bacilla cum linteo circumdantur. Fasciae capita, vbi ex poplite supra illum densiorem pannum reuerterunt, dexterius sinistra, sinisterius dextra, procedunt, vtrinque autem sub poplitem tendunt, ita, vt ille densior pannus, et cum hoc patellae fragmentum, deorsum inclinentur et alterum fragmentum versum adducantur. Sub poplite iterum alterum fasciae caput super alterum fertur, et interea infra patellam super tibiae caput collocatur alius pannus, aeque densus, quam fascia, quae a poplite venit, simili ratione amplectitur. Fascia ter ad hanc rationem per poplitem illosque duos pannos circumagitur et adstringitur. Tandem super illud in medio incisum linteolum, ipsamque patellam, imponitur aliud duplex, quo os nudum contegitur. Illius vero prioris linteoli quatuor capita, et per haec etiam ille superior densiorque pannus ipsaque patella trahuntur, quae linteoli capita sistuntur eo, quod fasciae reliquum est, dum huius alterum caput a media patella sursum versum, alterum deorsum, cochleae in modum, serpit, tandemque finitur.

§. 1275.

In crure aeque ad rem pertinet, alterum os integrum manere. Vbi tibia fracta est, id tactu cognoscitur, vbi autem sura, id scitur, si, ea digitis pressa, pes in interiorem exterioremque partem conuertitur (1268). Sura si fracta est, etiam recte reposita, difficilius continetur, quare eius maiorem curam haberi con-

conuenit. Quoniam hoc membrum inaequale e fasciae, dum illud circumeunt, inuertendae sunt (1(vel id, quod cauum est, impleri potest densiorib gradatisque pannis. In planta digitisque nihil vlt fieri debet, quam, quod in his, quae sunt in man positum est.

SANGVINIS DETRACTIO PER VENAS.

§. 1276.

Incisa vena sanguinem mittere, expeditissimum vide tur, quod tamen aliquando, si venae latent, nequ facile reperiuntur, difficile, et non sine graui periculo est. Venis enim iunctae sunt arteriae, nerui, tend nes, et aponeuroses, quas partes omnes, si scalpellu attigit, plura genera sequuntur, in quibus noxa cor poris est (428. 448. 449. 426). Etiam metum facit si scalpellus altius demissus alteram partem venae per rupit, ita, vt ex plaga, quae subtus patet, sanguis fe ratur, et ἐκχύμωσις oriatur (712). Chirurgum, qu sanguinem mittendo curaturus est, oportet vel maxim talem esse, qualem CELSVS * requirit.

* Lib. VII. Praef. (vid. II. *).

§. 1277.

Ad id vtuntur hodie scalpello ancipiti, quem *Lanceolam* vocant. Hoc genus fere commodissimum est, quod id manu stabili recte demitti et ita dirigi potest, vt illo vena, non tam pertundatur, quam in- clinata paulum manu, incidatur. Commode etiam, si hoc genus adhibetur, vena sine periculo maiori plaga aperiri potest, quae necessaria esse interdum solet, vbi sanguis crassus coactusque euocandus est.

§. 1278.

§. 1278.

Aliud genus ferramenti, minus opportunum eſt, uo veteres vſi ſunt. (Germ. eine Fliete) Bacillum ıulo longius in extremo lateſcens et in aciem tenua-ım eſt. Id recipiunt inter duos digitos, aciem venae ıponunt et digito alterius manus in eam ſic depri-unt, vt ſimul cum cute etiam vena aperiatur.

§. 1279.

Alii vero huic ferramento accommodauerunt ela-rem, et, praeter hunc, eidem adiecerunt minorem minam, quae axim habet, quo, vt in torcularibus er cochleam, conuerſo, illa lamina attollitur et de-imitur. Lamina enim in extremo inflexa et in an-ılo inciſa eſt, per quam inciſuram deſcendit acies. amina ea parte, qua inciſa eſt, imponitur venae, qua ohibetur, quo minus acies elatere mota altius in enam deſcendere et eam altera etiam parte perrum-ere queat. Hoc ferramento minori dolore aperiun-ır venae in pede. Fig. XX. Eo ferramento vtatur iirurgus, cuius vſum habet.

§ 1280.

Si vena latet, digitus illi loco prius admouendus t, cognoſcendumque, an in propinquo ſit arteria, ıam cordis motu ſub digito attolli nemo ignorat. uo vero vena, quae incidi debet, infletur, et ſe oſten-ıt, oportet illam ſuper locum, quo aperienda eſt, ligare, et digito comprimere. In pede haec vinctu- fere ſuperuacua eſt, qua non tam venae, quam ti-a, ſura, et maior ille tendo Achillis, premuntur. id neceſſarium videtur, ſuper venam denſior pannus ni, et faſcia adſtringi, poteſt. Commodius eſt, pe-m in aquam bene calidam demitti. Etiam, vbi ve-e in brachio ſe non ſatis oſtendunt, ſpongia calida

ma-

madens ſuper illum locum, qui incidendus eſt, co
locatur.

§. 1281.

Venae in longum inciduntur, non ita bene tran
verſae, cum ſic inciſae non tam facile coeant. Ven
tamen exiles obliquas incidi interdum oportet,
craſſior ſanguis exire poſſit. Ob id etiam exped
venam infra cicatricem aperiri. Igitur, quibus ſangu
primum mittitur, iis vena, veluti mediana, in ſuprem
et a corde propiori parte incidenda eſt. Vena, ex qu
ſanguis detractus fuit, digito infra plagam comprim
tur, plagae imponitur panniculus quadratus, et ini
citur faſcia. Panniculum ex variis liquoribus expr
mere ſolent, reliquis omnibus vero praeſtare videtu
frigida aqua.

§. 1282.

Sanguinis detractionem requirunt potiſſimum tri
Si eius copia male habet, illa demitur. Interdum ver
hac detractione ſanguinis curſus auertitur, et in alia
partem euocatur. Obſeruatione enim compertum eſ
ex vlterioribus locis ſanguinem in eam partem, e
qua is miſſus eſt, aliquantum quaſi trahi.

* Sanguis mittitur propter euacuationem, deriuationem e
reuulſionem. De priori nemo dubitat. Deriuationem e
reuulſionem plures cum ſanguinis vitali motu et circuit
conſiſtere poſſe negant. Sed vero vena, ex qua inciſa ſan
guis effluit, minus ſanguini in eam per arterias influent
reſiſtit, quam, ſi illa integra eſt, et ſanguine plena. Ipſ
enim in vena contentus et compreſſus ſanguis alii ſucce
denti moram ponit. Igitur, quia maior in vena inciſa fa
cilitas eſt recipiendi ſanguinem, maior huius vis in eam
influit, quam in caeteras, quae integrae ſunt. Et haec eſt
deriuatio. Dum vero plus ſanguinis in venam inciſam, et
prius in arterias, fertur, ex quibus venae, quae ad inciſam
venam pertinent, educuntur, illud detrahitur ſanguini in
alias arterias fluibundo, quae res efficit reuulſionem. Plu-
rimum etiam confert illud vitale robur fibrarum, quod
tum arteriae, tum venae, tum etiam muſculi, aliaeque par-
tes, per quas hae diuiduntur, habent. Quemadmodum
enim omnis corporis viui pars, quae dolore, veluti admo-
tis

tis acrioribus, afficitur, in tumorem leuari et inflammari solet, id quod accidit, quia maior sanguinis vis fertur ad eas arterias, quas pars, quae laborat, habet; ita, si sanguini nimia copia peccanti vel propter perniciorem motum in febre aliisque occasionibus turgenti exitus incisa vena datur, is in eam ipsam partem, ex qua is effusus fuit, euocari videtur. Nam ille motus, quo plus humoris per vnam arteriam ac per aliam fertur, a solo corde proficisci nequit (31). Vid. GORTERI Compend. Tr. XLVI. §. VIII. p. 235. Per omnem vero aetatem maxima controuersia de eligenda vena in variis morbis, praecipue in curanda pleuritide, fuit, de qua vide RENATVM MOREAV de Missione sanguinis in pleuritide, qui, dum PETRI BRISSOTI Apologiam vitamque ederet, omnium medicorum sententias de hoc argumento exsecutus, dedit succinctam, sed doctissimam, Medicinae historiam. Haec controuersia quanta contentione VESALII tempore agitata fuerit, discitur ex literis SIMONIS PIETREI ad GVERINVM in Vita BRISSOTI l. c. p. 115. VESALIVS scripsit Epistolam ad NICOLAVM FLORENATEM, Caroli V. Imperatoris Medicum, de Vena axillari dextri cubiti in dolore laterali secanda, Montisferati MDXXXXIV. Libellum ideo adduco, quod a Celeberrimis Viris BOERHAAVIO atque ALBINO, qui VESALII Opera ediderunt, is fuit omissus. VESALIVS eius mentionem facit in Epistola de radice chinae, in Operibus T. II. p. 672. quaedam etiam habet DOVGLASSIVS in Bibliogr. Anat. p. 72. Confer, quae in doctissima commentatione de pleuritide habet Celeberrimus mihique amicissimus TRILLERVS Cap. II §. 30. p. 28. Inter recentiores, qui de hoc argumento scripserunt, inuenio HECQVETVM, SILVAM, MEVRISSEVM, CHEVALIERIVM, MORISSONVM, QVESNAIVM, MARTINVM, omnes Gallos, et BVTLERVM, Britannum.

† De *Deriuatione et Reuulsione a sanguinis missione impetrandis.* vdi. Dissertatio a me edita 1764.

§. 1283.

Igitur, si totius corporis et demendae materiae usa sanguis mittendus est, id commode ex brachio . Si vero sanguinis cursus auertendus est, confert, ım quam longissime, vbi laedit, mitti. Nec tamen ɔc perpetuum est. Nam interdum, in casibus re- ːntinis, et, si grauis noxa timetur, veluti, si calua- ı fracta fuit, vel etiam in ipsa pleuritide, satius est ːoximum locum prius exhauriri, et post in vlteriori-

bus

bus locis iterum ſanguinem detrahi. Si vero ſangui propius a loco, qui grauatur, emittitur, eius plurimum, et quantum aegri vires ſuſtinere poſſunt, detrahendum eſt.

§. 1284.

Etiam ſanguis, ſi aliqua parte cum periculo prorumpit, in corporibus plenioribus alia parte mittitur, vt, alio dato itinere, deſinat fluere, qua nolumus. Haec res prudentiam medentis exigit, ne aeger, quem vult leuare, effuſa omni vi praecipitetur.

§. 1285.

Etiam in aliis caſibus nocet, ſi nimium, multo ſaepius vero, ſi nimis parum, detrahitur. Non raro praeſtat, vbi haec medicina neceſſaria eſt, illam in biduum diuidere, quam nimia detractione corpus repente exhaurire et imbecillum reddere.

§. 1286.

Raro mittitur ſanguis ex venis, quae per frontem, tempora, et per oculi angulum, qui naribus propior eſt, feruntur. Ex fronte eum mittere nonnulli iubent animo deſipientibus. Illa vero, quae in cantho interno inter naſum et oculum eſt, inciditur, vbi diutius perſeuerat lippitudo. Venas, quae per oculi tunicam externam decurrunt, aliquando praecidendas eſſe, alibi (299. 312) docui *.

* Vbi ex fronte detractus fuit ſanguis, plaga deligatur faſcia, quam *ſcapham* vocant. In oculi angulo illa faſcia opportuna eſt; quae aliis oculorum morbis et fiſtulae lacrymali accommodata eſt, et quae dicitur *monoculus*. De temporibus protinus dicam, vbi docebo, qua ratione vinciendo glutinanda arteria ſit.

† Vena in cantho oculi interno ſubiectam habet arteriolam, quae ſi ſimul pertunditur, non leuem difficultatem chirurgo affert.

§. 1287.

Etiamnum venae aperiuntur, quae ſub lingua ſunt, ſi in variis anginae generibus fauces cum inflammatione

e intumescunt, et spiritus intercluditur. Parum tā-
ıen in hoc genere auxilii est, si minori plaga venae
ıciduntur. Si vero maiori, vel, si illae praecidun-
ır, nasci potest ex sanguinis profusione periculum.
anguis enim non facile supprimi potest. Nec enim
fficacius auxilium est, quam, si acetum, alcohol, vel
ius liquor; ad sanguinem supprimendum valens
410. 411), ore continetur.

§. 1288.

Valentior autem medicina aduersus varia morbo-
ım genera est, vbi sanguis ex venis colli, seu iugula-
bus, emittitur. Quo illae se ostendant, colli infe-
or pars fascia deligatur. Vena in longum inciditur:
ne negotio sanguis imposito panniculo et iniecta
scia supprimitur. Vsus huius medicinae praecipuus
se solet, si praeceps periculum est, velut perfracta
ıluaria, in phrenitide, inflammationibus grauioribus
culorum (305. 322), nec non in angina (1287):
emper vero, incisa iugulari, sanguis etiam iuxta talos
ıitti debet *.

* Vid. Doctissimi Viri TRALLES Comment. de Vena iugulari.

† Machinamentum ad compressionem venae iugularis secan-
dae idoneum ab CHABERTO inuentum vid. in *Monument.*
Acad. R. Chir. Vol. II. Tab. I.

§. 1289.

Ex brachio si mittendus est, inciditur frequentius
ıediana. Huic subiecta est aponeurosis bicipitis,
uam, si scalpellus attigit, inflammationes sequuntur:
asilicae, quam in dextro brachio hepaticam, in sini-
ro splenicam, appellant, iuncta est arteria et neruus:
ephalica tenuis conditaque vtplurimum esse solet.

§. 1290.

In corporibus plenis rarisque brachii venae inter-
um latent, quare aperienda alia est in manu. Ea,

quae, ex vena basilica educta, ad minorem digiti pertinet, dicitur saluatella, altera, a cephalica in piens, ad metacarpum tendit, et inter hunc et po cem descendit. Omnes hae venae frequentius in se per alias medias committuntur. Tenues sunt, quo magis prodeant, oportet manum in calid demitti.

§. 1291.

Crebrius autem iuxta talos inciduntur venae, minori periculo illa, quae, ex crurali educta, ad m leolum internum fertur et saphaena vocatur. Si ve res cogit, alias magis conspicuas aperiri, cura adi benda est, ne tendo laedatur. Quies imperanda aegro, ne, vel sanguis iterum erumpat, et ne, id qu crebrius incidere solet, plagae inflammatio sup veniat *.

* Hoc etiam ex aliis occasionibus fieri compertum est. acies scalpelli retusa, vel, si aqua, in quam pes demittitr impura est, vel si plaga spongia abstergitur, cui aren aliaeque sordes, adhaerent.

§. 1292.

Maior illa vena, quae ad colem per huius supr mam partem descendit, interdum, si membrum magr inflammatio cum tentigine tenet, aperiri pote Magna cura habenda est, ne neruus et arteria, qu etiam huic venae iunctae sunt, laedantur. Vena d tumescente membro coit, et comprimitur imposit panniculo atque iniecta fascia, illi simili, quam *vnicnte* vocant, de qua supra dictum est (515. 1205).

§. 1293.

Qualis curatio esse debeat, si scalpello arteria in cisa (446), vel neruus tendoque violatus (448. 449) vel ex vena ecchymosis orta fuerit, alibi dictum es (446. 454. 723. 724).

§. 1294

§. 1294.

Solent etiam ſanguinem mittere ex arteriis, prae-
oue iis, quae per tempora diſcurrunt. Nam, quo-
am arteriae non facile coeunt, non alia arteria teme-
incidenda eſt, quam, quae ſubiectum os habet, et,
ae ob id valentius poteſt comprimi *. Vtilis haec
guinis detractio eſſe ſolet, vbi maius periculum ex
oplexia naſcitur, vel, vbi maior oculi inflammatio,
ex magna lippitudine exulceratio corneae, timetur.
iam illa in hominibus plenioribus quandoque ad-
ſus amauroſin poteſt, et fuerunt, qui ſine manifeſta
ſa ſubito obcaecati hac ratione lumen receperunt.

* MARTINVS, Medicus Monſpelienſis, iubet etiam in deſpe-
ratis pectoris morbis arteriam, quae ad manum fertur, et
cui ſubiectus radius eſt, incidere. *Traité de la Phlebotomie
et Arteriotomie*, p. 481.

§. 1295.

Homo in ſedili collocandus eſt, ſic, vt caput in
erum latus inclinatum ſit. Is, qui curaturus eſt,
itum admouere debet, vt arteriam ſe attollentem,
: nimis tenuem, inueniat. Locum notare poteſt
mento. Demittitur in arteriam ſcalpellus, vel an-
s, vel, qui fere magis aptus eſt, alius. Tranſuer-
ion tam inciditur, quam praeciditur, arteria. Plu-
um ſanguinis ex ea detrahi debet.

§. 1296.

Sanguis vero, qui cum impetu erumpit (353), vbi
s fluxit, ſupprimendus eſt. Super ipſam plagam
itur charta maſticata, ex alcohol expreſſa, ſuper-
ponuntur panni minores valde denſi atque gradati.
inferiorem pannum coniicitur nummus, faba, vel
d quid durum (24). Ex faſciis vero non alia ido-
eſt, quam ea, quae *nodoſa* appellatur *.

* Haec, quam etiam *ſolarem* vocant, parum differt ab ea,
quam MEEKREN Obſ. XXXVIII. p. 165. delineatam dedit.

Habena valentior, sed angusta, pollicem lata, in duo ca ta glomerata, a medio et super plagam orsa, caput a plectitur. Vbi duo capita iterum super plagam, et h impositos pannos, venerunt, vnum super alterum, et su rius super verticem, alterum deorsum, super maxillam feriorem, ad alterius lateris tempus fertur, et ibi h capita aliquantum, sed parum, simplici nodo, adstring tur. Ab eo vero tempore duo capita iterum super loc veniunt, in quo plaga est, et super hanc inter se vincta paulo valentius adducta nodum accipiunt. Iterum h capita caput hominis circumeunt, atque, vbi super plag venerunt, alterum nodum super priorem accipiunt. Ead ratione tertius nodus nectitur, ita, vt nodus super nod collocetur. His autem fascia adstringitur et panni, aliaq quae plagae imposita sunt, valenter apprimuntur.

§. 1297.

Sanguis etiam mittitur, si cutis scalpello conci tur, et ei cucurbitula ita imponitur, vt, dum ea i haerescit, sanguis extrahatur. Cutis conciditur, v scalpello ad id aptato *, vel machina, in qua plu scalpelli elatere mouentur **. Super concisam cut cucurbitula aptatur, et, vt ea recte impressa inha rescat, prius in illam linamentum ardens coniicit Diducitur post cucurbitula, et, vbi sanguis nondu fluere desinit, spongia ex calida expressa extergunt plagae et noua imponitur cucurbitula. Plures, et versis partibus, et non solum cuti concisae, sed etia integrae, aptantur imprimunturque cucurbitulae, materiae cursus a nobili parte auerti debet.

* Vid. figura in HEISTERI Chirurg. Tab. XII. fig. 2.

** c. l. fig. 4.

§. 1298.

Antiquissimum hoc medicinae genus est, et qua saepe in morbis longis, praecipue oculorum, capiti aurium, plurimum profuit. Ad id quoque confug endum est, vbi in corporibus plenis rarisque nulla venae patent et sine periculo incidi nequeunt. Etiam haec sanguinis detractio, remedium est aduersus mag

no

›s laterum dolores, praesertim si his nulla febris ac-
ssit *. Obseruatione compertum est, cucurbitulas, incisa prius cute, occipitio vtiliter admoueri, si in pite acutus ac pestifer morbus est, veluti cephalaea, oplexia, neruorum resolutio, marcor, et inexpugna-
is dormiendi necessitas, praecipue, si haec vitia a nguine, non ab alio humore, nascuntur **.

* Vid. Diss. de Vena sine pari in MORGAGNI Aduers. V. pag. 83.

** Vid. Illustris AVGVSTINI FRIDERICI WALTHERI Diss. de scarificatione occipitis, Lipsiae Anno MDCCXLI.

§. 1299.

Quoniam sanguinis profluuium, quod ex naribus ntingit, saepe alios morbos leuat, non pauci, vt m ex naribus detraherent, varias machinas adhi-
erunt.

* Vid. ARETAEVS, de Cephalaeae curatione, in Morborum Chron. Curat. Lib. II. Cap. 2. p. 128. ALPINVS c. l. Lib. III. Cap. II. p. 168. Dissert. mea de Scarifat. oculorum.

§. 1300.

Alia ratione veteres, concisa cute, sanguinis mag-
m vim, praecipue ex pedum malleolis, extrahere liti sunt. Hoc auxilio, nisi id pluribus crudele vi-
retur, plures morbi tolli leuarique possent, praeci-
ie, vbi non tutum videtur, sanguinem ex vena mitti.

* Vid. GALENVS de Hirudinibus Cap. IV. T. X. Edit. Chart. p. 455. ANTYLLVS et APOLLONIVS in ORIBASIO Lib. VII. Cap. XIX. et XXI. in Collect. H. STEPHANI p. 315. et 317. Etiam AETIVS distinguit τὴν σικύασιν ἀπὸ τῆς ἐγχαράξεως Lib. III. Cap. 20 et 21. p. 50. Edit. Ald. Hanc medendi rationem in vsu esse apud Aegyptios, discimus ex ALPINO de medicina Aegyptiorum Lib. III. p. 166. seq. qui iconem addidit, et ex MANNO, qui epistolam de hoc argumento dedit ad HIERON. FABRICIVM AB AQVAPENDENTE. Hic enim, hanc medicinam in peste, et aliis grauissimis ac desperatis morbis, saluberrimam esse, experientia edoctus, profitetur. Eam autem, vt crudelem, repudiauit CORTESIVS Misc. Med. Decade VII. 281. Conf. FREINDS *History of Physick* P. I. p. 16. in Opp. p. 379. et Dissert. mea de Scarifatione oculorum.

S V F F V S I O.

§. 1301.

Suffusio, Graecis ὑπόχυσις, vel ὑπόχυμα, aliis Cataracta, dicitur, si vel lens κρυσαλλώδης, vel eius velamenta, tunica ἀραχνώδης, qua includitur, ὑαλώδης qua vitrei humoris sinus, cui lens insidet, cingitur quas naturaliter perlucentes esse oportet, opacae factae se luci opponunt, et hanc per sui medium haud transmittunt.

* Nemo ignorat controuersiam de hoc, quod ex frequentioribus est, oculorum vitio, et vera eius sede. Historiam post Celeberrimum HEISTERVM in Diss. de Cataracta et Glaucomate et PETITVM Medicum in C. A. R. Sc. MDCCXXV p. 8. singulari studio conquisiuit Doctissimus Vir MORGAGNVS in Epistolis Anatomicis XVIII. et XIX. quibus in VALSALVAE Dissert. II. Anatomicam commentatus est. Veteres enim, et inter hos CELSVS Lib. VII. Cap. VII. GALENVS Definit. Med. §. 363. T. II. CHARTERII p. 271. et in Introductione, quae ei vulgo tribuitur, Cap. XVI. c. I. pag 392. PAVLVS Lib. III. Cap. 22. p. 35. et L. VI. Cap. 21 p. 83. Ed. Ald. aliique fere omnes, existimauerunt, in humore aqueo inter vueam et lentem concrescere humorem, eumque paulatim indurescere. GALENVS et PAVLVS distinguunt ἀπὸ τῦ ὑποχύματος τὸ γλαύκωμα, in quo, naturalem lentis colorem in glaucum mutari, docent. Haec sententia per plura secula omnium medentium animis insedit, tum, quod illa autoritate GALENI, quam maximam fuisse nouimus, confirmata esset, tum, quod existimarent, omnem videndi facultatem a lente potissimum proficisci. Praeterito autem seculo, suffusionis veram sedem lentem crystallinam esse, primus demonstrasse videtur. FR. QVARREVS, Medicus et Chirurgus Parisiensis clarus, a quo illud CHRISTOPHORVS SCHELHAMMERVS, et ab hoc GVERN. ROLFINCIVS in Dissert. Anat. L. I. Cap. XIII. p. 179. acceperunt. Alii huius rei inuentorem ac principem REMIGIVM LANIERIVM, Chirurgum et Lithotomum Parisiensem, fuisse prodiderunt, id quod GASSENDVS confirmare videtur, qui hoc ab eximio Parisiensi Chirurgo, cuius nomen haud addit, obseruatum demonstratumque fuisse docuit in Physica Sect. III. Membro II. L. VII. Operum T. II. p. 371. Conf. BRISSEAV in Praef. et PALFIN Anat. Chirurg. T. II. pag. 386. *Les Remarques sur le Cours des Operations de* M. DIONIS par DE LA FAYE p. 554. Etiam id praeterito seculo a multis aliis,

aliis, et inter hos, a ROHAVLTIO Tr. Phyſ. P. I. Cap. XXV. §. 7. PETRO BORELLO in Append. ad Cent. III. Obſeruat. med. p. 279. fuit propoſitum. Vide MORGAGNVM l. c. Plures tamen maluerunt veterum ſententiam conquiſitis rationibus tueri, quam rem experimentis inueſtigare. Tandem ab initio huius ſeculi BRISSEAU, Medicus, et ANTONIVS MAITRE JEAN, Chirurgus, fere eodem tempore, inciſis poſt mortem oculis, cognouerunt, in ea chirurgia, qua ſuffuſioni mederi ſolemus, et ſede ſua moueri et deprimi lentem. Mathematicorum etiam, et prae caeteris VOPISCI FORTVNATI PLEMPII in Ophthalmographia L. III. Cap. XIV. p. 107. obſeruatione, iam dudum probatum erat, lentem ad cogendos ſibique et axi appropinquandos lucis radios, praeter id vero ad videndi facultatem, nihil facere, hominem etiam ſine lente videre poſſe, praecipue, ſi oculi acies vitro adiuuetur gibbo. Egregie hoc confirmauerat curatio Cl. PETITI, Chirurgi. Hic lentem opacam ex oculo per inciſam corneam extraxit in homine, cui ſuffuſio bis acu deducta totidem redierat, et tandem per pupillam in partem, vel vulgo ſic dictam cameram, anteriorem tranſierat. Nam homo eo oculo videre potuit, et, vitro adiutus, etiam vnciales literas legere. Vide BRISSEAU *de la Cataracta* pag. 167. et ex hoc HEISTERVM de Cataracta §. 19. p. 57. Confer H. A. R. Sc. MDCCVIII. p. 47. Cum Celeberrimus HEISTERVS in Libro de Cataracta hanc nouam ſententiam de huius vitii ſede et natura ſingulari ſtudio confirmaſſet, pluribus tamen vetuſta et plane inſita opinio euelli non potuit. Ab hac enim ideo deduci non potuerunt, quod minores tunicae, vel pelliculae, interdum in oculis eorum, qui ſuffuſione laborauerant, poſt mortem eſſent repertae, quarum exempla vide in PALFIN *Anatomie Chirurgicale* T. I. p. 387. Etiam ii, qui admota acu ſuffuſionem curauerant, ſaepe illud, quod ſe intus pupillae oppoſuerat, ſine negotio non ſolum poterant diducere, ſed etiam lacerare et in partes conſcindere. Nam tenuem et ex craſſo humore concretam tunicam, vel pelliculam, acu facilius ita lacerare poſſe, quam ipſam, quae maiorem duritiem habet, lentem, omnibus ſine ambitione verum quaerentibus viſum fuit. Interea vero, cum haec controuerſia in magna inconſtantia apud medentes verſaretur, acerrimus prioris opinionis et veterum defenſor fuit WOOLHOVSIVS, Ophthalmiater Doctiſſimus, quo olim magiſtro in his rebus vſus ſum. Hic enim, lentem vitium contrahere et lumen amittere, non negauit, illud tamen valetudinis genus, cum veteribus, in quorum lectione multum verſatus erat, glaucoma dicendum eſſe, voluit. Vid. *les Diſſertations ſur la Cataracte et le Glaucome*, quibus Celeberrimus HEISTERVS et Apologiam et Vindicias ſententiae ſuae oppoſuit. Excitati

citati fuerunt doctiſſimi et tum in ſecandi, tum medendi arte exercitatiſſimi viri, qui nouam diligentiam inueſtigandis his rebus adhibuerunt. Principes ſunt SALVATOR MORANDVS, Chirurgus Pariſienſis, et doctrina, et arte, clarus et prae caeteris omnibus, qui haud ita pridem obiit FRANCISCVS PETITVS, Medicus, quorum prior in Hiſt. A. R. Sc. MDCCXXII. p. 21. oſtendit, interdum non tam lentem, quam aliquam tunicam, ſe pupillae opponere. Hanc vero non a coacto humore proficiſci, ſed a tunicis illis, quibus lens cingitur, et quas ſupra deſcripſi. Alter vero, PETITVS, exploratis ſumma diligentia omnibus oculorum partibus, etiam hanc ſententiam amplexus eſt, et ab ea nouam medendi viam traxit. De nonnullis tamen cum MORANDO diſſentire videtur. Negat enim, id, quod prior affirmauerat, lentis exteriorem oram cum velamento, quo includitur, ſeu cum tunica, cohaerere, ſed multis docet, hanc lentem, in ſuo velamento, ſine nexu liberam, quaſi fluctuare, et ſingulari ratione humore, qui inter eam et velamentum reperitur, ali. C. A. R. Sc. MDCCXXX. p. 624. In qua re PETITVS cum ANTONIO MAITREIAN concinere videtur, qui idem Cap. XII. p. 14. declarauerat. Negat etiam PETITVS, opacum fieri hoc velamentum, qui etiam variis experimentis didicit, nec illud facile fieri, ſi ei, ex oculo extracto, varii liquores, quibus lenti pelluciditas aufertur, ſuperfundantur. Etiam aſſeuerat, ſe ſemper in oculis cum ſuffuſione mortuorum reperiſſe lentem opacam, hanc vero tunicam perlucentem c. l. MDCCXXX. p. 634. Interdum quidem hanc tunicam obſcuram videri, id vero incidere a corrupto eo, qui inter eam lentem eſt, humore, et hunc tunicae illi inhaereſcere. Alii tamen PETITO contradicunt, qui ſaepe hanc tunicam craſſam turgidamque et opacam inuenerunt, et hoc probabiliter ex inflammatione fieri, demonſtrauerunt. Praeterea PETITVS, illam tunicam ὑαλώδη, qua ſinus vitrei cingitur, duplicem eſſe, oſtendit, et in ea inuenit canalem humore plenum, quo lens comprehendi dicitur. Vid. H. A. R. Sc. MDCCXXVI. p. 111. Medendi vero viam, quam ab his obſeruationibus traxit, nullibi ſatis dilucide, optime tamen, quantum noui, in Epiſtolis, declaratam inuenio, quarum duas priores Anno MDCCXXIX. contra HECQVETVM, tertiam Anno MDCCXXXII. contra WINSLOVIVM edidit. Conf. C. A. R. Sc. MDCCXXV. p. 8. et MDCCXX. p. 320. Iubet enim eos, qui ſuffuſionem curaturi ſunt, non totam lentem cum velamento ſuo ex vitrei ſinu excutere et deducere, ſed illam tunicam, ſeu velamentum inferius, in poſteriori parte acu aperire, et poſt per hanc factam plagam lentem ita exprimere, vt tunicae illius pars anterior integra maneat. Addit, ſic hominem melius viſurum eſſe, ſi, emota de-

depressaque lente, velamentum illud a parte anteriori integrum, iterum, vel aqueo, vel vitreo, humore impleatur, gibbumque fiat, et hominem post curationem vitro fere non indigere. PETITVM secutus est temerarius ille et famosus IOHANNES TAYLOR, qui caeteroquin omnibus, quae PETITVS, aliique, de oculorum natura morbisque propofuerunt, ludicrae subtilitatis affectatione et circulatoria iactatione tenebras magis obduxit, quam lucem attulit. Accepi tamen, cum hanc a PETITO inuentam medendi rationem satis feliciter imitatum fuisse. Hic duo genera cataractae statuit, alterum verum appellat, alterum spurium. Prius nasci censet, si illaeso nihilque mutato velamento lens ex aliqua sua parte alienetur, et, mutato eius naturali habitu, colore, pelluciditate, situ, figura, et magnitudine, magis contrahatur. Alterum vero genus dari, si, cum lente, vel tota, vel aliqua eius parte, resoluta et intumescente, etiam velamentum vitium contrahat, et vtraque pars obscuretur. Superaddit his glaucoma, cuius sedem etiam in lente ponit. In hoc totam lentem cum velamento ita intumescere, dicit, vt tandem pupilla diffundatur, et dilatetur, atque μυδρίασις cum ἀμαυρώσει sequatur. Veram cataractam oriri, addit, a valentiori lentis, atque eius velamenti, pressione. Hanc fieri a musculis oculum mouentibus, et, eam ob causam, illos, prae aliis, hoc vitio laborare, qui, vel assidua lectione, vel alia ratione, acrem oculorum aciem in aliquam rem intendere soliti sint. Etiam quandoque incidere, vt, ictu illato, musculi laedantur, conuellanturque, ita, vt, iis contractis, adeo prematur lentis velamentum, vt id valde tenerum rumpatur, et lens repente omnem pelluciditatem amittat, atque in humorem aqueum, et illud spatium, quod naturaliter inter lentem et vueam est, cameram posteriorem vocant, transeat. In pedetentim vero nascente vitio, etiam, si id adoleuerit, hominem quaedam, e latere posita, melius videre, quam, quae pupillae recta sint opposita. Iubet TAYLOR eos, quibus huius morbi metus est, vitare assiduam lectionem, omneque aliud opus, quod intentam oculorum aciem requirit. Illius vero generis, quod cataractam spuriam vocauit, notitiam, peti posse ab ipsa causa, ostendit, cum post oculi grauem inflammationem et φλεγμονὴν nasci soleat. Nam etiam lentis velamentum, in quo iam a RVYSCHIO Thes. II. Tab. I. fig. VIII. p. 78. arteriae fuerunt repertae, aliquid inflammationis habere, si reliquae oculi tunicae, praecipue choroidea, ea correptae fuerint. Confer PETITVM in C. A. R. Sc. Anno MDCCXXX. p. 226. Inflammatione autem soluta, aciem pedetentim hebescere, atque indies magis caligare, ita, vt homo ea, quae e latere posita sunt, non magis videat, quam, quae ex aduerso. Illud, quod

intus in horum oculo cernitur, a pupilla propius esse ei colorem habere albidum ac fere coeruleum. Nam lentem ipsam, eamque omnem, dissolui ac liquefieri. Igitur, cum sub velamento, atque inter hoc et lentem, humor subesse soleat varie crassius atque coloratus, plerumque albidus, has cataractas a nonnullis cysticas, cum velamento suo contineantur, et ab humore, lacteas, vel purulentas, fuisse appellatas. De glaucomate vero TAYLOR contendit, illud nasci a totius corporis malo habitu, vel cachexia, et praecipue a redundante in humidis pituita. Corruptos enim humores, in lentem transfusos, efficere, vt illa tota cum duritia intumescat. Ob id plerumque graues diuturnosque, tum capitis, tum oculi, dolores antecedere glaucoma, eosque, intumescente lente pressisque interioribus oculi partibus, augeri, donec, vt tandem omne lumen amittatur, et ἀμαύρωσις sequatur. Nam tandem illam oculi tunicam, quae videndi facultatem praestat, quam TAYLOR, cum MARIOTTO, choroideam, alii, et, quantum opinor, rectius, retinam esse, existimant, ab indurata lente pressam sentiendi facultatem amittere. Eandem ob causam etiam diffundi dilatarique pupillam. In his oculis ab initio lentis colorem parum mutari, eum vero tandem glaucum fieri, vueam autem a lente pressam multum anteriora et corneam versum promoueri addit. Vid. TAYLOR'S *Treatise on the Diseases of the crystalline Humour.* Haec ideo adduxi, non, quod illi homini magnam fidem habendam esse existimem, sed, quod his ea, quae PETITVS proposuerat, paulo magis patefieri ac illustrari, crediderim. Alia plura et egregia addiderunt VALSALVA et MORGAGNVS c. l. Ex his enim non pauca, et illud praecipue, discimus, suffusionem etiam nasci ex vitiata illa tunica, qua sinus vitrei, cui lens insidit, cingitur, et quae ab ὑαλώδει proficiscitur. Vterque enim hoc obseruatione ex incisis post obitum oculis confirmauit. Igitur, si suffusio, quae prius acu curata fuit, non repente, sed post aliquod tempus, et pedetentim, reuertit, id vitio huius velamenti, quod, ex obseruatione MORGAGNI, mucum quoque exsudat, incidere potest. Vid. VALSALVA Dissert. Anat. II. §. XVII. T. I. p. 146. et MORGAGNVS Epist. XVIII. §. 23. T. II. p. 334. Nisi me omnia fallunt, illud iam certi habemus, verae cataractae sedem esse eam, quam dixi. Et quamuis nec MORGAGNVS Ep. XVIII. §. 13. XIX. §. 8. illud omnino negare noluerit, dari suffusiones in humoris aquei parte, seu sic dicta camera posteriori, illaesa lente, ex coacto crudoque humore natas, illud tamen compertum est, nec hanc pelliculam sine lentis ipsius laesione posse acu deduci. Lentem vero, si affecta sauciataque est, obscuram fieri, aliis obseruationibus discimus. Vid. Obseru. PETITI de magnitudine duarum sic dicta-

dictarum camerarum oculi in C. A. R. Sc. MDCCXXIII. p. 54. et MDCCXXVIII. p. 295 et 408. Videntur etiam melius curari posse suffusiones, vbi velamentum pellucidum et integrum est, quam, vbi illud etiam vitium contraxit, et vbi, morbo per vetustatem confirmato, omnia multum inter se cohaerent. A vero enim propius est, illas suffusiones, quae, quamuis acu iterum atque iterum, et quoque valentius, pressae, infra pupillae regionem deduci nequeunt, vel, quae etiam deductae, mox iterum redeunt, et quae, si tandem inferiori parte insidunt, magnam inflammationem mouent, tales esse, in quibus lens vitiata cum suo velamento concreuit, et cum processibus ciliaribus cohaeret, a quibus sine negotio et graui eorum offensione, hypopyi etiam metu, non potest diduci. Hoc enim in earum suffusionum curationibus, quibus vetustas accessit, potissimum fieri, nouimus. Vid. DE LA FAYE c. l. et BENED. DUDDELLS *Treatise of the Diseases of the Horny-Coat of the Eye, and the various Kinds of Cataracts*, Cap. III. p. 107. Haec paulo fusius et vberius exsequi volui, cum ex his perspicuum sit, iam melius exploratam esse suffusionis sedem atque naturam. Et omnes, qui artem faciunt, monendi sunt, vt per ea, quae experientia in ipsis curationibus docebit, haec vel refellant, vel magis confirment, et vt indicia, non solum communia, sed variis suffusionibus propria, simulque, quid de singulis, vel sperari, vel timeri, debeat, atque etiam his omnibus accommodatam curationem, ostendant. PETITI supra commemoratam medendi rationem, quam TAYLOR, more suo, verbosius exposuit, describere non audeo, quare me in ea suffusionem curandi ratione, quae iam olim, cum morbi natura nondum satis perspecta esset, in vsu fuit, continebo.

§. 1302.

Ex nascente recentique suffusione oculus caligare incipit, vt aegro quasi nubecula obuersetur. Haec in- ies, mox celerius, mox tardius, crassior apparet, et andem se interiori potentiae ita opponit, vt illa etiam xtrinsecus alius intuentis oculis pateat. Inueterascente suffusione acies magis et magis hebetatur, tandemque omnis amittitur *.

* Monendi sunt tirones, ea, quae oculis sic obuersantur, non semper suffusionem indicare. Nam id ex aliis causis incidere potest, veluti, si in cornea ex inflammationibus pustulae et vlcera oriuntur, vel, his curatis, cicatrices manent. Etiam si crudus succus, vel pus, ex choroidea et processibus cili-

ciliaribus inflammatis in humore aqueo coiit, et si in vitreo nec non in retina, vitium est, et praecipue, si sub hoc in choroidea arteriae venaeque, quae, vel sanguini, vel lymphae, accommodatae sunt, intumuerunt, ex quibus non raro ἀμαύρωσις sequitur. Vide in PITCARNII Diss. Med. Theoriam morborum oculi p. 206. Ipse homo melius has maculas cernere potest, si in coelum serenum, per chartam acu minori perforatam, cui niger, vel viridis, color inductus est, contuetur.

§. 1303.

Est tamen differentia. Interdum enim suffusio pedetentim nascitur, et oculi inter initium parum, tandem vero magis, caligant. Alii vero ex ea subito, et intra paucos dies, obcoecantur, id quod incidere potissimum solet, si ictus oculum grauiter laesit, et rupta, vel inflammata, fuit illa ἀραχνώδης lentis tunica.

§. 1304.

Ipsa etiam suffusio varie colorata est. Habet enim colorem lacteum, cinereum, glaucum, aureum, plumbeum, raro coeruleum, viridem et rubicundum. Quid de singulis sperari possit, protinus dicam.

§. 1305.

Si sola lens opaca fit et contrahitur, illa vero tunica ἀραχνώδης integra est et pellucens, homo inter initia melius videt ea, quae e latere posita sunt, quam, quae ex aduerso. Etiam fere noctu et in tenebris, quibus pupilla diffunditur, is melius videt, quam interdiu et in magna luce. Tunicam vero ἀραχνώδη corruptam esse, cognoscitur ex prima origine, et morbo, qui hoc vitium attulit. Nam nasci solet ex inflammatione, qua etiam discussa, longe celerius acies hebescit, ac caligat, ita, vt breui omne lumen amittatur. In hoc suffusionis genere nullus sensus lucis relinquitur, nec homo in tenebris, et si pupilla dilatata est, melius videt. Ipsa autem suffusio, quae intus conspicitur, albicans est, et quasi rugosa.

§. 1306.

§. 1306.

Primum genus cataractae nasci videtur, si ille succus, qui naturaliter inter lentem et eius velamentum est, et a quo illa alimentum accipit, deficit. Lens enim contrahitur, arida fit et opaca. Id, prae caeteris, iis incidit, qui dies noctesque legunt, scribunt, vel aliud opus, veluti caelatum, intentis oculis perficiunt. Dum enim musculi oculorum recti valentius adducuntur, (id quod fieri necesse est, si ea, quae coram sunt, et propiora, contueri volumus) lenti apprimitur velamentum, quae res prohibet, quo minus ille humor ex ipso velamento exire et secerni possit. Dum vero lens non recte alitur, illa, prout dictum est, corrumpitur. Interdum, si oculus extrinsecus percussus est, id etiam contractis valentius per inflammationem musculis incidere solet.

§. 1307.

Lentis autem velamentum, vel tunica ἀραχνώδης, vitiatur, si illa repente rumpitur, ita, vt interdum lens, quam etiam corrumpi necesse est, in anteriorem oculi partem, quae inter corneam vueamque est, transeat. Hoc vero oculo vehementer percusso incidere, mox retuli. Caeteroquin ex variis occasionibus in choroidea atque processibus ciliaribus inflammatio mouetur, quae oculi φλεγμωνὴ (281) dicitur. Nam haec, si magna est, etiam in illud lentis velamentum euocatur, et huic vitium adfert. Interdum inflammatio mouetur, si in humidis corrupta crudaque materia est, quae, dum in omne corpus diducitur, etiam in oculorum teneriores partes, atque hanc tunicam venit, in arterias lymphae accommodatas, transfunditur, subsistit, et itinera intercludit. Huic periculo ii subiecti sunt, quibus corporis habitus corruptus est, et praecipue, quos catarrhus diu multumque vexat, nec non alii,

qui

qui non humentibus, sed siccescentibus, naribus sun vel, qui earum emunctionem negligunt. Nam pituit quae per nares excerni nequit, in oculum conuer quandoque potest. Etiam itinera illa, per quae hu mor ferebatur, si vexata laxataque sunt, excoecantu id quod incidere potest, si ictus oculum extrinsecu grauiter laesit. Periclitantur etiam ii, quibus vene reus morbus mercurio fuit curatus, et ii, quibus in ca pite alii pestiferi morbi, et vehemens prae caeteris do lor, fuit. Nec minus alii, quibus corpus imbecillum rarum atque obesum, est, et qui illud ignauia, somno satietate, venere, hebetant atque soluunt, vel, qui e loco salubri in grauem veniunt, aut corpus calore re laxatum subito frigore excipiunt *.

* Vitiata hac tunica, necesse videtur, etiam lentem vitiari. Est taman obseruatio commemorabilis SANTORINI, qui lentem diaphanam inuenit, membranam vero, quae candida strias, radiorum in modum compositas, habuit. *Obs. Anat Cap. IV.* §. 4. *p.* 82. Confer MORGAGNVM c. l. Ep. XVIII §. 19. p. 329.

§. 1308.

Scire etiam necessarium est, ex inflammata illa tunica κρυσαλλώδει interdum pus inter eam et lentem coire, quod genus suffusionis, cum humor in hoc velamentum contractus inueniatur, cataractam cysticam, alii purulentam, alii, quod ille humor lactis cremori similis esset, lacteam, appellauerunt *. Etiam ipsa lens liquescere nonnunquam videtur, et in similem humorem verti **. Interdum ea contracta atque opaca et aliter colorata illo corrupto humore comprehenditur ***.

* Vid. TAYLOR'S *Treatise on the Diseases of the Chrystalline humour Cap. V. p.* 23.

** Vide Obseru. HEISTERI in oculo canis in Ephem. N. C. Cent. IV. Obs. 198. aliam VALSALVAE in homine in MORGAGNO c. l. Ep. XVIII. §. 17. p. 326.

*** In vetula inueni hoc cataractae genus, in qua multus humor

mor lacteus in lentis velamentum, vel tunicam κρυσταλλώδη, contractus erat, in ipſo vero humore lentem opacam, luteolam, et quae vix maioris lenticulae eſculentae magnitudinem habuit. Vid. Programma, quo Anno MDCCXXXVI. d. XVII. Martii ſectionem publicam cadaueris indixi, ex quo hanc obſeruationem etiam adduxit Celeberr. MORGAGNVS c. l.

§. 1309.

Proximum his vitium in lente cryſtallina eſt, ſi ea ım ſuo velamento multum et ita intumeſcit, vt reli- ıae oculorum partes ab ea premantur. Hoc his in- ciis cognoſcitur: Oculus durus, digito renitens, at- ›llitur, et magis, quam naturaliter conſueuit, promi- :t. In eo grauitatis quidam et doloris ſenſus eſt. tus in oculo illud, quod ſe opponit, colorem habet arinae aquae. Tandem, ſi malum inueterauit, pu- lla dilatatur, et accedit μυδρίασις. Quoniam vero, vitreus humor, et retina, a lente, quae multum in- ımeſcit, premuntur, perit omnis videndi facultas, et ·itur ἀμαύρωσις. Glaucoma hoc vitium vocant. liud vero glaucomatis genus eſt, ſi vitreus humor tumeſcit, corrumpitur et obſcurus fit. Is tamen nge frequentius diſſoluitur, et oculus, qui caligat, ›ncauus fit atque flaccidus, qui prementi nihil reni- :ur. Neceſſe vero eſt, corrupto vitreo humore, iam lentem vitiari.

† Suffuſionum diuerſa ab Auctoribus conſtituta genera, cum longum foret, enarrare libro compendiario hoc non poſſumus. Vid. *Noſologia methodica* a FRANC. BOISSIER DE SAUVAGES edita, in loco *de cataracta*. Non contemnendas obſeruationes diagnoſin diuerſarum ſpecierum ſuffuſionis propoſuit I. G. GÜNZIVS in Diſſert. qua *de ſuffuſionis natura et curatione animaduerſiones ſiſtit. Lipſiae* 1750.

§. 1310.

Primum genus ſuffuſionis quandoque victus ratio- : et idoneis medicamentis auerti poteſt, atque etiam, ›i illud iam ad maturitatem peruenit, manu curari. ·ius videtur alterum, quod in eo non ſola lens, ſed

etiam

etiam huius velamentum, cum illa quandoque tuni qua vitrei humoris ſinus cingitur, vitium contra et acu deduci debet. Spem etiam felicis curatio facit ipſe ſuffuſionis color, quem ex albido coeruleu vel parum flaueſcentem, eſſe oportet, et, ſi oculus, n durus eſt, nec nimis mollis, et ſi ei ſenſus aliquis lu relictus eſt, ita, vt in tenebris pupilla aliquantum co trahatur, in luce vero dilatetur. Vix ſanabilis eſt ſu fuſio, quae colorem habet, auro, aeri, vel ferro poli ſimilem, ſi illa ex grauiori et diuturno morbo, ma ribus capitis doloribus, vel ictu vehementiori, atq oculi phlegmone, orta eſt. Nec fere vlla ſpes iis e qui ſine hoc vitio, et ante naſcentem ſuffuſione aciem hebetem habuerunt, in quibus plerumq amauroſis accedit. Hoc magis timeri debet, vbi p pilla, amiſſa naturali figura, in aliam ſe vertit, ſi i multum diffuſa et immobilis, oculo vero nullus ſenſ fulguris relictus eſt. Neque oculus exiguus, neq concauus, neque durus atque prominens, curationi o portunus eſſe ſolet. Neque idonea eſt ſenilis aet ac ne puerilis quidem, ſed inter has media. Etia conſiderari oportet corporis habitum; qui, ſi co ruptus, et aliquod vitium in humidis eſt, mali mor et minus proſperae curationis periculum facit. Gla coma inter initia per victus rationem et medicament quae noxiam materiam digerunt, et in inferiora dep lunt, diſcutitur. Si vero adoleuit, nullam curatione recipit.

§. 1311.

Si oculi caligant, et ſuffuſionis metum faciun experiri licet auxilia per victum et medicamenta. Me dendi vero rationem ab euidentibus cauſis inſtru oportet. Qui igitur ex ſuffuſione caligare coeperun eos nunquam oportet, oculos ad ſcribendum leger dumque, vel aliud opus faciendum, frequenter inten dere

ere, ſed ab omni negotio, quod firmam oculorum ;iem exigit, abſtinere. Obſeruatio maior neceſſaria t rerum communium, ad ſanitatem vero neceſſariaım, veluti, vt aluus, et in foeminis menſtrua, reſpon-eant, vt, ſi in viris haemorrhoides ſanguinem fundere ılitae ſunt, illae non ſupprimantur, cum oculorum ıbecillitas, ſuffuſio et glaucoma, ſaepe ex his oriri ıleant. Si ſanguis copia peccat, is detrahendus eſt, ım inciſa vena, tum conciſa cute, admotiſque cucurtulis. Interdum, ſi eiusmodi vitia hominem celerius ırripiunt, eo maturius auxilia efficaciora rapienda ınt. Igitur, ſi phlegmone oculum tenet, ſanguis ex ıgulari vena, imo etiam ex arteria, mittendus, et pal-ebris crebrius adhibenda eſt ξύσις (298), admotis et ıpoſitis omnibus, quae aduerſus oculorum φλεγμω-ν poſſunt (292. 305). Si in humidis pituita abundat, portet eam expellere, et curioſo victu cauere, ne in-ilis materia corpori ſuperſit. In his caſibus, et in orporibus adſtrictis, plurimum proficere ſolent mine-ales aquae, quas diu et iterum potare oportet. Etiam roſunt, quae vrinam mouent, et ex his, prae caeteris, ıccus millepedarum ſylueſtrium, quarum viginti, tri-inta, et ſub finem plures, viuae ex vino in mortario eruntur. Vinum autem horis matutinis per plures ies bibendum eſt. Etiam vtile eſt, cutim exulcerari, el admotis cantharidibus (937. 938), vel fonticulis)26 ad 934), vel, id quod maximam efficaciam habet, etaceo (939), vt malae materiae exitus ſit. Si aliud itium in humidis eſt, danda ſunt decocta et medica-ıenta ex mercurio, purgandis humidis apta: ſi poſt rauem ſanguinis profuſionem oculi hebeſcunt, et ha-um valetudinum metum faciunt, danda ſunt iura, ex uibus radices et herbae, quae aperiendi vim habent, ecoqui poſſunt. Vbi vero oculus, qui caligat, intu-ıeſcit, duruſque fit, non inutilia ſunt fomenta ex her-

bis emollientibus, a quibus ſub finem, ſi aliquid ex t- more et duritia minuitur, ad diſcutientia tranſeundu eſt. Saepe enim vitium his tollitur, ſi prius adhib fuerunt auxilia, quae mox praecepi, et quae noxia materiam depellunt. Nam ſine his fomenta peri- cioſa eſſe quandoque poſſunt.

§. 1312.

Si vero hac medendi ratione illa vitiorum gene- non inter initia diſcutiuntur, videndum eſt, num m nus curatio adhiberi poſſit. Haec potiſſimum locu habet in primo genere ſuffuſionis, ſi non multum in veterauit. Nam vltimum genus, vbi, et lens, et ei velamentum, vitium contraxerunt, curationi non ii idoneum eſt. Etiam ſuperuacua, imo non ſine per culo, eſt curatio per manum, ſi ea adhibetur glauco mati, vel ſuffuſioni, cui μυδρίασις et ἀμαύρωσις acce ſerunt. Atque ipſius quoque ſuffuſionis quaedam ma turitas eſt. Expectari igitur oportet, donec ſuffuſi duritiem aliquam non nimiam habere videatur, cuiu rei indicium eſſe ſolet, ſi homini lucis et rerum, qua oculis obuerſantur, aliquis ſenſus relictus eſt, is vero nec has, nec colores, ſatis diſcernere poteſt. Si tempu eligere licet, curatio, vere, eſſe debet, vel autumno nondum ortis, vel iam fractis aeſtibus. Etiam ratio ſeruanda eſt menſtruorum et haemorrhoidum, quarum venae, ſi ſanguinem fundunt, curationem minus tutam faciunt. Nec minus expectari debet, ſi humor in na res, fauces, vel pulmonem, deſtillat, et frequentes tuſ res, ſcreatus atque ſternutamenta, vel in capite dolo- rem, in corpore febrem, mouet. Neceſſe etiam eſt vt eo die, quo aeger curabitur, coelum apertum ſit, ſerenum, haud nubilum, vel caliginoſum. Et eum, qui curaturus eſt, recte valere oportet, cum ad hanc rem, et oculorum acies clara atque acris, et manus ſtre- nua ac ſtabilis, requiratur.

† Poſt

Post tempora PLATNERI ad dissipandas suffusiones adhibitum est extractum cicutae, raro, si vnquam, aliquid profuit. Laudata etiam est pulsatilla nigricans, de eademque scriptus a STOERCKIO liber singularis, Vindobonae 1771 editus. Vsu extracti hyoscyami albi quotidiano suffusionem plus semel discussam esse asseuerat FRANC. BOISIER DE SAUVAGES in *Nosologia Methodica.* Cum haec iisque similia cum exigua spe prosperi effectus adhibeantur, magnopere cauendum est, ne eorum abusu corpora aegrotantium pessumdentur. Fonticulorum effectus nonnunquam laudabilis visus est in iis, in quorum humoribus prauitas quaedam erat. Sed et medicamenta illa, prudenter adhibita, corpus chirurgiae administrandae opportunius reddere possunt.

§. 1313.

Ante curationem aluus aliquoties ducenda, et ho-
› per aliquot dies modico atque minus valenti cibo
›ndus est. Potioni vero praestanda est aqua, vel pti-
ıa, aut alia ex potionum generibus imbecillissima.
uae omnia plurimum ad auertendam inflammatio-
m facere possunt, cuius quandoque metus esse pot-
:. Eo ipso die ante curationem iterum aluus lotio-
immissa solui debet, ne desidendi necessitas aegrum
rgere cogat.

§. 1314.

Acu res agenda est, non tamen nimis acuta, nec
mis tenui. Si enim nimis acuta est, laedi possunt
inores arteriae atque venae in vuea et processibus
iaribus. Si autem nimis retusa est, ea aegrius, et
›n, nisi premendo, demittitur. Optima esse videtur,
ıius mucro paululum tenuatus, latior, non vero ni-
is acutus, est. Habere debet manubriolum, et in
›c signum, vt, si acus demissa fuerit, sciri possit, qua
rte ea plana sit, qua tenuata. Fieri potest acus ex
ro, satis duro, non vero fragili. Fere tamen melior
, quae ex auro fit, quod crebrioribus mallei ictibus
ıratur. Si ex ferro est, magnam curam adhiberi opor-
t, vt omnis rubigo exteratur. Ob id illa, priusquam
ulo admouetur, traiici potest per pannum laneum

 densum.

densum, qualis purpureus esse solet, et huius fricati laeuigari. Etiam, antequam demittitur, per labra, liua madida, duci potest.

* Veteres vsi sunt acu rotunda valde acuta. Vide figurar BARTISCH P. V. p. 65. qui caeteris argenteas praefert. T LOR, qui nouam illam medendi rationem proposuit, vtitur paulo latiori, cuius vero mucro, altera parte gib altera planus, est. Vid. l. c. Cap. XI. p. 33. Eam deline videtur SHARP Tab. X. p. 169. Is vero mediante phlebot prius scleroticam incidit, viamque facit, per quam acum mittit. Etiam vtitur ferramento, quod speculum oculi cant. Sed hac ratione vix prohiberi poterit, quo mi per plagam hiantem, si oculus illo ferramento premi efferatur aqueus humor. Hoc vero si incidit, collabitur cornea, et vuea, et vix sine noxa deduci potest suffusio. I notatum quoque inuenio in *the Supplement to* KENNE *Ophthalmographia*, quae acerbior censura est in varios a res, praecipue CHESELDENVM p. 97.

† Acubus diuersarum formarum vsi sunt huius *chirurgiae* riti; quas nuper recensuit CHRIST. FRIDERIC. LVDWIG prolusione *de suffusionis per acum curatione*, iure laudatur quam PLATNERVS hoc loco descripsit. Sed et ab aliis pr fertur ea, quae mucronem habet tenuatum latiorem, cu latus alterum acutum, alterum obtusum est. Illo iubent lamentum lentis (capsulam vocant) diuidi. Sed vereor, acus acie diuidi secando nequeat velamentum istud, qui quod minus stabile est, sed facile dimouetur. Plerum illi, qui velamentum istud putant acus acie scindi, id ru punt potius et lacerant, aut vna cum corpore lentis a vi nis soluunt et vel deprimunt, vel ad latus promouent.

§. 1315.

Opus est medicamento ad coercendam inflamm tionem opportuno. Optimum est, quod componit ex alumine vsto, saccharo Saturni, vel aeris flore, que tutiam vulgo appellant. Haec excipiuntur oui alb et adiecta aqua rosarum, spatula agitantur miscentu que. Ex hoc autem liquore exprimitur panniculu qui protinus ante curationem superdatur alteri ocul iniectaque fascia adstringitur.

§. 1316.

Locus lucidus esse debet, vt chirurgus ferramen tum in hominis oculo cernere possit. Nimia tame lu

:, si oculo aliquis eius sensus relictus est, efficere
test, vt pupilla se nimium contrahat. Quare homo
n lumine aduerso sedeat, sed, vt lux e latere in ocu-
n, qui curabitur, admoueatur. Aduerso sedili, pau-
altiori, insideat chirurgus. Caput a ministro con-
endum et immobile praestandum est. Etiamnum
o alii a lateribus obiiciuntur, qui hominem labare
n sinunt. Leui enim motu eripi acies in perpe-
um potest. Linamentis igitur et pannis super alte-
n oculum impositis, eoque deligato, oculus, qui
ationem ex manu postulat, digitis super palpebras
locatis, leniter perfricandus est, vt minores venae,
ie acu laedi non debent, inflentur et se magis osten-
it. Homo vero monendus est, vt oculum nasum
sum moueat et immobilem faciat. Tum chirurgus
era manu palpebras diducit, altera acum admouet.
rari vero sinister oculus dextra manu, dexter sinistra,
bet. Acum, quam ea ratione prehendit, qua scri-
ntes calamum solemus, ita in oculum demittit, vt
gitus minimus, et alter, huic proximus, hominis tem-
ri et angulo oculi huic propiori innitatur.

§. 1317.

Demittenda est acus, recta, per tunicas, loco fere
edio inter corneam et angulum tempori propiorem,
, vt nulla vena laedatur. Is locus opportunus est,
i a cornea spatio duarum linearum distat *. Quam-
imum acus in oculum penetrauit, ea inclinanda ad
iam suffusionem est, et vertendo altius imprimenda.
bi ad suffusionem ventum est, ita inclinari debet ma-
brium, vt mucro acus, et eius pars plana, supremae
ffusioni admoueatur. Haec paulatim deprimi et
ra regionem pupillae deduci debet. Vbi hanc transiit
ffusio, ea paulo vehementius acu imprimi debet, vt
feriori parte sub humore vitreo insidat. Si haesit, et

 homo

homo ea, quae ante oculum obuersantur, videre pot
curatio expleta est. *Protinus vero oculus obdu
palpebris contegendus est, ne noua lux eum offend
Acus educi debet, commissis prius palpebris. Om
curiosius agenda sunt, ne interiores oculi partes l
dantur.

* Per quam partem acus in oculum demitti debeat, singu
studio executus est PETITVS, Medicus, in C. A. R.
MDCCXXVI. p. 370, qui ostendit, laedi processus ciliare
ad vnam lineam oculus perforetur. Si vero hoc fiat
tertiam, quartamue, laedi aponeurosin musculi abducen
Huius autem laesionem sequi vomitum, nauseam, alia
mala. Igitur concludit, aptissimum locum esse, qui a
nea aliquid vltra duas lineas distat. TAYLOR l. c. Cap.
p. 33. acum ita demittit, vt inter corneam et locum,
oculus perforatur, spatium sit vnius lineae cum dimidio

§. 1318.

Post haec linamenta ex illa mistura (1315) expre
imponi, et oculus deuinciri, debet. Primo die, ter
quaque hora, linamenta, cum inaruerunt, iterum r
defacienda sunt, vt inflammatio coerceatur. Si hu
maior metus est, sanguinem mitti oportet. Nunqu
vero ante septimum diem palpebrae diduci debe
cum insueta lux oculum concitare possit, et efficere
suffusio redeat. Quiete opus est et abstinentia. Ho
supinus cubet, ita, vt caput excitatum sit. Cibus p
mis diebus non alius assumendus est, quam liquid
ne maxillae laborent. Vltimis diebus linamenta
aqua tepida, cui parum spiritus ardentis admisc
potest, exprimi possunt, et super oculos dari.

§. 1319.

Septimo circiter die releuandus est homo, res
venda fascia, aperiendusque oculus in loco obscu
Vbi is videt, necesse est, vt clausis fenestris se in te
bris contineat, quo oculus pedetentim luci adsuesca
ob quam rem etiam oculus panniculo quadrato, qu
viride

ridem, vel coeruleum, colorem habet, commode con-
gitur, qui vero non fascia adstringitur, sed ita ac-
ommodatur, vt prae oculis pendeat.

§. 1320.

Incidere potest, vt sub hac curatione vitiata et sede sua mota lens per pupillam in illum locum, qui ter corneam et vueam est, veniat. In hoc casu prae-piendum est aegro, vt supinus et in tenebris iaceat, io lens iterum per pupillam in antiquam sedem re-rtat, quae deinde demissa in oculum acu infra regio-em pupillae deduci et imprimi potest, vt inferiori rti insidat. Si vero illa manet, et dolorem mouet que inflammationem, protinus incidenda est cornea, lens per huius plagam volsella, vel minori hamulo, ucenda. In hac curatione omnia similia debent esse , quae in hypopyi curatione praecepi (321. ad 323). ec alia adhibenda est, si ex laesa arteria, venaue, ma-r sanguinis modus in oculum effusus est, quem pro-nus, et antequam is inflammationem concitat, euo-ari oportet (321 ad 323).

§. 1321.

Est quoddam suffusionis genus, quod, cum nullam urationem recipiat, exposuisse satis erit. Suffusio suo oco est, quae vero, quasi tremula, semper labat. Hoc ccidit, si processus ciliares, quos cum velamento len-s cohaerere supra retuli, fuerunt aliqua parte disrupti t a ligamento ciliari diducti. Aliud genus est, quod on solum labat, sed huc atque illuc ita mouetur, vt ens opaca, qualis in suffusione esse solet, pupillae op-ofita, mox cernatur, mox iterum quasi euanescat. Oculus est concauus et sine duritia, pupilla vero dif-usa, et quae naturalem figuram amisit. Nascitur hoc genus vitii, si vitreus humor colliquefactus est, cui ari-la lens innatat. Nec hoc vlla arte eliditur.

‡ His a PLATNERO dictis subiungenda sunt nonnulla eorum quae nouissimis annis de extractione cataractae scripserun viri peritissimi. Ex illis §. 1320. intelligitur, tunicam corneam aliquando incisam esse, vt lens, sub curatione per pupillam in cameram oculi anteriorem ingressa, educeretur. Quod cum haud aegre factum esset, suffusionis curationem eductione lentis fieri posse olim quidam, vt FREITAGIVS, MERYVS, PETITVS, iudicarunt. Sunt etiam in Arabum RHASIS et ABENSINAE scriptis verba haud obscura, quae genus id curandi, quomodo demum cunque, ab prisci aeui chirurgis ocularüs cultum esse docent. Sed laus tamen inventionis haud dubie debetur DAVIELIO, chirurgo Francogallo; non enim tantummodo cogitando iudicandoque, sed re ipsa et manuum opera effecit, vt hodie lens crystallina obscurata saepius per corneam incisam educatur, depressio vero eius acu facienda fere rarius celebratur. In *Comment. Acad. R. chirurg.* Vol. II methodum suam perspicue perscripsit DAVIELIVS. Corneam acu cuspidata secante et paulum recurua perforat haud procul a sclerotica; hac posita, acum aliam, non cuspidatam, et secantem atque etiam recuruam immittit, qua vulnusculum illud vtrinque ita producit, vt id arcum referat corneae quasi circulo concentricum. Sed quia interea effluit humor aqueus, neque adeo acuum ministerio cornea, iam laxior, diuidi commode potest, forfices binas recuruas, oculorum duorum cuique suas et proprias adhibet, quibus arcuata corneae sectio vtrinque eo vsque continuatur, vt eius fines, seu capita, seu cornua summitati pupillae respondeant, aut altius etiam ascendant. Vt autem haec omnia fieri tuto queant, ministrorum aliquis manum alterutram fronti ita admouet, vt digitis adducat palpebram superiorem, alteram sub mento dat, atque sic caput simul retinet. Chirurgus in altiori sedili sedens, alterius vtrius manus duobus digitis palpebram inferiorem detrahens, ferramenta illa manu altera adhibet. Corneam ratione supra dicta satis incisam ferramento quodam obtuso et polito, spathulam vocat, eleuat seu inuertit, vt faciem anteriorem velamenti lentis acu et cuspidata et ancipiti, diuidere aut orbiculum aliquem ex eo resecare possit. Quo facto, spathulam illam dat inter iridem et lentem, eademque hanc prorsus soluit et liberat. Posthaec corneae partem illam, quam inuerterat, delabi sinit, et bulbi partem inferiorem paululum, sed summa moderatione adhibita, premit, vt per pupillam paulatim paulatimque ampliatam lens in cameram anteriorem irrumpat, et ex hac deinde per genas descendat. Si cataracta mollior fuerit, fere mucosa, purulenta, lactea, caseosa, eaque rupta reliquias quasdam in oculo dimiserit, cochleare paruulum paratum habet, quod in ambitu pupillae iterum iterumque suspensa manu mouet, vt aliena omnia remoueantur. Omnibus peractis, corneae labra, sibi mutuo

mutuo diligentius et curatius iunguntur, reliq. Hac autem methodo plures visum recuperarunt, laudemque et gratias meruit DAVIELIVS. Nihilominus tamen ea relicta est, quod numerus ferramentorum applicandorum et curationem trahit, et oculum irritat, forficesque oras incisae corneae vexatas dimittunt. LA FAYE igitur aliique forficibus repudiatis vsum scalpelli proposuerunt; vid. *idem Volumen Monument. Ac. R. chir.* qui nunc quoque ita inualuit, vt forficibus vix quisquam vtatur, nisi forte sub scalpelli vsu aliquid acciderit, quod forficum applicationem necessariam esse ostenderet. Cultrorum autem huius chirurgiae caussa inuentorum tot fere genera sunt, quot artifices celebriores. Differunt et figura et latitudine, et crassitie. Optimus ille videtur, cuius dorsum obtusum lineam rectam refert, mucro satis cuspidatus et per lineam geometricam anceps atque minime cedens est, latitudo inde a mucrone paulatim maior est, et, vbi maxima, corneae diametrum dimidiam aequat. Tenuior facilius transit, itemque vtrinque conuexus, quam crassior vel planus; conuexus praeterea iridem aliquantum reprimit, quo cauetur, ne scalpellus eam laedat. Scalpellus, quo CASA AMATA apud nos vtebatur, crassus admodum erat, in facie iridi obuersa valde conuexus, in altera chirurgo obuersa paulum concauus. Huius iconem et descriptionem vid. in libello *de methodis suffusionem oculorum curandi a* CASA AMATA *et* SIMONE *cultis*, edito a CHRISTIAN. GOTTHOLD FELLERO. Lipsiae 1782. De RICHTERI et BERANGERII cultellis vid. illius Tractatum germanice conscriptum: *Abhandlung von der Ausziehung des grauen Staares. Goettingen* 1773. Tantum quidem de scalpello. Scalpellus autem corneam ab angulo oculi externo commode perforat in puncto lineam vnam ab coniunctiua distante, in diametro quidem transuersa corneae, exit vero in recta opposito corneae puncto, atque eadem distantia a coniunctiua; vbi hoc loco mucro exiit, paulatim promouetur, ita, vt acies eius corneam persecet vbique in eadem illa distantia a coniunctiua. Prima illa corneae perforatio aliquam vim, sed simul dexteritatem et moderationem a chirurgo requirit, ne cultelli mucro, qui iridi recta obuersus momento perforationis esse debet, eam laedat. Verum cultellus commode per cameram oculi promoueri non potest, nisi bulbus oculi, nimis mobilis, reddatur stabilis. Hoc autem fit, si ferramentum quoddam acutum in regione bulbi cultello opposita figitur. Veruculum seu hastam PAMARTIVS proposuit. Habet haec hasta mucronem cuspidatum, quem remora aliqua, spatio dimidiae lineae geometricae a cuspide distans, prohibet, quo minus alte coniunctiuam penetret. Applicatur sic, vt mucro angulum oculi externum spectet. Iconem vid. apud RICHTERVM l. c. Hanc ipsam hastulam applicatam generi cuidam digitalis ferruminando iungi iussit RVMPELTVS, chi-

rurgus dexterrimus. Iconem vid. apud eundem RICHTERVM. Digitale id digito medio aut annulari impositum mucronem hastulae in eodem loco bulbi imprimit, dum interea digitus index manus eiusdem palpebram inferiorem diducit. Similem quidem hastulam vel, si mauis, vnum habet ferramentum, quo CASA AMATA ad bulbum oculi stabiliendum vtitur. Id bis flexum refert figuram literae romanae S, in cuius capite est hastula illa. Iconem apud FELLERVM l. c. inspice. Cuspis autem ferramenti imprimitur non in coniunctiua, sed in cornea eo quidem loco, qui a coniunctiua dimidiam lineam distat, et punctum illud, in quo cultellus corneam pertundit et ingreditur, e diametro spectat. Scalpellum chirurgus ita promouet, vt is eo ipso loco corneae, vbi hastula impressa est, e camera oculi egrediatur. Cauetur sic coniunctiuae, cuius, vtpote sensilioris laesio alioquin inflammationem augere potest. Atque sic, vtrolibet modo, mobilitati bulbi prospicitur. Sed palpebrarum quoque motus impedimento esse possunt. Quidam chirurgorum palpebram inferiorem digito vno alteroue detrahunt, ministrum vero, qui caput hominis curandi retinet, alterius manus digitis adducere superiorem iubent. Quod vt commodius fieri possit, vnci latioris et obtusi speciem alii adhibent, CASA AMATA ad leuandam superiorem tali vnco simplici, ad deducendam inferiorem vnco duplici, h. e. qui in vtroque extremo flexus est, vtitur, cuius inferiori flexui appenditur res aliqua v. c. clauis haud ita magna, modico pondere suo palpebram deducens. Non illa tantum sibi propria habet CASA AMATA, sed commodam etiam rationem sessionis adornat. Ipse sedet mensa altiori, homo curandus in sedecula demissiori, ad cuius latera sunt, sedilia duo, quibus insistunt pedes chirurgi, sic quidem, vt sub curatione cubitus vterque genubus inniti commode possit. Reliqua curatio haud multum diuersa est ab ea, qua vsus est DAVIELIVS. Velamentum lentis alii simplici sectione aperiunt, alii pluribus quasi destruunt, adhibent autem vel acum ancipitem et acutam, vel lanceae genus, quod TENON inuenit, alii CYSTITOMVM, quem LA FAYE proposuit (vid. de his RICHTERVS l. c.) quidam etiam eodem scalpello, quo corneae incisionem perfecerunt, lentis velamentum incidunt. CYSTITOMVS reliquis praestare videtur. Relictas particulas lentis obscuratae, mollioris et dissilientis, aut mucosa lentem obtegentia cochleari illo DAVIELII, quod in locum, quem lens reliquit, inferunt, eximere student. Inter haec vel aliquando post absolutam chirurgiam hanc, ocyus serius, fit, vt corporis vitrei pars, maior minorue, foras prorumpat. Sub ipsa curatione erumpit, si oculi bulbus aut durius premitur, seu a ministro, seu a chirurgo, aut ab scalpello, aliisque ferramentis nimium vexatur, aut corpus vitreum nimis tenue et fluidum est. Si post cura-

curationem procidit, cauſſa tribuenda eſt contractioni tunicarum et muſculorum oculum mouentium. Symptoma hoc non adeo terret, neque aliud quicquam requirit, quam vt oculus a clauſis palpebris quantocyus contegatur, et apta deligatione, minime conſtringente vel premente, medicamentiſque et intus et foris lenientibus curetur. Sed de his multiſque aliis prolixius agere in breuitate mea haud licet. Legantur ſcriptiones aliorum, ac praecipue RICHTERI ſupra laudatus liber eiuſdemque Bibliotheca chirurgica. Addo tantummodo pauca. Quam difficilis primo intuitu videatur curatio ea, facile tamen plerumque adminiſtratur et felicem etiam exitum habet ſub manubus vix mediocriter doctorum artificum. Quo factum eſt, vt curatio ſuffuſionis, quae depreſſione lentis fit, a non paucis vilipendatur negligaturque. Sed hoc non recte fit. Incidere enim poteſt neceſſitas ſuffuſionem depreſſione curandi, tanquam ſi oculus paruus, camera eius anterior exigua, pupilla arctior eſt; ſi oculus in orbita alte conditus delitescit; ſi lens obſcurata maior eſt, quam vt ſine violentia pupillae inferenda in cameram oculi anteriorem venire queat; ſi humorum prauitas inſignis et magna neruorum ſenſilitas eſt.

ΑΜΑΥΡΩΣΙΣ.

§. 1322.

Caligare nonnunquam oculi conſueuerunt, ſine lippitudine, aut ſuffuſione, ſi neruus opticus, et illa tunica, a qua videndi poteſtas proficiſcitur, reſoluuntur. Quibuſdam acies ſenſim pedetentimque hebeſcit, ac tandem caligat, aliis vero ea repente eripitur, qui ſubito occoecantur. Si vterque oculus lumen amiſit, vel ſi vetuſtas acceſſit, accedit Μυδρίασις (1309).

† Mydriaſis h. e. dilatatio et immobilitas pupillae a multis habita eſt pro ſymptomate amauroſeos pathognomonico. Repugnant RICHTERVS, SCHMVCKERVS et poſt hos alii quoque. Sed in omni amauroſi mydriaſin fieri PLATNERVS non dixit.

§. 1323.

Haec oculorum reſolutio ex variis cauſis naſcitur, veluti ſi in oculos hominis, qui diu in tenebris omni luce

luce orbatus fuit, repente corufca et fplendens omnemque vifum praeftringens lux admittitur, vel fi in febre ardente, huiufque ipfo impetu, fanguis ex talo mittitur. Quandoque haec vitia poft comitialem morbum relinquuntur: In quibus cafibus omnibus vix vnquam opitulari poffumus. Eandem vero imbecillitatem quandoque facit humor, quo cerebrum et optici nerui premuntur. Iidem refoluuntur interdum ex ictu, vel, fi podagra, aliusue morbus, male, et reprimentibus, curatus fuit. Aduerfus hos morbos, fi ii oculum non nimium occupauerunt, experiri licet ea, quibus malae materiae exitus datur. Ferramentis candentibus exulcerari debet fummum caput, et cutis poft aurem (958). Vtiliter etiam, praecipue, fi homini, cum his, continens fomnus, nulla vero febris, eft, admouentur ceruici et tergo cantharides (937. 938). Vlcus etiam, vel fic dictum fetaceum, fieri poteft in nucha (939); quae vlcera diutius feruanda funt.

§. 1324.

At, fi *ἀμαύρωσις* orta fuit poft magnam fanguinis profufionem, vel poft concubitum, qui frequentior, vel numero, vel natura, ratione aetatis et corporis, fuit, optima praefidia funt, quae a victus ratione petuntur. Dari debent iura carnium, obferuatis iis, quae alibi (418) praecepi. Etiam prodeft gelatina, et potio, quae ex nucleis cacao paratur. Poft venerem, et, fi poft fanguinis profluuium verendum non eft, ne fanguis iterum erumpat, dari etiam poteft vinum meracius. Extrinfecus caput, et huius futurae, omne etiam corpus, linteis afperioribus affidue et frequenter perfricari debent. Proficiunt etiam thermae, vel naturales, vel arte compofitae, fi ex alto in caput deftillant (1217).

§. 1325.

§. 1325.

Interdum iis, qui ex hac imbecillitate caligare so-ent, nulla pituita ex naribus fertur. His proficit, si ıbinde vapor aquae calidae, ex qua etiam herba maio-ana commode coquitur, naribus subiicitur. Tenacior ituita sternutamentis elidi debet.

§. 1326.

At enim, si id est ex malis vlceribus, si ἕρπης (919), orrigo (922), scabies, aliaque vlcerum genera, ex-rinsecus admotis reprimentibus prohibita, fuere, pro-cere possunt curationes, quibus humida purgantur, t sudor etiam euocatur. Alii, qui ex morbo venereo ımen amiserant, illud receperunt, concitato per mer-urium saliuae profluuio. Hoc fieri potest, si ossa, in osteriori orbitae parte, vel horum membrana, ex vitio ntus orto, intumuerunt, quod vitium illa curatione issipatur.

§. 1327.

Hippocrates dixit, ex vulneribus, quae super-iliis inferuntur, lumen amitti. Et valsalva ali-quando mederi potuit oculo, qui a rostro galli Indici o loco percussus, et protinus occoecatus, fuerat. erfricuit supercilium ea parte, vbi ex orbita neruus, ui ramus nerui ophthalmici est, educitur.

Neruus ophthalmicus est prior trium ramorum maiorum, in quos neruus quinti paris diuiditur, qui etiam, vbi hi nerui in orbitam feruntur, cum neruo tertii paris committitur. Ab hoc autem musculi oculum mouentes neruos et mouendi potestatem accipiunt. Musculi neruum opticum comprehendunt, quem, si conuelluntur, valentius comprimere possunt. Haec causa esse videtur illius caliginis, ex vulnere superciliorum ortae, quam HIPPOCRATES animaduertit. Nam, neruorum inter se iunctorum implicationes quandoque maximas commotiones in corpore praestare, vel sternutamenta probant, quae etiam ex affecto minori neruo, qui ab eodem neruo ophthalmico ad nares pertinet, mouentur. Vide locum HIPPOCRATIS in Coacis Praenot. Sect.

Sect. III. n. 391. T. I. Edit. Lind. p. 523. VALSALVAE Differt. Anat. II. et in hunc Celeb. MORGAGNI Epiftolar. XVII. et XVIII. Confer programma de Vulneribus fuperciliis illatis, cur coecitatem adferant, quo Anno MDCCXXXXI. Panegyrin medicam indixi.

† Capiti huic multa admodum fubiungi poffent. Verum cum nimia effent neque amaurofeos curatio a chirurgis fed a Medicis requirenda fit, ea praeterire ftatui. Remitto tamen Lectores ad fcriptores probatiores. Multa congeffit FRANC. BOISSIER DE SAUVAGES in *Nofologia methodica*. Propria quaedam habet RICHTERVS in *Nouis Commentarii Societatis Reg. Scientiarum Göttingenfis*, Tom. IV. Alia et vtilia leguntur a SCHMVCKERO propofita in *eius Vermifchten chirurgifchen Schriften*, Vol. II. Differtationem fingularem de *Amaurofi* confcripfit DANIEL NOTHNAGEL. Erlangae 1776. Sparfa quaedam exftant in RICHTERI eiufdem *Bibliotheca chirurgica*. *Differtatio medica de Amaurofi* edita ab ALEXANDRO ROSS 1754 iterum defcripta eft in collectione illa, quae infcripta eft: *Thefaurus medicus fiue Difputationum* in Academia Edinenfi *Delectus* a GVLIELMO SMELLIO habitus. Edimburgi 1779. Tom. II.

ΣΤΡΑΒΙΣΜΟΣ.

§. 1328.

Strabones dicuntur, quibus oculi diftorti funt, et inaequaliter mouentur. Hoc interdum fit mala confuetudine, fi pueri aciem diu multumque in ea, quae a latere, vel propius ab oculis, funt, oblique flectunt. Vel, fi vnus oculus, morbo quodam affectus, diu opertus fuit. His lux et omnia, quae contueri cupiunt, ex aduerfo et magis remota effe debent. Vbi puer adoleuit, eradicanda eft confuetudo, alia, et priori contraria, ad quam rem plurimum facere poteft, fi puer in fpeculo diu et faepe obtutum in proprios oculos figit, et quidem, vt rectum recto, laeuum laeuo, oculo acriter et diu confideret. Hoc fere melius eft, quam, fi in oculos illigantur iuglandium putamina, quae parte anteriori, quae pupillae obuerfa eft, foramen habent, quibus etiam efficitur, vt oculus, fi homo eo videre cupit, recte vertatur *. Nonnunquam intus in oculo proceffus ciliares, qui ex ligamento

ento ciliari educuntur, et qui lentem cum ſuo vela-ento in ſede ſua continent, atque etiam, ſi ea, quae ram ſunt, intueri volumus, illam ad corneam ad-icunt, ex aliqua parte reſoluti ſunt, et vi ſua deſti-ti. Nam, ſequitur, vt ex altera parte, vbi fibrae tegrae ſunt, illae contrahantur et adducantur, atque ipſa lens cum ſuo velamento in eam partem verta-r et adducatur. Quo vero, ſi talis homo ea, quae ram ſunt, videre cupit, pupilla ex aduerſo oblique llocatae lentis ſit, oculus muſculis ſuis paulo in eam rtem contorquendus eſt. Hoc etiam fieri ſolet, ſi ulus ex alio vitio, veluti corneae vlceribus et cica-icibus, caligat, quare ille muſculis in eam partem rtitur, per quam melius homo cernere poteſt. Vel, omnis acies erepta in amauroſi fuit, is quaſi negligi-r, et non mouetur. Si, id quod in pueris rhachiti-aegris frequens eſt, inaequaliter intumeſcunt oſſa, praecipue ſphenoideum, per cuius foramina nerui oculos feruntur, premi ſolent nerui, qui ad muſcu-s pertinent, et reſoluuntur. Quae neruorum reſo-tio ex aliis quoque cauſis fieri poteſt. Plerumque men oculi ita diſtorquentur, ſi orta a vulnere, vel riolis, aliiſque occaſionibus, magna ſuppuratione, uſculi laeſi ſunt et contracti. Quibuſdam hoc viti-n a natiuitate eſt, quibus in partu ab obſtetrice ocu-s vexatus fuit. Aliis illud haereditarium eſt, quo-m parentes etiam oculis obliquis et diſtortis fuere. ab his cauſis haec imbecillitas relicta fuit, nulla ope iuuari poteſt. Ea tamen foedior eſſe ſolet, vbi for-nae hominis negligentia quoque acceſſit **.

* Vid. BARTISCH. p. II. p. 13.

** Vid. PORTERFIELD *in the Medical Eſſays Vol. III. Obſ. XII. pag.* 160.

† De Strabiſmo leguntur in *Philoſoph. Tranſact. Anglic.* A. 1778. Vol. LXVIII. et ex his excerptae in RICHTERI *Biblioth. Chirurg.* Vol. V. obſeruationes nonnullae, quas DARWIN inſeruit.

VRINAE

VRINAE REDDENDAE DIFFICVLTAS.

§. 1329.

Venio ad ea, quae circa vrinae itinera et vesica[...] oriri solent. Vrina interdum non redditur, c[...]ius rei plures causae sunt. Quandoque vitium est i[...] renibus, vel in vreteribus, per quos vrina in vesica[...] destillat. Id vero ex dolore intelligitur, qui lumbo[...] et id, quod super inguina est, occupat, accedit fr[...]quens vomitus. Locus vero sub pectinis ossibus, qu[...] vesicam tuentur, nec tumet, nec dolet. Huius vit[...] curatio a Medicis requirenda est. Vbi vero vesica[...] suo humore distenditur, eo loco sub pectine et tum[...] est et dolor. Tumor etiam digito occurrit, in viri[...] si in anum demittitur. Vbi valde intenta est vesic[...] inflammatio cum metu gangraenae excitatur, et aeg[...] inter miseros cruciatus etiam cibum et bilem per [...] reddit. Interdum sibi vrina in vesicae ceruice via[...] facit, et per vlcus, ex gangraena, vel suppuration[...] natum, erumpit.

§. 1330.

Si vesicam inflammatio tenet, id quod ex dolor[...] febre, et aliis indiciis (1329), sciri potest, protin[...] sanguis mittendus est ex brachio, dandaque sunt, qu[...] leniunt. Proficit decoctum radicis altheae, hord[...] fl. verbasci, papaueris rhoeados; vel componi pote[...] ex seminibus papaueris et amygdalis cremor, quibu[...] omnibus parum nitri adiicitur. Homo etiam in ba[...]neum demitti, vel eius abdomini oleum anethi illin[...] potest. Balneum vero nocet, vbi iam inflammati[...] adoleuit, et in scroto gangraenae metus est. Nec ill[...] decocta vtilia sunt, vbi vesica iam multum distenditu[...] Si vero malum his vinci non potest, oportet vrina[...] manu emoliri, vel demissa in vrinae iter et vesican[...] fistul[...]

tula, quam Graeci καθετῆρα vocant, vel, si haec de-
itti non potest, facta plaga et perforata extrinsecus
sica. De quibus curationibus protinus dicam.

† Si quam partem vesicae vel vrethrae inflammatio tenet, saepe multum auxilii aegroto affertur, si plures sanguisugae, decem vel duodecim, in perinaeo adhibitae partes eas sanguine suo exhauriunt; et nihilo secius necessariae sanguinis missiones aliaque fiunt, quae ab symptomatibus indicantur.

§. 1331.

Nec vrina efferri potest, si eius iter collapsum est, quod senectute fit, vel, si medulla, quae per spinam tur, et ex qua nerui ad vesicam pertinent, laesa, et rui resoluti sunt *. In hoc casu saepe res postulat, oties vrina vrget, eam toties demissa in vesicam tula euocare. Ex hoc vitio fere semper contrarium scitur, vt post homini vrina sine voluntate destillet. uxilio eodem etiam quandoque egent, quibus, quod u continuerunt, vesica multum intenta, et ob id us tunicae laxatae fuerunt. Fistula in vesica relinqui oteft, et in eam etiam immitti decoctum, quod in sica aliquem sensum excitare potest. Cum hordeo quitur ex aqua herba hyssopi, marrubii, maioranae, tae, alchymillae, et adiicitur parum, octaua circiter rs, aquae vulnerariae. Vbi vesica iterum ad conetudinem suam et pristinum robur rediit, id quod terdum post plures dies accidit, recipitur fistula. portet vero hominem monere, vt frequentius min= t, ne vesica multa vrina in eam contracta iterum tendatur laxeturque **.

* Vrinae suppressionem ex luxatis vertebris lumborum vide in Eph. Nat. Cur. Dec. III. A. IV. Obs. 126. p. 257.

** Catether, vbi is in vesica relinquitur, septimo circiter quoque die educendus atque purgandus est, cum is ea materia, quae ex vrina desidit et ei inhaerescit, asperior fieri, et vrinae iter offendere, possit. Etiam ad id idonei sunt catetheres flexiles, quos infra describam, vel, qui ex plumbo facti sunt, parum incurui, nec valde longi.

§. 1332.

Obſeruatione compertum eſt, laxata intentaqu veſica, aliquando ſuper pectinis oſſa tumorem maner quamuis vrina prouenire videatur. Haec res nonnu lis opinionem fecit, ibi ſuppurationem futuram eſſ qui etiam ad aperiendum tumorem conſilia dirigere non dubitauerunt. Vbi vero tandem fiſtulam in veſi cam recte compulerunt, magna vis vrinae profuſa eſt et omnis tumor deſedit. Non difficile eſt, abſceſſum a tumore, qui ex leuata veſica naſcitur, diſcernere Abſceſſus durior eſt, vel in parte media mollior, hunc vero tumorem ſibi ex omni parte aequalem eſſ oportet.

* Vid. qui omnium optime de vrinae reddendae difficulta ſcripſit, FRANC. COLOT *de l'Operation de la Taille p.* 26 Conf. DE LA FAYE in notis in DIONYSII Librum p. 20 Si veſica multum intenditur, oriri poteſt hernia veſica de qua §. 793. 850.

§. 1333.

Vrinam etiam naturaliter reddi, prohibent qua dam, quae ſe intus opponunt. Interdum cruent vel purulenta, ex renibus deſcendunt. Incidere po eſt, vt ſanguis in veſica cogatur et poſt laborioſis ni bus magniſque doloribus excernatur, qui, ſic per vr nae iter expreſſus, lumbrici figuram accipit *. Ra alii verique vermes hoc iter intercludunt **. Long frequentius calculus prolabitur. In omnibus his ca bus fiſtula demitti, et id, quod ſe oppoſuit, emouer debet.

* Vid. Eph. Nat. Cur. Dec. I. A. VI. Obſ. 46. p. 88.

** Vid. IO. RHODII Obſ. Med. Cent. III. Obſ. 36. p. 15 Eph. Nat. Cur. Dec. II. A. I. Obſ. 77. p. 183.

† Ad hunc caſum non ſemper opus eſt cathetere ſeu fiſtul ſed cereus ſaepius ſufficit, a quo vrinae itineri minor v infertur.

§. 133

§. 1334.

Casus asperior est, si vesicae varii generis tumores creuerunt. Hoc plerumque in parte interiori inci-; si vesica exulcerata, vel asperiori calculo, etiam edicamentis valentioribus, vrinam mouentibus, agi-a, fuit. Tumores interdum duri sunt, sine dolore, i molles, carni putri similes, qui tactu dolorem ex-ant. Et haec tubercula prohibent, quo minus ve-a se contrahere et vrinam exprimere possit. Huius ii haec curatio est. Vesica ea ratione, qua iis, ibus calculus eximendus est, inciditur, et illa tuber-la medicamentis lenioribus, quae pus mouent, in gam demissis, in pus vertuntur *.

* Vid. COLOT. p. 274. qui etiam, carnem putrem et tubercula exteriori vesicae increscere, ostendit, quod vero morbi genus nullam curationem recipere potest.

§. 1335.

Vulgatissimum vero vitium est, quando in vrinae nere tumores nascuntur, qui illud praecludunt, et, c vrinam efferri, nec fistulam demitti, sinunt. Ho-ni vrinae crebra cupiditas, sed magna difficultas, est, ae guttatim, sub acerbissimis doloribus, redditur. ec res, et summa illa vrinae difficultas, plures fefel-et opinionem fecit, in vrinae itinere, ex putri car-natas esse carunculas, id quod vel ideo a vero pro-s visum fuit, quod hoc valetudinis genere iis prae teris conflictandum est, quibus diu purulenta sanies cole effluxit, et quibus haec maligna et venerea norrhoea alienis reprimentibusque medicamentis t tentata. Igitur, hac coniectura ducti, praesidium tierunt a medicamentis rodentibus adurentibusque, ae in vrinae iter, vel per fistulam argenteam, ad id commodatam, bacillo, vel etiam cereo, illita, de-ferunt, vt tumores illos tollerent *. Sed non raro ratio minus feliciter cessit, et illorum valentiorum

Zz 2 medi-

medicamentorum vſu, omnia exaſperata, et graues e-
iam inflammationes concitatae, fuerunt. Inciſa a-
tem cadauera oſtenderunt, id, quod vrinae iter pra-
cludit, non putrem carnem, vel carunculam, eſſe, ſ-
frequentius callum et cicatricem ex malo vlcere, po-
gonorrhoeam, relictam **. Nonnunquam intumeſc-
ille eminentior locus in vrethra, carunculam ſemin-
lem, vel caput gallinaginis, vocant, vbi et veſiculae ſ-
minales et glandula proſtata, per minores fiſtulas, e-
tum habent ***. Interdum vero alia itinera, praec-
pue ea, quae ex glandulis, quas COWPERVS deline-
vit, et mucoſas vocauit, educuntur, a mala mater-
intumeſcunt, et cum ea ad vrinae iter pertineant, h-
praecludunt *. Nec a vero alienum eſt, quod a-
prodiderunt, laxari intus in vrinae itinere, interiore-
tunicam, et venas praeter modum intumeſcere ac v-
ricoſas fieri **. Incidere tamen poteſt, vt, quae oli-
plurimorum fuit ſententia, iam vero vix non ab om-
nibus relicta, vlceribus, in vrinae itinere ſerpentibu-
putris caro ſupercreſcat, vel vt alia naſcantur tube-
cula, quae medicamenta requirunt, ad continendu-
exedendumque putrem carnem idonea ***.

* Iam GALENVS *Lib. I. de Locis affectis Cap. I. T. VII. Ed.* CHARTERII p. 381. Tria potiſſimum eſſe ſcripſit, quib- vrinae iter praecludi ſoleat. Aliquando corpus ipſi- (vrethrae) intumeſcere, vt nullum iter relinquatur, idq- fieri, vel ex inflammatione, vel ſcirrho, vel abſceſſu, v- alio tumore. Nonnunquam carnem ex vlcere, calloſu- corpus (cicatricem) ex craſſo lentoque humore naſci. In- terdum vero ſe opponere, vel calculum, vel cruentum, v- pus, vel craſſum lentumque humorem. Dicit, ſe vidi- aliquando hominem, cui caro, vrethrae innata, catheter- demiſſo, fuerit rupta, ita, vt vrina et cruenta et carno- traxerit. Cum vero Seculo decimo ſexto in Europam a- veniſſent venerei morbi morbi contagiones, ab India occ- dentali profectae, illaeque latius manarent, et totam fe- Europam adflictarent, longe plures a medentibus ope- aduerſus hanc valetudinem petierunt. Horum non pauc- circa medium illius ſeculi, excitati fuerunt, et inter h- principes ANDREAS LACVNA, *Segouienſis*, et ALPHONS-

FERRIV

FERRIVS, quorum prior Anno MDLI. Romae; alter Anno MDLIII. Lugduni, ſingulari induſtria, de hac caruncula ſcripſerunt. Hi autem, et fere omnes, qui eos ſecuti ſunt, medicamenta rodentia, medio cereo, in vrinae iter demittenda praeceperunt. Vide variorum medicamentorum ab Autoribus adhibitorum compoſitiones, in FRANCISCO RONCALLO, qui etiam nouum inuentum ſupperaddidit. Propoſuit enim fiſtulam flexilem, vel, vt vocat, vermicularem, ex argento factam, et faſcia tenui ſericea ſuper eam conſuta, comprehenſam. Hac fiſtula media, carunculae melius admoueri medicamenta, et ipſam etiam fiſtulam, ſi res illud poſtulare videatur, per plures dies in vrinae itinere atque veſica relinqui poſſe, oſtendit. Vid. FRANCISCI RONCALLI Exercitat. Med. Chirurg. de noua methodo exſtirpandi carunculas et curandi fiſtulas vrethrae. Brixiae MDCCXX.

Carunculae ſeu ſpecies fungoſae carnis excreſcere ſolent ab vſu ſ. ab abuſu iniectionum oleoſarum et balſamicarum. Hanc cauſſam difficilioris excretionis vrinae ſubeſſe docet ſanguis ad contactum cereorum ex pene effluens.

In cadauere hominis, qui hoc morbo, quo per longum tempus conflictatus fuerat, inuenit IOANNES CONRADVS BRVNNERVS nihil aliud, quam *in medio vrethrae inſignem ſtricturam et coarctationem, veluti ex aduſtione, circa proſtatas mira cicatricum ex vlceribus antiquis, inueteratis, nunc perſanatis, facies fuit conſpicua, et ſumma meatus anguſtia, quae catheterem vlteriori progreſſu prohibuit.* In Ephem. N. C. Cent. I. Obſ. XCVII. p. 200. et in alio homine ex Empyemate mortuo, qui viuus etiam eodem morbo vexatus fuerat, reperta fuit, hinc inde *mera anguſtia et coarctatio vrethrae, qualis in vaſis umbilicalibus, poſt partum occalleſcentibus obtingere ſolet.* Vid. *c. l. Obſ. LXXI. p.* 143. DIONIS *in Chirurgia Demonſtr. III. p.* 271. ſe nunquam in corporibus carunculam, ſed cicatricem et callum inueniſſe aſſeuerat. Is vero etiam medicamentis rodentibus ad callum excidendum vtitur, quae mediante cereo admouere iubet. Haec vero medicamentorum genera interdum graues inflammationes mouiſſe mortemque attuliſſe probat SAVIARD *Obſ.* 74. *p.* 324. Vid. plura lectu digna in Notis, quas DIONIS *Libro adiecit* G. DE LA FAYE *p.* 199. *ſq.*

† Multo ſaepius in vrethra eorum, qui gonorrhoea maligna diu multumque afflicti, poſt mortem nihil alieni repertum eſſe, teſtatur MORGAGNI in Lib. *de ſedibus et cauſſis morborum.* In illis igitur interior tunica vrethrae debilior et relaxata videtur ſubinde admiſiſſe nimium humorum in vaſcula affluxum, et inde orto tumore effluxus lotii cohibitus

bitus. In eorum, qui ſuccos acres et ſcorbutum in co pore alunt, vrethra omnis celluloſitas intumeſcit, ſi gono rhoea laborant. Ab eadem cauſſa, etiam ſine abuſu iectionum poſſunt exiſtere vrethrae conſtrictio, caruncul vlcera impura, calloſa. Caeterum de natura, incommo et curatione caruncularum multa ſcripſerunt DE PEYRONIE et PETITVS in *Monum. Ac. R. Chir.* Vol. Quaedam etiam *Petr. Camper in Demonſtrat. Anatomi pathologic.* Lib. II. qui ſimul eas in cadaueribus ab ſe nu quam repertas eſſe fatetur.

*** Hoc pluribus obſeruationibus probant ANTONIVS BEN VOLI p. 19. et GIROLAMO MARINI *in Pratica delle Ope zioni di Chirurgia Cap. IV. p.* 58.

* Vide *Glandularum harum Deſcriptionem* COWPERI *Tab. I.* 5. *Tab. II. G.* et huius iter a retenta materia ampliatu *Tab. III. H. et I.* Confer quae habet TERRANEVS *de gla dulis vrethrae virilis p.* 112. *et additam iconem.*

** Haec defendit GARENGEOT *des Operations T. II. p.* 21.

*** Hoc propriis et aliorum Obſeruationibus probat IOHA NES ADAMVS GENSELIVS *in Ephem. Nat. Cur. Cent. Obſ.* 84. *p.* 349. cum quo ſentit Celeb. ASTRVC *de mo Venereo, Lib. III. Cap. IV. p.* 310.

††† Frequens cauſſa vrinae ſuppreſſae cernitur in tum proſtatae eorum, qui gonorrhoea virulenta aut labora aut laborarunt. Intumuiſſe eam intelligimus, ſi digi in anum datus tumorem eum percipit; praeterea homo nixibus micturiendi compellitur ad deſidendum, atque homo auctis nixibus effluxum vrinae accelerare conatu ea prorſus retinetur. Si in cauo vrethrae impedimentu quoddam eſt, vrinae flumen aut nullum, aut exiguum tenue, aut diuiſum, aut non rectum ſed obliquum et qu contortum eſſe ſolet. Vrethra explorari quoque pot ſpecillo; id enim in loco impedito reſiſtentiam offendit.

§. 1336.

Ab his obſeruationibus vero noua medendi rat ducenda fuit. Aliena ſunt et vrinae difficultate augent omnia acriora, quae, ore ſumpta, vrinam mo vent. Nam, et haec, et omnia, quae rodunt, adu runtque, in vrinae iter, varia ratione, eum in finen demiſſa, vt putrem carnem ac carunculas exedan peſſima ſunt, quae malum concitare poſſunt, et mot inflammatione, accendere. In vrinae iter coniiciar

tu

r cerei minores, vel bacilla, quae ex carbaſo, panno
ieo tenuiſſimo, certa ratione contorto, fiunt, Gallis
ugies. Haec oportet, nec nimis plena eſſe, nec
nis tenuia, et parte ſua extrema, paulo magis te-
iata. Ea oleo vncta, in vrinae iter, intorquentur,
in eo relinquuntur. Neceſſe vero eſt, vt ab initio
his bacillis tenuiora adhibeantur, poſt paulo ple-
ora. Si vrinae iter adeo coarctatum eſt, vt illa de-
itti nulla ratione poſſint, non deſiſtendum, ſed res
perienda eſt, adhibita chorda chelys ex animalis in-
ſtino parata. Vbi tenuior intorqueri in vrinae iter
tuit, poſt paulo plenior adhibenda eſt, et poſt ba-
llum inferendum. His vero inungenda ſunt medi-
menta lenia, adeps liquata, oleum, butyrum ſine
le, quibus, ſi vlcus eſt, modice reprimentia adiici
ſſunt, et variis miſturis temperari. Haec vero in
inae itinere contineri debent, id quod magis neceſſa-
um eſt, ſi illud valde anguſtum, calluſque, qui ei in-
euit, durior eſt. His enim bacillis ea, quae ſe appo-
ierant, et comprimuntur, et molliuntur, vt humor
oſſit transfluere. Homo, ſi veſica exoneranda eſt,
acillum debet recipere, et iterum vnguento illitum,
ſerere, atque etiam illud faſcia, quae ventrem cir-
umit, alligare *. Auxilio quoque eſt balneum, vt
omo ſaepe in aqua calida, ſuper herbas, quae molli-
ndi vim habent, deſideat.

* Hanc curandi viam prius ingreſſus eſſe videtur Medicus, cuius *Obſeruationes* RIVERII *Operibus adiectae ſunt*, *Obſ.* 22. *p.* 695. Is vero bacillo ex plumbo vſus eſt, quo vrinae iter dilatauit. Bacilla plumbea illis cereis praefert ASTRVCCIVS *c. l. Lib. III. C. IV. p.* 320. qui iubet, ab initio tenuiſſima, mox pleniora, oleo illita, immittere, et ſic viam aperire.

† Cereorum ſeu bacillorum ſeu candelarum vſu hodie nihil frequentius eſt, tum quod, ſi recte adhibentur, aegrotis multum auxilii affertur, tum vero etiam, quod nonnulli cereos arte arcana ab ſe parari gloriantur, eoſque vendendo immenſam nummorum vim corradunt congeruntque. Prae-

cipua eorum vtilitas spectat quidem vrethram, si a va intus impedita est, expediendam; possunt tamen et orifi um vesicae liberare ab obstruentibus calculis, grumis sa guinis, pituita, itemque ad latus reprimere venas vari sas, quas haemorrhoides vesicae vocant. Vice cathete fungi quodam modo possunt in vesicam vsque propul si cauae sunt candelae. Gonorrhoeam malignam repress stimulo suo reuocant. Parari autem magna diligentia bent, ne aut nimis crassae aut asperae aut in capite suo teriori acutae pungentesque sint. Quamobrem non sol saliua imbui chorda chelys ex intestino animalis para debet sed in suo capite diligenter digitis dentibus comprimi ante applicationem, vt capitis illius ora acu deleatur, fiatque laeue id et subrotundum. Materi emplastica varia est, qua tela ex lino tenuis imbuitu Si callus, si angustia, si effluxus impurus restituendus in v vrethrae est, emplastrum emolliens aptissimum est; si vlcer si carunculae, cera flaua et extractum saturni varia ratio remisceri possunt, vt cerae librae pondo adiiciatur extrac illius vel vncia dimidia, vel integra vel vnciae duae qu tuorue. Acria, vix ipsa therebinthina, recte admiscentu quod vel mollissima candela aliquantum irritat vrethra intus sensu acuto pollentem. De vsu haec scire lice Non raro cereus tanquam corpus alienum, sanata callositat concitat effluxum muci copiosioris, qui a purulento disce ni debet. Remoto cereo desinit ille. Prodest tum len purgatio alui iterata, vsus balnei frigidi, aqua mineral acidula. Quia ne mollior quidem cereus omni stimul caret, nunquam longiori, quam opus, cereo vtendum. N cereus, noctu praecipue, gliscat in vesicam, prouidendum Itaque aut cubitum iturus educat ponatque, aut cerei ca put, quod foras spectat, filum sat longum atque tenax ha beat, quo possit certo retrahi; nam sola inflexio capiti illius casum grauem eum non satis tuto cauet. Cereu diutius retentus adhibitusque amittit vim medicinalem suam. Subinde nouis vtendum. Anteaquam cereus in vrethram datur, homo, si potest, vrinam reddat, ne ocyu retrahendus sit cereus; nam recens immissus hominem ad mingendum compellit, cui quidem stimulo non obsequendum est; breui enim cessat. Si cereo reuocandus est effluxus materiae malignae, vrinae reddendae difficultas primo augeri videtur, quoniam vlcus clausum tantisper tumidius fit; verum, effluxu reuocato, difficultas ea cessat. Vrethra subinde per horas, educto cereo, quiescat.

§. 1337.

Sunt alia quaedam, quae prohibent, quo minus vrina reddi possit. Id incidit grauidis, si intus a partu,

, aliter collocato, vrinae iter comprimitur. Et haec s illam curationem per fiftulam argenteam defiderat. ec difficile eft huic vitio mederi in viris, fi aluus adricta eft, et rectum ftercore duro plenum. Interim magni acerbique dolores, quibus ii excruciantur, uibus haemorrhoides ex inflammatione tument, extatis fpafmis, vrinae iter praecludunt. His ea auxia opitulantur, quae aduerfus hos tumores alibi proofui (1015. 1016). Etiam abfceffus fiunt ex variis aufis, in perinaeo et circa anum, cum quibus, nifi etuftas acceffierit, magnus dolor grauifque inflammao effe folet (990 ad 992). Cafus afperior eft, fi tales bfceffus viam in veficam reperiunt, vt multum pus um vrina exeat. His pus euocandum eft, obferuatis mnibus, quae fupra (993 ad 996.) praecepi. Intérea vero, fi ex vrinae difficultate periculum immiere videtur, etiam fiftula argentea adhiberi poteft.

ΚΑΘΕΤΗΡΙΣΜΟΣ.

§. 1338.

Si vero in his, aliifque, cafibus neceffarium eft, manu, et demiffa in veficam, argentea aeneaue fiftua, catheterem vocant, vrinam emoliri, eum, qui curaurus eft, oportet habere illarum fiftularum plures, vt omni corpori, ampliori, minorique, aptae fint. Viris incuruae et longiores, foeminis vero rectae et breues funt idoneae. Oportet eas laeues effe, neque nimis plenas, neque nimis tenues. Parte extrema, qua in veficam inferuntur, claufae atque retufae, vtrinque vero ad latus perforatae funt. Habent etiam ex eodem metallo filum, quod in eas coniicitur, vt, fi forte fe aliquid in fiftula appofuerit, id eo poffit emoueri.

§. 1339.

Alia genera fiſtularum ſunt, quae iam olim PETRVS FRANCVS delineauit *. Extrema parte non vt priores, ad latera perforatae ſunt, ſed infra apertae. Nam incidere ſolet, vt in vrinae itinere, illa interior tunica, quod, vel laxata eſt, vel inflammata, intumeſcat, vtque ea, ſi illi catheteres demittuntur compellunturque, illis foraminibus recipiatur et grauiter offendatur. Igitur in his, a FRANCO excogitatis, extremo ori adaptata eſt glebula, quae illi argenteo filo, quod per fiſtulam traiectum fuit, ita ferruminata eſt, et accommodata, vt hanc claudat, atque vt fiſtulae extremum ſit clauſum, nullamque aſperitatem habeat. Vbi hoc catheteris genus in veſicam demittendum eſt, adducitur illud argenteum filum cum ſua glebula, et fiſtula clauditur. Vbi vero in veſicam ventum eſt, filum cum glebula per fiſtulam intro compellitur, vt vrina per hanc exire poſſit.

* Vid. *Traité des Hernies Chap.* 31. *p.* 115. GARENGEOT *des Inſtrumens T. I. C. VIII. Art.* 3. *p.* 259. *et fig. p.* 278.

† Si catheteres pluribus foraminibus minoribus perforati ſunt, non adeo multus metus eſt, ne tunica interior vrethrae offendatur, maior vero, ſi illi vtrinque inciſi ſunt. De figuris catheterum docte expoſuit atque varietates tres, ſcilicet catheterem Rauianum, Cheſeldenianum, Scharpianum, pingi curauit PETRVS CAMPER l. c. Ea ab illis, qui vel catheteres in maſculorum veſicam demittere vel calculi curationes perficere ſatagunt, legi vtique debent. Paucis enim verbis comprehendi non ſic poſſunt, vt lector ſatis inſtruatur.

§. 1340.

Etiam in illis catheteribus, vel fiſtulis, quae mulieribus aptatae ſunt, aliquid fuit mutatum. Habent enim, quibus ſulcus impreſſus eſt, ſuper quem, ſi fiſtula in veſicam coniecta fuit, demitti poteſt ſtilus, vel etiam, ſi res cogit ſectione vrinae iter aperire, ſcalpellus *.

* Vide Iconem in HEISTERI *Chirurgia Tab.* 32. *fig.* 7. p. 1016.

§. 1341.

§. 1341.

Sine negotio in mulieribus, quibus vrinae iter breue rectiusque eſt, catheter in veſicam coniicitur. Hoc vero in viris, quibus id longius eſt et incuruum, non raro etiam intus ex inflammatione aliiſque occaſionibus (1335.) extumidum, vel coarctatum, plus difficultatis habet. Nam ſummum periculum eſt, ſi catheter adhibita vi promouetur, ne eo vrinae iter, vel veſica, conuulnerentur, ex qua re grauis inflammatio atque gangraenae metus oriri poteſt. Haec catheterem demittendi ratio non niſi vſu diſcitur, quare tirones ſe in hac re ſedulo exercere, tam in demortuorum quam viuentium corporibus, oportet, vt ſibi exercitatione facilitatem pariant.

§. 1342.

Duae vero ſunt catheterem demittendi rationes, quarum prior, quae non, niſi frequenti vſu et exercitatione, addiſcitur, maiorem ſecuritatem praeſtat, quamuis altera minorem curanti difficultatem facere videatur. Qui priorem rationem ineunt, hominem reſupinum, ſuper ſubſellium aut lectum, collocant, chirurgus altera manu colem maſculi continet, altera fiſtulam, oleo perunctam, in vrinae iter demittit, ita, vt huius pars gibboſior pubi hominis obuerſa ſit. Eam leniter premendo promouet, vbi vero ad veſicae ceruicem ventum eſt, colem paulo magis ſuper fiſtulam adducit, huius autem manubrium, quod iam perinaeo obuerſum erat, ita flectit, et quaſi in gyrum vertit, vt illud iam aduerſus vmbilicum ſit, qua motione fiſtulae extremum in veſicam compellitur.

§. 1343.

Altera vero ratio curationis eiuſmodi eſt. Collocato, vt dictum eſt, homine, fiſtula ita demittitur, vt eius manubrium vmbilico admoueatur, et vt pars gibba peri-

perinaeo hominis obuerfa fit. Quando, adducto etiam cole, ad veficae ceruicem ventum eft, fiftula, fimul cum cole antrorfum inclinata, in veficam compellitur.

§. 1344.

Cum fic fiftula in veficam peruenit, educitur ex ea filum, vel in altero genere, quod infra claufum eft promouetur cum filo glebula illa, vt vrina per fiftulam effundi poffit. Si vero, calculi inueniendi caufa, catheter demiffus fuit, ille curiofius agitandus eft, vt calculus, vel tactu, vel etiam, fi catheter eum pulfat, auribus percipi poffit. Vbi euacuata fuit vrina, recipitur fiftula, fi vero res defiderat, vt illa relinquatur, demittenda eft alia flexilis, ex filo argenteo intorto, fingulari artificio fabricata, quae ventri media fafcia alligatur.

† Catheteres flexiles, in vrethra relinquendos quidam parant ex tela fericea cerata, quae fuper chordam fuo tempore remouendam conuoluitur, et filis ceratis circumductis in fpeciem fiftulae formatur. THEDENIVS ex refina elaftica, quam hodie repererunt et ita vocant, eos efformat. Aliquando accidit, vt, cathetere in veficam immiffo, nulla effluat vrina, quod foraminula eius fanguine fpiffo obturantur. Praeftotum effe debet catheter, in cuius capite cochlea foemina eft, et fipho fat magnus, cui eft cochlea mas, quo educi ex vefica humor queat. Hunc apparatum video ab ALEXANDRO ZELLAI vocari, *Antlia afpirante* in fingulari libello Italico, verfo teutonice et infcripto: *Betrachtungen über das Verfahren den Urin aus der Blafe zu ziehen, überfezt von* JOH. DAVID HOMBERG. *Breslau* 1775.

PARACENTESIS VESICAE.

§. 1345.

Nonnunquam autem tantum mali fubeft, vt illud nec hac ratione vinci poffit, fed neceffarium fit, vt vrina exitum habeat, veficam ferramento, extrinfecus aperire. Igitur, qui curaturi funt, ceruicem veficae incidunt fcalpello ancipiti, eo loco, vbi plaga fit, fi calcu-

alculus methodo, quam cum apparatu magno vocant, e qua infra dicam, eximendus eſt. In plagam conii-iunt fiſtulam paulo pleniorem argenteam, quam tam-iu relinquunt, et ventri alligant, donec id, quod in rinae itinere inhaeſerat, fuerit ſublatum. Fiſtula ommode panno ſerico cerato obuoluitur. Prae cae-eris aptae ſunt fiſtulae argenteae flexiles, vel plum-eae (1344).

§. 1346.

At vero, cum haec plaga non facile coire, et ſaepe lcus, vel fiſtula, manere ſoleat, per quam humor de-tillat, quidam acu, ſeu ferramento, vtuntur, ei ſimili, quo aqua hydropicis emittitur (756), quod acutum iſtulam, ex argento affabre accommodatam, habet. Troicars) Neceſſe vero eſt, vt ferramentum et lon-gius ſit et paulo plenius. Id vero alia et ea parte de-mittitur, qua veſica aperitur ab iis, qui calculum ſe-ctione, quam lateralem vocant, promere ſolent, qui opportunior eſſe videtur, quod plaga facilius ſaneſcit *, quem infra deſcribam.

* Vt is, qui curaturus eſt, ſcire poſſit, num ferramentum in veſicam peruenerit, DENYSIVS *in Obſeru. Chirurg. de calculo Tab. XI.* illud mutauit, et ita accommodauit, vt quampri-mum cuſpis in veſicam penetrauit, per fiſtulam argenteam, quae plura in ſuprema et infima parte foramina habet, vrina efferatur. Alii ferramento, ſeu acu vtuntur, cuius fiſtula ſulcum habet. Nam interdum plaga amplianda eſt, et tunc ſuper illum ſulcum commode ſcalpellus demitti et vulnus incidi poteſt, donec ſatis pateat.

§. 1347.

Poſtquam autem ante aliquot annos, quidam ſupra pectinis oſſa, veſicam incidere, et calculum ea ratione, quam olim PETRVS FRANCVS propoſuerat, eximere iterum inſtituerunt, pluribus ille locus caeteris aptior viſus fuit, qui ferramentum illi prorſus ſimile, quo aqua hydropicis euocatur, ſupra pectinis oſſa, oblique, atque veſicae ceruicem verſus, demittunt. Recta enim in-ſeri

ſeri non debet, ne peritonaeum, quod ſupremae veſicae inhaereſcit, conuulneretur. Etiam per hanc plagam euocatur vrina. Cum vero vulnus non facile ſaneſcat, et ex vrina, ſi per id effluit, mala vlcera in tunica illa cellulofa, quae ſub peritonaeo eſt, naſcantur, oportet hominem ſupinum cubare.† Per naturale autem vrinae iter, ſi id fieri poteſt, in veſicam demittenda eſt fiſtula, vt per hanc vrina exeat. Rarius euenire poterit, vt in foemina vrinae iter ita interclufum ſit, atque id, quod ſe oppoſuit, aliter tolli nequeat. In eo vero caſu hac ratione aperiri poſſet veſica. In viris magis tuto id fieri ſolet, inciſo eo loco, per quem calculus ſectione, vt vocant, laterali expellitur.

§. 1348.

Emiſſa vrina, et iis, quae ſe intus oppoſuerunt, remotis, vulnus glutinandum eſt. Plurimum confert, ſi aeger iunctis et inter ſe deuinctis cruribus cubat, et ſi fiſtula in naturali vrinae itinere relinquitur, vt per hanc vrina exeat.

† Punctio in perinaeo incerta, dolores mortemque affert; ſaepe enim non peruenitur in veſicam; et ſi eo peruentum fuerit, multus tamen dolor ſequitur. Et vt fiſtula inferri queat, opus eſt dilatatione vulneris, ope ſulci in fiſtula acus triquetrae reperiundi; in quo ſcalpellum chirurgus mouet, ſic, vt fere chirurgia calculoſi fiat. Nihilominus tamen LE DRAN eam rationem commendat in *conſultations*. Veſicae perforatio, quae ſuper oſſa pectinis fit, plerumque non magis fida eſt; nam fiſtula acus triquetrae a veſica depleta deſeritur, neque omnis vrina per fiſtulam eam effluere poteſt. A multis igitur iam praefertur ea ratio, quam FLVRANT invenit et in *Miſcellaneis chirurgicis* (*Melanges de Chirurgie par Mr.* POUTEAU) propoſuit. Veſicam urina plenam et turgentem acu triquetra recurua, cui fiſtula argentea flexilis eſt, in inteſtinum rectum immiſſa, pertundi iubet. Hoc ipſum facile fit, quia tali caſu veſica admodum tumida in inteſtino illo digito explorantis chirurgi ſeſe ſponte offert. Si digitus laeuae manus in inteſtinum datus, maximae turgeſcentiae locum percepit, eo, non retracto, veluti duce vtitur chirurgus, quo acus triquetra vna cum ſua fiſtula a manu dextra chirurgi ferri poſſit vſque ad eum maxime turgentem veſicae

vesicae locum. Peritus, aut saltem sat intelligens, lector haud aegre videt, acus mucronem ipsius, dum infertur ferramentum per anum et intestinum vsque ad locum illum vesicae, in fistula sua reconditum ideoque acum, quantum necesse fuerit, retractam esse debere, ne quid, quod nolumus, laedatur. Quodsi igitur, ista prudentia adhibita, fistulae orificium eum vesicae locum attigit, id ei apprimitur, quo facto, acus ipsa a pollice audacter et sic protruditur, vt mucro eius atque paene eodem temporis momento fistula in vesicam penetret et tam longe quidem, vt lamina fistulae fere ani orificium attingat. Eo autem ipso tempore laminam fistulae manus sinistra proxime ano admouet atque apprimit, vt dextra acum ex fistula educere queat. Posteaquam vrina effluxit, fistula in vesica relinquitur, eiusque lamina spleniis impositis contegitur, atque haec omnia fascia apte applicata, in loco suo retinentur. Ita fit, vt per fistulam tamdiu vrina exeat, vsque dum impedimenta in vrinae itineribus reperiunda, sublata sint. Interea autem temporis propriis diuersisque remediis opus esse potest, de quibus iam non est agendum. Prioribus quidem temporibus fistulae orificium apertum esse, et vrinae effluxum liberum permittere debet; postea vero, si caussae impediti per vrethram effluxus imminutae videntur, illud epistomio ligneo obturari potest, ne stragula praeter necessitatem madentia incommodo sint. Nullo modo committendus est fistulae intempestiuus egressus ex vesica; ergo in alui depositione lamina fistulae digitis retineri debet. Acus huius triquetrae iconem delineauit etiam PETR. CAMPER Lib. cit.

SECTIO PERINAEI.

§. 1349.

Interdum in perinaeo ex inflammatione abscessus fiunt, id quod accidere solet, si minor calculus ei loco inhaerescit partesque offendit, ac indies ex materia, quae ex vrina desidit, increscit, vel, id quod frequentissimum est, si gonorrhoea virulenta, sumtis medicamentis calidis, acrioribus, purgantibusque, vino, venere, agitata, vel reprimentibus cohibita fuit. Hoc si incidit, quod ex cognitis suppurationum notis sciri potest, ab initio diligentia adhibenda, vt auertatur inflammatio, cum tales abscessus difficilius ad sanitatem perueniant. Sanguis mittendus, aluus ducenda est

lotio-

lotionibus, et danda ſunt omnia, quae aduerſus inflan mationem poſſunt. Si vero nihilominus tumor : ſuppurationem ſpectat, extrinſecus imponenda ſur quae molliunt, et pus maturant. Hoc vero inci tumore mature euocandum, ne vlcus, quod intus e ſerpat, et in plures ſinus diuidatur. Si inflammati a calculo mota fuit, is euellendus eſt, caeteroquin ver vlcus purgandum, et obſeruatis iis, de quibus prot nus dicam, glutinandum eſt.

§. 1350.

Longe frequentius, in vrinae itinere, ex abſceſſ bus, qui intus rumpuntur, vlcera manent et fiſtula quae etiam naſcuntur, ſi aduerſus illas, ſic dictas, ca runculas (1335) adhibita fuerint, adurentia medica menta, vel aduerſus gonorrhoeam, acriora. Etian calli naſcuntur, vel calculi inhaereſcunt, qui vrinae ite praecludunt. Et haec res, ſi aliter ſuccurri non pot eſt, quandoque perinaei ſectionem poſtulat. Ad han tamen nemo praeceps properare debet, cum non pau ca ſint, quae curationi difficultatem facere poſſunt.

§. 1351.

Vbi vrinae iter incidendum eſt, in id, ſi via patet prius coniicitur catheter, qui ſulcum habet, et ſuper quem, etiam in calculi curatione, veſica inciditur. Si vero illud ferramentum demitti nequit, res ſcalpello agenda eſt, vel in eum locum, inciſa prius cute, conii ciendum eſt illud ferramentum, quo aqua hydropicis emittitur, ſeu acus triquetra, cuius fiſtula ſulcum habet (1346). Super hunc enim, educto ferramento, ſcalpellus demitti, et plaga latius aperiri, poteſt.

§. 1352.

Cum via ſic perfecta eſt, ſingulis vitiorum generibus propria curatio adhibenda eſt. Si calculus inhae-

ret.

t, eum oportet euellere. Si vlcera, aut fordida, aut tera, callofa, aut fupercrefcentia, in vrinae itinere nt, vel, fi aliquid durius et afperius ibi natum eft, id, iod exulceratum eft, circumpurgandum, durum vero nolliendum, et, tum fcalpello, tum medicamentis, tolndum eft. Medicamenta melius vlceri admouentur, linteolum caefitium, cuius ora in fila refoluta eft, ediante fpecillo, in plagam coniicitur, et per glandis turale foramen educitur. Linteolum enim, quod edicamento, ad exedendum callum purgandumque us idoneo, illinitur, in vrinae itinere relinquitur, bis de die adducitur, vt pars nouo medicamento ta fubeat. Inter medicamenta fere optima funt: guentum Arcaei, cui aliquid mercurii dulcis adiici-. Si autem vlcera, vel fiftulae, in plures finus diuintur, neceffe eft, hos omnes incidi. Callus commo- fcalpello praeciditur, vel exafperatur.

§. 1353.

Sunt aliae obferuationes neceffariae. Vlcera, quae, gonorrhoea, in vrinae itinere relinquuntur, interm tolluntur, fi extrinfecus cuti mercurius, illaque mpofitio, quam Neapolitanam vocant, perinaeo illiur. Si malo vetuftas acceffit, et vlcus callofum eft, que plures finus, qui altius penetrant, habet, id nuln curationem recipit. Si vitium ex morbo venereo tum eft, huic morbo ante omnia, et antequam locus ciditur, medendum eft. Saepe incidit, vt inflamma-, quae perinaeum tenet, etiam in fcrotum euocetur. otinus illud incidi oportet, et vlcus, altius concifa nica, purgari. Nec magnum periculum eft, fi fcron corrumpitur (134). Vbi non folum vrinae iter, etiam ceruix veficae, maiori plaga, incidi debet, in nc prius ferramentum compelli debet excauatum allis *Gorgeret*) et fuper hoc fiftula plenior ex argen-

to, demitti. Interea autem lotiones ex decocto ho dei, addita pauca aqua vulneraria, vel, ſi aliquid dig rendum eſt, adiecto melle cum roſa, in eam immi poſſunt.

§. 1354.

Si inciſa veſica fuit, omnia auxilia adhibenda ſu quae inflammationem auertere poſſunt. Sanguis m tus detrahendus, abdomen oleo inungendum, et, tu huic, tum vulneri, adhibenda fomenta ſunt. Aegru oportet ab omni fere cibo abſtinere, potione autem non immodica, ex ptiſana. Nam, ſi plus aequo bitur, veſica impletur, ſi nimis parum, vulnus vri acri irritatur. Nec vulnus prius medicamentis dentibus agitandum, aut callus ſcalpello exaſperand eſt, quam, vbi, leuata inflammatione, ſe ſuppura oſtendit. Illi ſuperdari debent ab initio linamenta ſic poſt vero balſamum ARCAEI. Si vlcera ac fiſtu omnes inciſae, dura autem in pus verſa, fuerunt, i fiſtula argentea, et linteolum etiam caeſitium, ſi adhibitum fuit, recipi poſſunt, per naturale vero vri iter, alia fiſtula, minus plena, ſeu catheter flexilis, veſicam demitti, et ibi relinqui, debet, vt vrinae hanc, non per plagam, exitus detur. Vulnus alend eſt, glutinandumque, quod ſaepe difficilius curation recipit, ita, vt nonnunquam, praecipue in corpori ſiccioribus, gracilioribuſque, fiſtula maneat. Nece eſt, vt aeger, et extentis, et iunctis, feminibus ac c ribus, iis etiam inter ſe faſcia deuinctis, iaceat. Sum cura prouidendum eſt, vt vrina per argenteam fiſtula quae ſemper in veſica relinquenda eſt, non per v nus, deſtillet. Faſcia vulneri idonea eſt, quae ventr comprehendit, duas alias habenas, ei a tergo, ad ſim tudinem litera π aſſutas habens. Habenae ad pe naeum, vbi vulnus, et quae ei impoſita ſunt, contegu et ab hoc ad ventrem ita dantur, vt dexterior ſiniſt

ſiniſ

iisterior dextra, procedat, et vtraque cum alia, qua enter circumdatus eſt, deligetur. Hac faſcia etiam, e id ſaepius dicendum ſit, vtendum, ſi veſica propter lculum inciſa fuit. Ne ſcrotum a deſtillante vrina ritetur, ea, quae per fiſtulam, in veſica relictam, fluit, vaſculo excipi, ipſum vero ſcrotum panno ſeco cerato contegendum, inuoluendumque eſt, et ſuſendendum *.

* Hanc medendi rationem, vt vanam, repudiauit ASTRVCIVS l. c. Lib. III. Cap. IV. p. 318. Addit enim, ſe nouiſſe plures, quibus, diu a Chirurgis excarnificatis, ex hac curatione, longe grauior στραγγουρία fuerit relicta, etſi caeteroquin illa feliciter ceſſerit, et vulneri cicatrix inducta fuerit. Vrinae enim iter ex cicatrice multum coarctari, et fere intercludi. Sed illud, vt videtur auerti poteſt, ſi argentea, vel plumbea, fiſtula in veſica, relinquitur, donec omnia ad ſanitatem pervenerint, et, ſi etiam, poſt finitam curationem, illa bacilla, ex panno cerato, in vrinae iter coniiciuntur, et in eo continentur, quibus illud ampliatur. Pluribus exemplis hanc curandi rationem confirmauit ſupra laudatus COLOT l. c. Eam vero, neque omni tempore, neque in omni aetate, neque in omni corpore, neque etiam in omni vitio, experiendam eſſe, quilibet videt. Interdum vero, vbi aliter homini ſuccurri nequit, etiam temeraria medicina profuit.

FISTVLA PERINAEI.

§. 1355.

Quandoque in perinaeo fiſtulae relinquuntur, ſi magna ſuppuratione, vel etiam gangraena, orta, ulta exciderunt, vel, ſi neceſſarium fuit, plagam diu itere, cum tardius purgari potuerit veſica et vrinae er. Etiam id incidere ſolet, ſi maior calculus, inciſo erinaeo euulſus, et veſicae ceruix maiori vi rupta, vel, vulneri non idonea curetio adhibita fuit. In hoc caſu ae vlceris concidendae et exaſperandae, vulnus vero npoſitis medicamentis, quae carnem nutriunt (338), nplendum eſt. Ad id vero neceſſarium eſt, vt aeger mper extentis cruribus, feminibus inter ſe deligatis,

iaceat, et vt vrina, per fiſtulam, in veſica relictam euocetur. Vbi orae vlceris purgatae fuerunt, et vulnus impletum, raro id deligari oportet. Si autem fiſtula ex toto claudi nequit, opera danda eſt, vt coanguſtetur. * Si vero his curationibus prohiberi non poteſt, quo minus per plagam vrina exeat, autores quaedam machinamenta inuenerunt, quibus vlcus fiſtulaque comprimitur.

* Vide NVCKIVM fig. XI. HEISTERVM Tab. XXVI. fig. 10.

† De fiſtulis tum veſicae, tum perinaei animaduerſiones non nullas PETR. CAMPER l. c. collegit, quas legiſſe non poenitebit eos, qui illarum curationes in ſe ſuſcipiunt. Idem lingua ſua vernacula edidit. Animaduerſiones in Hippocratem, Celſum et Paulum de fiſtulis et prolapſu ani, quas Germaniae ſuperioris Chirurgi germanice verſas legere poſſunt. Inſcriptus libellus eſt: *Abhandlungen etc. über die Fiſteln und Vorfälle des Afters etc. von* PETER CAMPER, *Leipzig* 1781. Atque hae paucae chartae legi omnino debent. Auctor enim medendi viam fiſtulis, qua linum in fiſtulam dederunt eoque et cute et fiſtula inciſa eſt, multis laudibus extollit. Praeterea et de ani prolapſu lectu digna propoſuit, quae, niſi ſero demum mihi innotuiſſent, ſuis quaeque locis adiecoiſſem.

VARIAE QVAE CALCVLOSIS ADHIBENTVR, CVRATIONES.

Monendus eſt Lector, omnia, quae ad variam calculoſorum curationem, et huius hiſtoriam, attinent, deberi ſtudio Doctiſſimi Viri IVSTI GODOFREDI GÜNZII, *Anat. et Chirurg. Prof. Publ. Extr. in hac Academia celeberrimi. De ſingulari beneuolentia, quam mihi, hoc labore, praeſtitit, dicta ſunt quaedam in Praefatione.*

§. 1356.

Corpora, calci ſimilia, in omni fere corporis humani parte, ex ſuccis noſtris concreſcunt, veri calculi ex lotio tantum, cum in rene, tum in veſica. Solent autem ex hac tantum ſectione eximi, ſi aegris aliter ſuccurri non poteſt, neque certae notae interitus ſunt *. Nam, qui renibus inhaerent, eos ſini oportere ni-

i lumbos in tumorem attollant, in quo caſu, vel ruo abſceſſu, vel inciſo, educi debent **.

De generatione calculi renum et veſicae GÜNZIVS nihil dixit. Cuius intereſt, de eius cauſis bene ſcripta legere, is librum pathologicum GAVBII euoluat. Curatio calculoſorum medicamentis intus ſumendis calculos ſolventibus incerta eſt, infida, faſtidioſa plerumque. Noſtra memoria famoſum fuit remedium, quod Magnae Britanniae Parlamentum quod vocant, magno pretio redemit a virgine, STEPHENS appellata; quod valde compoſitum atque multiplex paulo poſt repudiatum fuit, adeo vt DE HAEN calculos ab eo generari poſſe crederet. Deſcriptioeem eius vid. in *Mercure hiſtorique & politique Menſ. Iul. an.* 1739. p. 97. vel in Tractatu ſingulari Anglica lingua ſcripto a IACOB KIRCKPATRICK, quem ad manus non habeo, ſed verſionem teutonicam Hamburgi 1739 editam et inſcriptam: *Accurater Bericht von der Würkung der Madame Johanna Stephens Blaſenſteins - Arztneyen, durch* IACOB KIRKPATRIK. Deſerta haec quidem via curandi duxit ad alias. Intellexere enim, alcalina medicamenta poſſe proficua eſſe; alii igitur ſapone, alii aqua calcis viuae concharum vſtarum, vel intus ſumenda vel in veſicam iniecta vſi ſunt; quae prodeſſe poſſunt; ſi cauſſa calculi acido - mucoſis alimentis tribuenda. Teſtas ouorum calcinatas patres noſtri dudum adhibuere. Thermarum Carolinarum aquas etiam laudant, quae tamen omittendae, ſi calculus aſper vrinam reddit cruentam aut dolores ſequuntur, aut ſigna vlcerum ſunt. Quidam ſpiritus acidos minerales, Elixir acidum Dippelii ſoluere terram calculi alcalinam poſſe iudicarunt, ea igitur praebiis exiguis repetito dederunt. Noſtra aetate nonnulli plantae, quae vua vrſi vocatur, multum tribuerunt. Quae quidem in laxis corporibus calculum ſoluere non poſſe, loco tamen mouere, et vlceribus prodeſſe poſſe videtur. Duriores calculi a nulla medicina intus ſumta mutantur.

Calculus ex iis morbis eſt, qui, cum omnes homines eorum in ſe cauſſam habeant, et perpetuo alant, ſine dubio nullo non tempore cogniti fuerunt. Perardua eſſe debet et anceps, omnis Chirurgia, quae hoc morbo laborantibus adhibetur. Tamen et nullum malum eſt, cum quo acerbior dolor coniunctus ſit, quodque, longius trahendo, hominem quotidie iugulet. Et haec effeciſſe videntur, vt, antiquiſſimis etiam temporibus, calculoſi non dubitarunt, ſe crudeli et valde ancipiti curationi ſubiicere. Nemo ignorat, HIPPOCRATIS aetate inuentos fuiſſe, qui audebant calculum e veſica euellere, et aegros a certiſſima aliter morte liberare. Is enim et medicae et chirurgicae artis parens diſcipulos iureiurando obſtrinxit, vt a calculoſorum curatione abſtinerent.

rent. Debebant autem viris in hac re exercitatis relinquere. Quod multi interpretati sunt, ac si HIPPOCRATES letif- ram eam, aut crudelem, et ab humanitate alienam, habuisse. Posse etiam hoc per AVINZOARIS verba confirmari, qui calculi sectionem, tam turpem rem, et abominabilem miseram que, esse dixit, vt non tantum non exerceri, sed ne adspici quidem, ab honorato viro debeat. Vid. IO. HENR. MEIBOMIVS in *Comment. ad iusiur. Hippocr.* p. 162. Arabes irreligiosum habebant naturalia intueri, a quo Graeci alienissimi fuerunt. Alia vero letalitatis ratio est, quam HIPPOCRATES putauerit cum calculi sectione coniunctam esse. Nam in *Aph.* 18. *Lib. VI.* ait: κύστιν διακοπέντι θανατῶδες, vesicam con vulneratam habere, mortem affert, qui Aphorismus ex *Lib. I de morbis* desumtus est. Sed quid clarius est hoc, HIPPOCRATEM *in Iureiurando* non ad interitus periculum respexisse, quod cum vesicae laesione coniunctum sit, verum ad difficultatem curationis. Nimirum addit, debere ipsam iis committi, qui omne studium in ipsa exercenda posuerint. Quo videtur discipulos monere voluisse, nolint hanc ancipitem Chirurgiam temere suscipere, sed debeant sibi eam artem longa exercitatione comparare. Conf. IOH. HENR. MEIBOMIVS *loc. cit. Cap. XVI. p.* 153. *seqq* et aptissima est interpretatio, quam dedit LAVREMBERGIVS in *Porticu Aesculap.* Cap. 9. Existimat enim in Coorum republica ministros aliquot Medicorum publice constitutos fuisse, qui calculi curationem perficerent. Itaque HIPPOCRATEM voluisse medentes deberent his ministris, suis publice constitutis et conductis, eam faciendam relinquere. Veteres autem existimasse videntur, in ea curatione, quam artifices calculosis adhibebant, vrinae iter, carneamque vesicae partem, patefieri, non corpus vesicae, quod putabant membraneum esse. Vid. CELSVS *Lib. VII. Cap. XXVI.* et *Auctor Isagog.* Cap. XVIIII. Ex quo patet, quomodo accipi debeant, quae HIPPOCRATES de letifero vesicae vulnere habet. Etsi ea sic quoque interpretari licet, vt, HIPPOCRATEM, credamus, neminem vidisse, qui ex vulnere vesicae seruatus sit, aut voluisse, vtplurimum eos decedere, qui vesicam percussam habeant. Recentiores vero viderunt, ac frequenti obseruatione confirmatum est, non semper mortem sequi, si vesica vulnus accepit. Vide supra §. 679. Praeter ibi citatos auctores, obseruationes de persanatis, grauioribus praecipue, vesicae vulneribus habent FRANC. ROSSETVS in *Part. Caes. Assert. Historiol.* p. 256. seqq. Par. MDXC. C. STALPART VAN DER WIEL *Cent. I. Obs. LXXXI.* et, quos ibi citat, DIONIS in *Cours des Oper. Demonstr. III.* p. 243. Ed. MDCCXL. Amyandus apud DVGLASS. in *Lithotom.* p. 42. FRANC. COLOT. in *Tr. de l' Operation de la taille* p. 48. seqq. et alii permulti. Quis autem dixerit, qua curandi via illi Medici vsi sint, qui HIPPOCRATIS aetate, calculosorum curationes

curationes perficiebant? Non improbabile est, eam viam tenuisse, quae a CELSO patefacta fuit. Est enim, quod quam maxime antiquitatem probat, simplicissima. Post HIPPOCRATEM, nullus ex medendi artis scriptoribus de calculi curatione quaedam proposuit, aut videtur in hac Chirurgia egregie versatus fuisse, praeter AMMONIVM, quem CELSVS scribit Lib. VII. Cap. XXVI. eo nomine λιθότομον cognominatum fuisse, quod ferramenrum repererit, calculo maiori in vesica findendo aptum. Est autem probabile, AMMONIVM non alio modo, quam, qui a CELSO propositus est, viam ad vesicam aperuisse. Eandem viam etiam MEGEM tenuisse, qui iunior AMMONIO fuit, et Romae vixit, CELSVS *in Praef. ad Lib. VII.* ex eodem CELSO *Cap. XXVI. Lib. VII.* planum est. Docet enim, quale ferramentum excogitauerit ad calculum spinosum eximendum; quanto magis indicasset, quam curationem calculosis in vniuersum adhibuerit, si diuersa fuisset a Celsica? Calculum vero sectione curare non infrequens res fuisse videtur, cum HEROPHILI, tum quoque CELSI, atque GALENI, aetate. Vt enim hoc omittam, quod GALENVS, vel qui alius Auctor est, in *Isagog. Cap. XVIIII.* memorat, ferramentum, quo ad explorandum calculum vesicae vtimur, ab ERASISTRATO καθητὴρ nominatum fuisse, FLORVS *in Epit. Liu. Lib. LV.* ait: Alexandri filium, regem Syriae, decem annorum puerum, occisum fuisse corruptis Medicis, qui eum calculi dolore consumi, ad populum mentiti, secauerunt. GALENVS autem cum in *Isagog.* l. c. tum in *Comment. ad Aph.* 18. *Lib. VI. Hippocratis.* ac praecipue HELIODORVS apud GALENVM de *Fasciis* C. XVI. de hac Chirurgia, tamquam vulgo nota, scripserunt. CELSVM igitur, qui *loc. cit.* primus ex veteribus, quorum nempe scripta ad nos peruenerunt, quae curatio calculosis adhiberi debeat, longa oratione exposuit, non, quam ipse repererit, declarasse, verisimile est, sed quae fortassis iam inde ab HIPPOCRATIS aetate perfecta fuit. Qui, a CELSI vsque ad PAVLI AEGINETAE tempora, in medendi arte inclaruerunt, si a GALENO recedas, etsi de calculosis aliqua, de curatione tamen nihil, dixerunt. PAVLVS vero in omnibus CELSVM secutus est. Vid. *Lib. VI. Cap. LX.* Neque Arabes Medici ab hac via deflexerunt, quod ex AVINCENNA *Lib. III. Fen. XVIIII. Cap. VII.* et ALBVCASI *Part. II. Cap. LX. et LXI.* disci potest. ALBVCASIS tamen aliquid mutasse dicitur, quod ad latus natis sinistrae, et in feminis, ad radicem coxae, voluit plagam fieri. Fortassis vero hic locus idem fuerit, quem CELSVS imam sinisteriorem oram dixit, et sub qua virgini incidere sic iussit, vt plaga transuersa sit. *loc. cit.* ALBVCASIS etiam scalpelli non ancipitis iconem dedit, quod hodie plerique credunt ab ipso repertum esse, et parum ab eo diuersum, quo CHESELDENVS vtitur. Plurium Me-

 dicorum,

dicorum, qui inter Arabes, in manu medendi arte, praeclare verſati ſint, memoria intercidit. Neque inter eos, qui Saeculis XIII. XIIII. et XV. in Italia et Gallia hanc artem exercuerunt, aliquis eſſe dicitur, qui de calculoſorum curatione dignum quid memoria propoſuerit, praeter GVIDONEM, qui a CELSO monſtratam, neglectamque eo tempore, viam quaſi iterum aperuerit. *Tract. VI. Doctr. II. Cap. VII.* Factum eſt, vt, quia plerique, quod ea aetate frequentiſſimum fuit, a CELSI lectione abhorrebant, calculoſorum curatio, qualem GVIDO propoſuit, *Guidoniana* nominaretur. Eam tamen ipſe ſine dubio non perfecit. Dicit autem, quomodo fieri debeat ſecundum BRVNVM, THEODORICVM, ROLANDVM, ROGERIVM, alioſque Magiſtros. Hi ipſi, ſi a ROGERIO ſeceſſeris, aeque ample, ac GVIDO, de calculi ſectione dixerunt. Haec veterum curatio, apparatus parui nomen accepit, paulo poſt, quam IOANNES DE ROMANIS aliam inuenerat, cui, ob ferramentorum numerum, apparatus magni nomen impoſitum fuit; quaſi ſolis ferramentis differrent. CELSVS eam voluit in eo tantum corpore experiendam eſſe; quod iam nouem annos, nondum quatuordecim exceſſit. Et nemo, praeter audaciſſimos homines, vel nebulones aliquot, inuentus eſt, qui auſus ſit, eam curationem adultis adhibere; non, quod non poſſit, ſed, quod non tuto poſſit. Praeterito ſaeculo circa A. MDCLXIII. homo aliquis in Gallia exſtitit, RAOUX nomine, qui ſe dicebat hac via, quae, quod pauciſſimis ferramentis perficitur, minus, quam illa, quae cum magno apparatu eſt, terrere debet, cum pueros tutius curare, tum ex adultorum etiam veſica, calculum euellere poſſe. Burdigala Lutetiam venit, vt calculoſos ibi curaret. Deprehenſus autem fuit, in puerorum curatione, non plus praeſtare poſſe, quam, qui ex Chirurgis, cum minore ferramentorum apparatu, calculum euellebant. Adultos etiam pleroſque ita ſecuit, vt veſicam non aperiret. Habebat autem tam expeditum manuum vſum, vt facile calculum ſupponeret, quod, vbi vidit aliquando cognitum fuiſſe, fuga ſibi conſuluit. Vid. de MINGELOVZEAUX *Comment. ſur la Chirurgie de* GHAULIAC *T. II. p.* 739. *ſqq. Burdig. MDCLXIII.* CAROLVS DRELINCVRTIVS *in Legende du Gaſcon. Pariſ. MDCLXV.* FRANC. COLOT. *l. c.* pag. 28. ſeqq. FRANC. TOLET in *Tr. de la Lithotomie* p. 146. ſeq. *Pariſ. MDCCVIII.* Noſtra aetate pauciſſimi medentium ſunt, qui hac via perfecta, vel pueros tuto a calculo liberari poſſe, exiſtimant. Eſt autem princeps GIROLAMO MARINI, qui imperitiae accuſat, quicunque tenerae aetatis pueris a IOANNE DE ROMANIS propoſitam curationem adhibere velint. *In Pratica delle principali operazioni di Chirurgia Cap. XI.* Alia argumenta, quibus vtilitas huius curationis confirmari poſſet, adducta ſunt a Cel. HEISTERO in

in *Instit. Chirurg.* p. 902. et 979. Vid. etiam DENYSIVS in *Obseru. Chirurg. de Calculo.* p. 95. Si a sectione calculi recedamus, qui in itinere vrinae haeret, vnicus casus est, in quo eam, cum pueris, tum adultis, adhiberi oportet. Est autem is casus, si calculus collo vesicae ita insidet, vt perinaeum in tumorem attollat. G. DE LA FAYE in *Notis ad Dionisii Chirurg.* p. 221. Huic curationi tum demum nomen parui apparatus (*petit appareil*) impositum fuit, vbi, prout supra dictum est, alia a IOANNE DE ROMANIS reperta fuerat, quam magnum apparatum (*le grand appareil*) nominabant, propter ferramentorum numerum, quibus perficitur. Hactenus a plerisque creditum fuit, laudem huius inuentionis Italis, ac sigillatim IOANNI DE ROMANIS, deberi. Nuperrime autem hanc ipsi gloriam detrahere, et suae genti tribuere, voluit, leuissima coniectura ductus, qui originem Artis Chirurgicae in Gallia exposuit in Libro, qui inscribitur: *Recherches critiques & historiques sur l'Origine, sur les divers états & sur les progrès de la Chirurgie en France. Paris. MDCCXLIV. p.* 258. *seqq.* Vult autem latronem illum, cuius historiam, praeter alios permultos, AMBROSIVS PARAEVS habet *Lib. XXIV. C. XIX.* et cui hactenus fere creditum fuit, calculum ex renibus exsectum fuisse, vesicae calculo laborasse. Esse vero hunc hominem a GERMANO quodam COLOTO liberatum, qui ipsi eandem curationem adhibuerit, quae vulgo *Mariana* nominetur. Puto equidem nihil magis his opinionibus de COLOTI curatione repugnare, quam quod FRANCISCVS COLOTVS ipse, qui vltimus ex ea familia fuit, gloriam inuentionis eius curationis ad IOANNEM DE ROMANIS refert *loc. cit. pag.* 20. 64. IOANNES DE ROMANIS, qui Patria Cremonensis de Casali maiori erat, artem suam Romae exercuit. Vid. MARIANVS SANCTVS *in libello aureo de lapide ex vesica per sectionem extrahendo. Cap. XVIII.* et IOANNES ipse in Epistola ad MARIANVM, quae ad calcem huius libelli est. Nihil ipse de hac noua curandi via scripsit, sed fuit ipsa a discipulo eius MARIANO SANCTO, Baroli in Appulia nato, in libello iam allegato, aperta. Tamen ex hoc etiam libello non apparet, quo tempore IOANNES hanc viam repererit. Alii initio Saeculi XVI. factum fuisse dicunt, alii MDXXV. vt COLOTVS *loc. cit.* p. 64. plerique circa an. MDXX. DVGLASSO probabile visum est, An. MD. propius id factum esse, quam An. MDXX. et MARIANI libellum, non, vt vulgo putatur, *Venet. MDXXXV.* sed MDXXIII. in lucem prodiisse. MARINVS, qui Medicae Artis Doctor fuit, viuo IOANNE, suum libellum edidit, in quo aliquot in locis fatetur, se esse in hanc curandi viam a IOANNE ductum. Tamen factum est, vt non a IOANNE, qui reperit, nomen acciperet, sed a MARIANO, qui descripsit, et fortassis ornauit, MARIANA vocaretur. Nomen

vero magni apparatus a ferramentorum numero habet. CELSI curatio, praeter fcalpellum, folo vnco, vel etiam interdum digito, perficitur, quo calculum promimus. Contra in MARIANA adhibebantur olim, praeter fcalpellum, fpecilla incurua, quae fulcum in longum ductum habent, et vulgo itineraria, vel fiftulae, nominantur, exploratorium, feu aliud fpecillum rectum, ductores duo, aperiens, feu dilatatorium, forceps, fpecillum globulo inftructum (*Bouton*), quod MARIANVS verriculum dixit, cochlear, et interdum peculiare ferramentum, quod MARIANVS duo latera nominauit. Praeter haec omnia, loco forcipis, faepe vnco dentato vfi funt. Putant omnes, fi a FALCONETO recedimus, hanc MARIANI curationem, praeter hoc quod ferramentis, loco etiam fectionis, quam maxime a CELSI curandi via differre. De qua re commodior dicendi locus erit, vbi ad lateralem fectionem, peruenerimus. Exequamur iam breuiter MARIANAE hiftoriam. Inter MARIANI difcipulos Romanus aliquis Chirurgus fuit, OCTAVIANVS DE VILLA nominatus. Nam hunc folum a MARIANO artem calculofos curandi accepiffe, nullo argumento probari poteft. Ab hoc demum Gallo-Franci Chirurgi eam acceperunt, etfi fortaffis et Italos eandem docuerit, ex quibus NVRSINOS, qui fcilicet herniarum curatione excellebant, hanc curationem per Europam fparfiffe, IO. RIOLANVS Filius et CAMILLVS FALCONETVS, nefcio, qua auctoritate, affirmant, ille in *Enchirid. Anat. Pathol. Lib. II. C. XXXI.* hic in *Quaeft. an educendo calculo, caeteris anteferendus apparatus lateralis?* p. 6. Ille autem OCTAVIANVS, cum faepius Parifios euocaretur, quia per Trefnel, oppidulum prope Tricaffium, iter facere debebat, artem fuam dicitur cum LAVRENTIO COLOTO communicaffe, qui, etfi Medicus erat, tamen manu etiam medendi artem exercebat. Ab eo tempore, vt Medicam artem olim AESCVLAPII, fic calculi curationem COLOTI, familiae, faltem in Gallia, propriam manfiffe. Vid. FRANC. COLOT *l. c. pag.* 66. *feqq.* COLOTVS hanc ab OCTAVIANO acceptam artem, tanto cum dexteritate, exercebat, et tam profperos etiam fucceffus habebat, vt Henricus II. Rex ipfum Lithotomum Regium conftitueret, quod A. MDLVI. factum eft. Quem titulum COLOTI feruarunt vfque ad FRANC. COLOTVM, qui vltimus ex ea familia fuit. Huius loco TOLETVS Lithotomus Regius factus eft. Obiit Anno MDCCVI. et egregias obferuationes de calculi, aliorumque morborum veficae, curatione fecit, quarum libellus An. MDCCXXVII. *Parifiis* prodiit. In hoc legi poteft breuis hiftoria COLOTORVM *p.* 67. *fqq.* Plura tamen de COLOTIS lithotomis habentur apud PAREVM *L. XVI. C. XLVII. et L. XXIIII. C. XVIIII.* GVIDON. PATIN *Lettres choifies Tom. I. p.* 284. 335. 372. *Tom. II. p.* 107. 248. *Tom. III. p.* 339. *Nouuell. Lett. Tom. II. p.* 213. 231. 314.

314. *Recherch. sur l'Orig. de la Chirurg. loc. cit.* Vid. etiam IO. VAN HORNE *Microtechne p.* 451. *Lipſ.* MDCCVII. A COLOTIS auxilium petiit, quicunque fere et in Gallia, et extra eam calculo veſicae laborabat. Et probabiliter ad hos etiam pertinet, quod de COLET aliquo apud GROENEVELTVM in Diſſ. Lithol. p. 53. Ed. MDCLXXXVII. habetur, niſi forte TOLETVM voluerit, cuius eo iam tempore aliquod nomen erat. Item, quod de CALLOT quodam apud TOLETVM *l. c. pag.* 157. et apud TITSINGH *in Heelkundige Verhandeling over den Steen en het Steenſnyden p.* 95. *Amſt.* MDCCXXXI. legitur. PHILIPPVS COLOT, auus FRANCISCI, duos ſibi Chirurgos adiunxit, RESTITVTVM GYRALTVM, et SEVERINVM PINAEVM, quorum hic Regis iuſſu, decem alios Chirurgos illam calculoſis medendi artem docuit. FRANCISCVS autem COLOTVS ait, neque hoc, neque, quod Noſocomiorum Pariſienſium Chirurgi COLOTOS in his aedibus viderint calculoſos curare, hanc vim habuiſſe, vt *Mariana* curandi via plane aperiretur *l. c. p.* 72. *ſeqq.* Etſi vero COLOTI ſecreta artis non aperiebant, tamen iam inde a medio ſaeculo decimo ſexto in Gallia Chirurgi fuerunt, qui, CELSI via relicta, ad *Marianam* tranſibant, vel ex parte etiam, aliam reperiebant, quae ad *Marianam* accedere videbatur; ſiue ab OCTAVIANO, vel alio quodam MARIANI diſcipulo, inſtructi fuerint, ſiue didicerint ex MARIANI libello. Exemplo potiſſimum PAREVS eſſe poteſt, qui hanc curandi rationem ſatis accurate expoſuit *Lib. XVI. Cap. XLII. ſeqq.* atque perfeciſſe etiam videtur. Vere enim a ſe perfectam eſſe, nullibi ab ipſo propoſitum eſſe inuenio. Laudem vero dexterrimorum Chirurgorum ſibi compararunt, qui *Marianam* curandi viam ingreſſi ſunt, ex ſuperioris ſeculi Chirurgis Gallo-Francis IOANNES BONNET, FRANCISCVS THEVENIN, RVFFINVS, *Pater et Filius*, IACOBVS HARAN, IONNOT, GOVINVS et pauci alii. Vid. DEVAUX in *Ind. funer.* GVIDO PATIN *Lettr. Novell. Tom. II.* p. 63. 213. ſeq. TOLET l. c. Praef. et p. 33. 155. 179. Noſtra aetate plurimi ex Gallo-Francis Chirurgis, qui calculoſos curant, hanc potiſſimum Chirurgiam exercent, quae cum magno apparatu fit. Extra Galliam pauciſſimi Chirurgi fuerunt, vel nunc etiam ſunt, qui *Marianam* curationem ita calculoſis adhibuerunt, vt famam ſibi aliquam parerent. Expoſita vero fuit, idque primo loco a Germano homine GVALTER. HERM. RYFF in libello, quem Germanice ſcripſit, *de calculi renum ac veſicae curatione Arg. MDXLIII.* 4. deinde a GOVRMELENO *Operat. Lib. II. p.* 178. *ſeq.* PAREO *loc. cit.* HILDANO in Lib. *de Lithotomia Veſicae Baſil. MDCXXVIII.* 4. qui liber in Operibus multo auctior habetur. IOSEPHO COVILLARD in *Chirurg. Operateur L. II. Sect. I. Chap. X.* IOANNE GROENEVELT in *loc. cit.* DE LANAY in *Diſſert. ſur les maladies et ſur les Operations de la pierre. Pariſ. MDCC.* TOLETO

l. c.

l. c. ALGHISI *in Litotomia ovvero del cavar la pietra, in Firenze, MDCCVII.* LE DRAN in libro, quem inſcripſit: *Parellele des differentes manieres de tirer la pierre hors de la veſſie.* Par MDCCXXX. et aliis nonnullis, qui de Operationibus Chirurgicis ſcripſerunt, maxime DIONISIO, GARENGEOTO, et HEISTERO. Affirmare nolo, omnes, quos hactenus dixi, *Marianam* curationem, vel exercuiſſe, vel deſcripſiſſe, plane eam, quam MARIANVS, viam ingreſſos fuiſſe. Sufficit, veſicam ſub oſſibus pubis pateſeciſſe, et loco calculi, ſuper quo, medio digito, ad perinaeum adducto, olim ſecabant, itinerario, aliiſque ferramentis, vſos eſſe, quae, vt magnus apparatus eſſet, efficiebant. Nam in hoc credebant *Marianam* curationem conſiſtere. Hac aetate iam factum eſt, vt medentium plures ſcalpello ancipiti vtantur et ductore canaliculato. (*Gorgeret*). Super hoc non dilatatorium, ſed indicem potius dextrae manus, ita demittunt, vt, eum lente promouendo, collum veſicae aperiant. Calculo euulſo, plures etiam fiſtulam, praecipue flexilem, plagae imponunt, quo, quod e calculo, vel arena, in veſica ſupererat, commode effluere poſſit. Praeter haec recentioribus hoc potiſſimum laudi dandum eſt, quod de concinne magis et ad curationem tuto perficiendam aptioribus parandis, ferramentis ſoliciti fuerunt, quod ſatis patet, ſi icones apud PAREVM cum illis apud TOLETVM compares. Nuper vero LE DRAN, cum in modo ligandi aegrum, tum in ſcalpelli figura aliqua, immutauit. Vtitur autem ſcalpello acutiore reliquis, et cuius alter margo, ſiquidem anceps eſt, rectus eſt, *l. c. Tab. III. Fig.* 4. *et p.* 55. Ad haec, ſi maior calculus ſit, quam, vt promi poſt primam ſectionem, ſiue metu magnae ruptionis ac lacerationis partium, non poſſit, dilatare priorem plagam a latere iubet. Excogitauit etiam ad hanc ſectionem faciendam nouum ſcalpellum, cum ſpecillo ſulcato, et ductorem canaliculatum, qui in dorſo ſulcum in longum ductum habet. Vid. *Obſeru. noſtrás de Calcul. curandi viis pag.* 69. *ſeqq. et Tab. I.* Nouiſſime tamen et in his denuo aliqua mutaſſe videtur. Vid. LE DRAN *Operat. de Chirurg. p.* 304. *Par. MDCCXLII.* Jam olim tamen hanc plagae dilatationem propoſuit et cultellum curuum ad eum finem reperit TOLETVS *l. c. p.* 115. *ſeq.* Conf. etiam DE LAUNAY l. c. p. 105. ALGHISI *l. c. p.* 81. et SCHAEFER in *Differt. de variis lithotom. gener. pag.* 21. *Argentor. MDCCXXIIII.* Reliqui fere omnes *Marianam* curationem ita perficiunt, vt infra docebitur. Ad hanc calculoſorum curationem ea pertinet, quam PETRVS FRANCVS primum deſcripſit *loc. cit. Cap. XXXIII.* et quae propterea ab HILDANO *loc. cit. Cap. XVI.* et GROENEVELTO *l. c. p.* 52. *Franconiana* nominatur. Eſt autem haec. Plaga facta, ſi calculus in eam incidit, vnco extrahendus eſt, ſi vero non, turunda immitti poteſt, qua vulnus

vulnus per aliquot dies apertum ſeruetur, ex quo deinde calculus vel ſponte exit, vel facile eximitur. Poſt FRANCONEVM propoſuit hanc curationem DELEAVSON *l. c. Cap. X.* et praecipue HILDANVS *l. c.* qui eam vehementer laudat. Laudarunt etiam, idoneiſque exemplis eius vtilitatem comprobarunt FR. COLOT *l. c. p.* 182. *ſeqq.* et TOLET *l. c. Cap. XX.* ſic tamen, vt indicarent, raro accidere, vt hanc curationem adbiberi oporteat. Alia calculum curandi via eſt, quam vulgo apparatum altum (*le haut appareil*) nominant. In hac enim calculus euellitur, veſica ſuper oſſibus pubis patefacta. Etiam caſu a PETRO FRANCONE reperta eſt, quare a pleriſque *Methodus Franconica* appellatur, ab aliis apparatus vel ſectio hypogaſtrica. Refert autem PETRVS FRANCO *l. c. p.* 139. accidiſſe ſibi aliquando, annum enim non addit, et falli adeo videntur, qui An. MDLX. ponunt, vt, cum infanti bimulo CELSI curationem adhibuiſſet, non poſſet calculum, qui nimis magnus eſſet, protrahere. Quare, ne ſibi exprobrari poſſet, neſciiſſe calculum euellere, digitis ſiniſtrae manus, quos in anum miſerit, ſe calculum ſuſtuliſſe, dumque miniſter imum ventrem, proxime ſub vmbilico, compreſſerit, vt calculus ſuper oſſibus pubis promineret, abdomen cum veſica ſuper calculo incidiſſe, quem feliciter extraxerit, et vulnus ſanauerit. Tamen FRANCO medentes monet, ne, quod ipſe coactus fecerit, imitentur. HIPPOCRATIS enim auctoritate obcoecatus, exiſtimabat, vulnera, quae corpori veſicae infligantur, mortem afferre. Primus prohabiliter poſt FRANCONEM hanc Chirurgiam propoſuit et laudauit, ac nomen *haut apareil* dedit ROVSSETVS in libro, quem inſcripſit *l'Enfantement Ceſarien pag.* 77. et qui prodiit *Pariſ. MDLXXXI.* 8. Iterum eandem propoſuit, et tres perficiendi modos adiecit in libro *Part. Caeſar. Aſſert. Hiſtoriol.* inſcripto *p.* 266. *ſeqq.* Correxit autem eam, praecipue in hoc, quod veſicam non ſuper calculo aperire docuit, contra iuſſit veſicam ſiue lotio repleri ſinere, ſiue liquorem idoneum immittere, quo ſe ſuper oſſibus pubis, tumore aliquo, prodens, tuto incidi poſſit. Et non ſolum ipſe experimenta in mortuorum hominum corporibus cepit, p. 266. verum etiam viuo adhibitae ab aliquo curationis exemplum habet, *p.* 282. quod adeo primum eorum omnium fuerit, quae de illa curatione, conſulto inſtituta, habentur. Poſt ROSSETVM, mentionem huius curandi viae fecerunt HILDANVS *loc. cit.* primum, vt reiiceret, deinde, vt laudaret, RIOLANVS in *Anthropogr. L. II. C. XXVIII.* et in *Animadu. in Veslingium*, GROENEVELTVS *loc. cit.* BARBETTE in *Chirurg. C. XXVI.* TOLETVS *loc. cit. Chap. XV. p.* 137. DIONIS *loc. cit. Demonſtr. III. p.* 230. *et alii.* Maiori ſtudio eandem olim laudauit, et Chirurgos ad eam exercendam excitare voluit Pariſienſis Medicus, NICOLAVS PIETREVS.

In

In ſchola enim Medicorum *An. MDCXXXV.* quaeſtionem propoſuit: *An ad extrahendum calculum diſſecanda ad pubem veſica?* Haec diſſertatiuncula, quod inter rariſſimos libellos eſt, iterum impreſſa fuit in DOUGLASSI *Lithotom. Douglaſſ. pag.* 121. *Lond. MDCCXXIII.* et in CHESELDENS *Treatiſe on the High Operat. p.* 141. *Lond. MDCCXXIII.* Conf. de hac diſſertatiuncula GUID. PATIN. *in Lettres choiſies Tom. I. XX. p.* 61. Cum PATINVS ſcribat, PIETREVM hanc curationem pluribus et viris et feminis adhibendam curaſſe, probabilia vtique ſunt, quae de BONNETO, Pariſienſi Lithotomo, habentur apud TOLETVM *loc. cit. p.* 139. et DIONIS. *loc. cit. p.* 230. et, qui *An. MDCLI.* obiit. vid. DEVAUX *c. l.* Confer tamen PATINVS in Epiſt. ad BARTHOLINVM, quae eſt inter *Bartholinianas XX. Cent. III.* GROENEVELTVS etiam ſe coactum hanc curationem aliquando calculoſo adhibuiſſe memorat *l. c. p.* 152. *Edit. Lond. MDCCX.* DIONIS, etſi deſcriptionem dedit curationis, quam non tentauit, eam tamen perficiendi talem modum propoſuit, qualis fere a DOUGLASSO etiam adhibitus fuit. Non dubitauit quoque eam reliquis calculum curandi viis praeferre, *l. c. p.* 231. *ſeqq.* Ante DIONISIVM experiri eam SOLINGENIVS ſic voluit, vt veſica non liquore idoneo, verum aere immiſſo, diſtenderetur. *Chirurg. Part. III. Cap. XX.* Circa *An. MDCC.* COLOTVS a Magiſtratu Pariſienſi iuſſus eſt, vrgente fortaſſis FAGONIO, vid. DIONIS *l. c.* experimenta in cadaueribus inſtituere. Vid. FR. COLOTVS *l. c. p.* 43. *ſeqq.* et *Auctor. Praef. ad* COLOTVM *p. XV.* Ita vero de iis ad Magiſtratum retulit, vt nullo modo in viuis tentandam, ſed periculi pleniſſimam eſſe, diceret. Eo ipſo tamen tempore PROBY, Dublinenſis Chirurgus, puellae calculo laboranti, hanc curationem adhibuit. Vid. *Transact. Phil. MDCC.* Inde vſque ad A. MDCCXVIII. neminem iuuenio, qui eius vel mentionem tantum fecerit. Nam hoc anno IACOBVS DOUGLASS Medicus de hac, tamdiu neglecta, curatione, coram Societate Regia Londinenſi, ita expoſuit, vt non ſolum eam tuto fieri poſſe, per Anatomen oſtenderet, ROSSETI praecipue argumentis vſus, verum etiam praeſtantiam eius, prae caeteris omnibus, confirmaret. *Tranſact. Phil.* Altero anno MDCCXIX. exeunte et MDCCXX. Iacobi frater, IOANNES DOUGLASSVS, Chirurgus Londinenſis, quatuor aegros hac via curauit. Seruauit etiam eorum tres, quarto per neruorum diſtentiones ſublato. Vid. IOHN DOUGLASS *a new Method of cutting for the ſtone Sect. XI.* DOUGLASSVM plures ex Anglis ſecuti ſunt, PAVLVS MACCGILL, BAMBER, THORNHILL, et praecipue CHESELDEN, de quibus legi poſſunt CHESELDENS *Treatiſe on the High Operat. Lond. MDCCXXIII.* 8. quem nimis acriter, ſine cauſa, taxat HVSTON in *Lithotomus Caſtratus Lond. MDCCXXIII.* 8. Vid. etiam ANONYMVS

NYMVS *in the Method of performing the High Operation, Lond. MDCCXXIIII.* 4. MIDDLETON in *a Short Essay on the Operation of Lithotomy, as it is performed by the new method aboue the os pubis, Lond. MDCCXXVII.* 4. SAMVEL PYE *Obs. on the several methods of Lithotomy, Lond. MDCCXXIV.* 4. Proxime post, quam in Anglia restituta haec curatio fuerat, tentauerunt eam in Germania Cl. HEISTER vid. *Differt. de Alto apparatu. Helmst. MDCCXXVIII.* PROEBISCH Chirurgus Borussicus in Tract. de *alta operatione* germanice scripto, *Regiom. MDCCXXVII.* et RVNGIVS, Chirurgus Bremensis, HEISTER *l. c. p.* 49. Tribus calculosis hanc curationem etiam adhibuit SENFFIVS, Chirurgus Berolinensis, eorumque duo seruati sunt, vnus mortuus est. vid. ELLER *in Obs. Chir. p.* 209. *seqq.*

Inter haec Parisiis in cadaueribus experimenta capta sunt, auctore potissimum WINSLOVIO, quae tamen adducere Chirurgos non poterant, vt in viuis tentarent, donec Cl. MORANDVS et BERRIERVS hanc curationem duobus calculosis adhiberent. vid. MORANDVS in *Tr. de la Taille au haut appareil, Par. MDCCXXVIII.* Ab hoc tempore neminem fere scio inuentum esse, qui hanc Chirurgiam perficeret, maxime, postquam CHESELDENVS eam exercere coepit, quam vulgo sectionem lateralem nominant. Et dixit contra Hypogastricam sectionem LE DRAN *l. c. p.* 95. *seqq.* et DENYSIVS *loc. cit.* defendit contra et reliquis praefert MATTHIAS ERNEST. BORETIVS in *Diss. de Operatione alta Anglis High Operation dicta, Regiomonti, MDCCXXIII.* MIDDLETONVS, qui ab initio improbauerat, *loc. cit. Praef.* DE BREVILLE, Medicus Parisiensis in Qu. *an educendo calculo caeteris anteponendus altus apparatus? Paris. MDCCXXXIIII.* Demum vero, ante tres annos, eam instaurauit quasi; et quo cum facilius, tum tutius perfici posset, noua aliqua ferramenta reperit Cl. LE CAT, cuius curandi viam inferius proponam. Dignum vero animaduersione est, cum omnes fere vesicam aqua repletam incidi voluerint, PIETREO itinerarium demittere, et super hoc aperire vesicam placuisse *l. c.* quod operosius imitatus est SERMESIVS, Medicus Amstelodamensis. vid. *Lithotomia Douglassiana ofte een niewe wiize van steensnyden, te Vtrecht, A. MDCCXXVI.* Pertinet autem huc, si TIMMIO fides haberi potest, HENRICI HESSI, Chirurgi Hafniensis, inuentum. Excogitauit scilicet fundam, cuius iconem dedit TIMMIVS, quam, loco forcipis, per plagam, super osse pubis factam, in vesicam demitteret. Impedire autem eo voluit, ne vesica contunderetur. Et fertur a TIMMIO MDCCXXV. calculum hac funda protraxisse, sed, quia plures calculi in vesica laterent, oportuisse ipsum reliquos forcipe euellere, vid. TIMMIVS in *Anglorum et Gallorum obseru. de sectione Hypogastr. germanice Brem.* MDCCXXXI. et confer *Act. Erudit.* MDCCXXIX. *Mens.*

Menſ. Aug. pag. 347. *Tab. IV.* vid. etiam COLOT. *loc. cit in fine.* Veniamus ad illam calculoſos curandi viam, quam lateralem nominant, qui plaga a latere cum perinaei tum itineris vrinae et veſicae fit. Ad hanc referuntur vulgo *Rauiana, Cheſeldeniana, Lecatiana* duplex, *Fulbertiana*, et quae a FRATRE IACOBO reperta eſt, quamque omnium primam eſſe exiſtimant. Nemo ignorat, FRATREM IACOBVM de BEAULIEU, in oppidulo *Beaufort*, in Burgundia natum A. MDCXCVII. Pariſios veniſſe, ibique, cum Medicis et Chirurgis Regiis ſuam curandi rationem expoſuiſſet eam permultis calculoſis, praeſentibus etiam Medicis, adhibuiſſe, vid. MARTINVS LISTERVS *in the Journey to Paris. Lond.* MDCIC. 8. BVSSIERIVS *in Tranſact. Phil.* A. MDCIC MERYI *Obſeru. ſur la maniere de tailler dans les deux ſexes pour l'extraction de la pierre pratiquée par Frére Jacques, à Paris* MDCC. 12. DIONIS *l. c. Demonſtr. III. p.* 239 *ſeq.* Cum hoc, quod ex monachorum ordine erat, eſſeque ſibi artem, quam exercebat, quaſi diuinitus reuelatam, non obſcure indicabat, tum, quod aegris gratis opem ferebat, effeciſſe videtur, vt bene omnes de IACOBO ab initio ſentirent. Adeo Magiſtratuum quoque iuſſu factum eſt, vt Frater IACOBVS A. MDCIIC. in Noſocomiis Charitatis et Domus Dei Pariſiis calculoſos curaret. Breui autem poſt plures ex Chirurgis Pariſienſibus IACOBI curandi rationem ita damnarunt, vt, eam, ne emendatam quidem, tuto adhiberi poſſe, contenderent. Quod praecipue MERYVS, DE LAUNAY et COLOTVS fecit. Quare, vt IACOBVS eo tempore nondum ſciuerit, curationem ſuam recte perficere. eam tamen exiſtimo non diiudicari ex iis debere, quae Chirurgi Pariſienſes de ipſa ſcripſerunt. Vt vero nullam dubitationem videtur admittere, FRATREM IACOBVM, primis temporibus, multa pericula per mortes egiſſe, ſic MERYVM quoque alioſque ipſum docuiſſe, certiſſimum eſt, qua ratione plura ſaltem incommoda euitare poſſet. Fertur autem Iacobum in rectam viam duxiſſe HVNOLDVS, Medicus Andegauenſis, qui librum ſcripſit, cui titulus: *Hiſtoire du procedé de Frere Iacques*, et cuius, nondum impreſſi, mentionem fecerunt Cl. FALCONET *loc. cit. pag.* 8. et MORAND. in *Mémoir. d l'Acad. R. des Sc. A. MDCCXXXI. p.* 217. *ſeqq.* Imo ipſe IACOBVS *A. MDCCII.* breuiſſimum libellum edidit, quem inſcripſit: *Nouvelle methode de tailler, & tirer la pierre de la veſſie.* 4. Ex his libris Cl. MORANDVS patere contendit, IACOBVM iam hoc tempore, eam curationem exercuiſſe, quae nunc a CHESELDENO nomen habet, vel, quam certum eſt *A. MDCCXII.* Argentorati, a Fratre IACOBO, adhibitam fuiſſe. Tamen in hac altera periodo hiſtoriae Fratris IACOBI multa nondum expedita ſunt. Expoſuit eam, ſed breuiter tantum, MORANDVS *in Comment. A. R. Sc. A. MDCCXXXI.* Sed fuſius contra

cum

eum dixit Cl. HEISTERO in *Institut. Chir.* p. 988. seqq. quam litem nostram facere nolumus. Ad historiam IACOBI, praeter antea allegata, pertinent ea, quae DE LAUNAY *l. c. p.* 130. *seq.* COLOT. *l. c. p.* 82. et FILGVS in Diss. de *variis lithotomiam administrandi modis et Rauianae praestantia, Giessae, MDCCXXVII.* §. 24. contra IACOBVM dixerunt. Conf. etiam IAC. DOUGLASS. *History of lateral Operat. Chap. I. seqq. Lond. MDCCXXVI.* 4. ELLER. *l. c. p.* 195. *seqq.* et SCHAEFER in Dissert. *de Variis lithotom. gener. Argent. MDCCXXIV.* Vulgo habetur, neminem IACOBI curandi viam ingressum esse, accepi tamen ab amicis, Argentoratensium Chirurgum, LE MAIRE, IACOBVM secutum esse. Post IACOBI curationem de RAVIANA dicendum est. Hanc ex illa quasi natam esse, nemo negat. RAVIVS secanti IACOBO adstitit, aegros post sectionem mortuos secauit; Deprehendit igitur curationem, si partes sectas consideres, optimam esse, errores vero, quos IACOBVS committebat, euitari facile posse, modo in ferramentis aliqua mutentur, et curatio perficiatur a Medico, Anatomes gnaro. Confirmantur haec eo, quod, cum RAVIVS *Marianam* curationem pluribus calculosis non infeliciter adhibuisset, hac relicta, ad IACOBI curationem transibat, quam plus, quam 2000 hominibus adhibuisse fertur. Plures sunt, qui RAVIVM non ipsum emendasse *Iacobianam* curationem volunt, sed vsum esse MERYI consiliis et Cl. HEISTERVS *Rauianam Meryanam* esse dicit, in Dissert. *de Appar. alto p.* 11. Sed primum RAVIVS iam MDCIIC. hanc curationem perfecit, vid. FALCONETTVS *loc. cit. p.* 8. Deinde, si RAVII scalpellus, qui non multum ab illo differt, quo medentes in *Mariana* vtuntur, cum eo comparatur, quem MERYVS reperit, quanta diuersitas! quanta etiam in sectione ipsa, ac probabiliter etiam in partibus sectis! Nam RAVIVS cum prostata vesicam incidit, MERYVS prostatam solam, neque eam, vt videtur, totam discindi voluit. Nam, quod nonnulli contendunt, RAVIVM prostatam non conuulnerasse, non possunt tamen aliquem adducere, qui in mortui corpore viderit, quae partes in hac curatione inciderentur. Descriptionem vero *Rauianae* curationis dederunt Cel. ALBINVS in *Ind. suppellect. Anat.* praeter quem vid. ALBINI Patris *Orat. in obitum* RAVII, ERNDTL in *Itin. Angl. & Bat. p.* 119. *seqq.* IAC. DOUGLASS *l. c. Chap. VI.* FEHR *in Dissert. de calculo vesicae pag.* 17. *seqq. Bas. MDCCXVI.* FILGVS *l. c.* §. 29. *seqq.* SCHAEFER *l. c. p.* 7. *&* 25. *seqq.* BORETIVS *loc. cit. pag.* 11. *seqq.* *Autor Praef.* ad COLOTVM *p.* 48. *seqq.* ELLER *loc. cit. p.* 195. *seqq.* LE DRAN *Parallele p.* 109. *seqq.* praeter HEISTERVM et GARENGEOTTVM. Dicunt autem, se hanc rationem viuis adhibuisse HEISTERVS *loc. cit. p.* 966. *seq.* et FILGVS *loc. cit. p.* 44.

itemque LE DRAN, etſi aliud itinerarium adhibuit. *loc. cit. pag.* 118. Narratum mihi etiam fuit a Chirurgo, harum rerum perito, SENFFIVM RAVII curationem imitatum eſſe, quod videtur etiam HEISTERVS confirmare *loc. cit. p.* 984. *ſeqq.* In Belgio vero a variis Chirurgis exerceri, habet SCHAEFERVS *l. c. p.* 26. DENYSIVM paruum calculum promere vidit, ſic tamen, vt is maximam vim adhibere deberet, BORETIVS *l. c. p.* 13. DENYSIVS ipſe libellum edidit ſub nomine *Obſeruat. Chirurg. de calculo, Lugd. Bat. MDCCXXXI.* in quo hoc vnum agit, vt *Rauianae* praeſtantiam prae caeteris omnibus afferat, ac ſe ſolum ſcire *Rauianam* curationem exercere. Scripſit contra DENYSIVM TITSINGH *Heelkundige Verhandeling over den Steen en het Steen-Snyden, Amſt. MDCCXXXI.* Sed plerique affirmant, poſt RAVII mortem, magni huius Medici curandi viam neglectam in Belgio iacuiſſe, donec CHESELDENVS de illa paranda iterum et reſtituenda cogitaret. Factum hoc eſt An. MDCCXXVI. idem opus eodem tempore ſuſcipiente D. BAMBER. Vterque, vt in *Hypogaſtrica* ſectione, veſicam aqua replebat, et CHESELDENVS praecipue alia quaedam mutabat, quae expoſita ſunt apud IAC. DOUGLASS *l. c.* in *Poſtſcript.* Cum vero ex aegris primum ſectis aliquot, ex putridis vlceribus, morerentur, quae in celluloſa membrana naſcebantur, quae circa anum eſt, CHESELDENVS aliam viam ingreſſus eſt. Aperuit eam in *the Appendix to de fourth Edition of the Anatomy* MDCCXXX. et clarius expoſuit DOUGLASS *in the Appendix to the Hiſtory of the lateral Operat. Lond.* MDCCXXXI. 4. Vid. etiam MORAND. *Mém. de l'Academ.* A. MDCCXXXI. CHESELDENVS vero, etſi iiſdem ferramentis vtitur, quibus in *Mariana* vtuntur, tamen in itinerario, ſcalpello, qui dorſum habet, in ductore canaliculato et forcipe, aliqua ſapienter mutauit, vid. DOUGLASS. *in Append.* vbi ferramentorum icones habentur. In hac via ita progreſſus eſt, vt ex viginti ſeptem, quos continuo curauit, nullum, ex quadraginta ſex, duos tantum perderet, de quibus ſperari vix poterat, vt curarentur. Nihil etiam adhuc perdidit de praeſtantia ſua CHESELDENI Chirurgia, ſed ab aliis etiam Chirurgis Anglis exercetur, ex quibus imprimis Cl. SHARP eſt, qui elegantem deſcriptionem cum iconibus ferramentorum dedit in *Treatiſe on the Operat. of Surgery.* Succeſſus vero, quem CHESELDENVS habuit, Cl. MORANDVM mouit, vt A. MDCCXXIX. Londinum peteret, quo poſſet ab ipſo CHESELDENO in hanc viam duci. Vid MORANDI Epiſt. *ad* SENACVM *in Mercure de France Dec.* MDCCXXIX. MORANDVS poſt reditum A. MDCCXXX. in noſocomio Charitatis pariter ac in vrbe, cum PERCHETO, ſedecim calculoſos ita hac ratione curauit, vt vterque ſeptem ſeruaret, inter quos ille puer fuit, cuius hiſtoriam habet GARENGEOT *in Op. T. II. pag.* 198.

198. *feqq.* et de qua conf. fis, quae dixi in *Obf. de calc. curandi viis p.* 41. *feqq.* Eodem tempore de CHESELDENI curatione egit LE DRAN, cumque plures eius vtilitates effe animaduerteret, hoc maxime fecit, vt eam vix differre a *Mariana* probaret *l. c. p.* 139. Magis autem fe caeteri Chirurgi huic curationi oppofuerunt. Contra eam reliquis omnibus praeftare egregie probat FALCONETTVS in *Quaeft. citata.* Quod enim de fectione laterali in vniuerfum dicitur, idem effe, ac fi de *Chefeldeniana* diceretur, inferius docebitur. Cl. MORANDVS cum exercere eandem non deftitit, neque Regis iuffu ea interdictus eft, quod in fuo Operationum libello SHARPIVS pofuerat, tum plures etiam difcipulos habuit, quos hanc Chirurgiam docebat. Vid. *Refut. d'un paffage du Traité de Mr. Sharp fur la taille laterale*, Par. MDCCXXXIX. Quam multi vero calculofi per lateralem fectionem in Gallia feruati fint, videre licet *in Hiftor. A. R. Sc.* An. MDCCXXXI. MDCCXXXIV. MDCCXXXII. MDCCXXXVII. feqq. Exercuerunt autem hanc Chirurgiam in Gallia, Rupellae LA HAYE, Rothomagi LE CAT, Gadibus in Hifpania VIRGILI. Inter hos magnum nomen fibi peperit LE CAT, qui, cum primum iifdem ferramentis vteretur, quibus MORANDVS, alia deinde reperit, quibus curationem tutius perficeret. Vid. G. DE LA FAYE *Remarques fur Dionis p.* 251. et *Tab. adiect. II.* Ferramenta autem funt itinerarium, et duo fcalpelli, quibus peculiare fafciae genus addi debet, ad ligandos caculofos, quod caeteris omnibus praeftat. Olim in ante allegato *libello Obf. IV. hanc amiciffimi* LE GAT curationem defcripfi, qualem ab aliis acceperam. Poft haec tempora ipfe LE CAT, me humaniffimis literis docuit, pleraque in ea defcriptione falfa effe, quod cum gratus agnofco, tum Lectores moneo, ne fe defcriptione illa in errorem induci patiantur, proximeque talem eius defcriptionem exhibebo, qualem me integerrimus amicus LE CAT per literas docuit. Indicauit etiam, quam profperos fucceffus fua curandi ratio haberet. Retulit tamen mihi amicus, qui ipfum LE CAT fecare vidit, et cui hac in re plenam fidem habere poffum, ipfum A. MDCCXLI. nouam curationem tentaffe. Excitatus enim per profperrimos fucceffus, quos *Rauiana* habuit, et per famam, quae ferebat, RAVIVM, illaefa proftata, lateralem veficae partem incidiffe, itinerarium aliquod, peculiaris formae, ingeniofiffime excogitauit, cuius iconem dedit MONROVS in *Med. Eff. of Edimb. Vol. V. Tab. VI. Fig. IV.* verius autem defcriptum eft in *Actis Eruditorum Lipf.* *MDCCXXXXV. Menfe Febr.* Praeter hoc fcalpellum quoque addidit, ancipitem quidem, diuerfum tamen a reliquis, et fpeculo ani, quod iam antea inuenerat, vtitur, ad inteftinum rectum ad latus ducendum, veficae vero lateralem finiftram, partem aliquantum deprimendam. His nouis

ferramentis An. MDCCXLI. ſapienter excogitatam, et ſaepius in cadaueribus tentatam, curationem tribus aegris ita adhibuit, vt veſicam in aliis, inter vtrumque vreterem, in aliis, inter proſtatam, et vreterem ſiniſtrum, ac ſuper receptaculo ſeminis, eiuſdem lateris, patefaceret. Sed nullum ex iis, quos curauit, ſeruare potuit, et cum ſectionem difficillimam eſſe cognouit, tum proſtatam praecipue ſe forcipis immiſſioni extractionique calculi, opponere. Quae vero fama de RAVIO, veſicam ſolam aperiente, *Albiniana* deſcriptione confirmata, LE CAT excitauit, ad hanc curationem reperiendam, ea iam ante octodecim circiter annos, FVLBERTVM, Chirurgum Pariſienſem, mouit, vt pariter noua quaedam ferramenta excogitaret, quibus poſſet ad lateralem veſicae partem, illaeſa proſtata, peruenire. Prima experimenta in cadaueribus cepit A. MDCCXXVII. in viuis vero An. MDCCXXXI. Vid. *Mémoires de l'Acad. de Chirurg. Tom. I. p.* 664. & 673. Nemo adhuc inuentus eſt, qui hanc curationem imitaretur. Confer. de hac curatione KESSELRINGIVS in *Diſſert. de Methodo Foubertiana, Halae, MDCCXXXVIII.* Ego in *Obſeru. Chirurg. citato libro Obſ. I.* et FVLBERTVS ipſe in *Mémoires de l'Academie de Chirurg. Tom. I. p.* 650. *ſeqq.* vbi animaduerſione dignum eſt, FVLBERTVM non, vt alios, quot aegris hactenus ſuam curationem adhibuerit, indicaſſe. Ferramenta, quibus FVLBERTVS vtitur, primum KESSELRINGIVS *loc. cit.* deinde ipſe FVLBERTVS *loc. cit. Tab. I.* iconibus expreſſit. Vtiliſſimae etiam eo loco habentur, partium ſectarum icones, quae viam curandi planiſſimam faciunt, et quae in hoc genere, quantum equidem noui, primae ſunt. Commoda et incommoda huius curationis breuiter a me expoſita ſunt *loc. cit.* fuſius a KESSELRINGIO. Comparauit eadem inter ſe etiam G. DE LA FAYE *l. c. p.* 254. *ſeqq.* Contra hunc directa eſt epiſtola, quae ſub titulo: *Lettre de Monſ.* ***. *Chir. de Province à Monſ.* ***. *Maître Chirurgien de Paris. Pariſiis MDCCXL. prodiit.* Acriter tamen perſtrinxit ea, quae in hac epiſtola pro FVLBERTO dicta ſunt, COGHLANVS in *Obſerv. critiq. ſur la lettre d'un Chirurgien de Province à Monſ.* ***. *Chirurgien de Par. MDCCXLI.* cui libello addi poteſt vtriuſque ſcripti recenſio critica, in *Actis Erudit. Lipſ. MDCCXLV. Menſ. Febr.* Hactenus breuem hiſtoriam dedimus curationum calculoſorum, quae adhuc innotuerunt; ſupereſt, vt ex partibus ſectis, conſtituamus, cum, an omnes vere diuerſae ſint, tum, quo, quaeque tempore, reperta ſit. Primum igitur omnis calculoſorum curatio in eam diuidi poteſt, in qua veſica ſuper oſſibus pubis inciditur, et eam, in qua ſub his oſſibus, via ad veſicam paratur, per quam calculus euelli poſſit. Deinde haec curatio, quae in perinaeo fit, vel mediam veſicae, aut potius vrethrae, partem afficit, vel lateralem. Ad

harum

harum alterutram, omnes curandi rationes pertinent, de quibus haſtenus dictum eſt, praeter *Franconianam*, quae ideo a reliquis quam maxime diſtincta eſt, et a PETRO FRANCONE reperta. Nemo fere ignorat, vulgo in *Mariana* eam itineris vrinae partem incidi, quae ante proſtatam eſt; et plagam, qua cutis inciditur, ſuturae, quae in perinaeo eſt, a latere ſiniſtro, reſpondere. Vt forceps immitti, et calculus promi poſſit, os veſicae, in iter vrinae patens, vehementer dilatari, ac ſaepius cum proſtata, rumpi debere. Bene autem omnia cedere, ſi hae partes ita ſindantur, vt ruptio plagae, ſcalpello factae, reſpondeat. Vid. COLOT *loc. cit. p.* 84. 86. et praecipue LE DRAN *l. c. p.* 154. *ſeqq.* De illa vero curatione, in qua a latere plaga fit, diuiſae ſententiae ſunt. Volunt enim in *Rauiana* veſicam ſolam, poſt proſtatam, a latere aperiri, quam ſectionem FVLBERTVS et LE CAT imitari voluerunt. Multi tamen RAVIVM contendunt, veſicam non alia via, quam *Cheſeldeniana* patefeciſſe, in qua iter vrinae in membranea parte, proſtata tota, cum adiacente veſicae parte, a latere inciditur, quod radicem coxae ſiniſtrae reſpicit. Vt haec interna plaga recta fere retrorſum eat, tamen externa aliquantum oblique deorſum ducitur. Eaque muſculus bulbocauernoſus vtplurimum a latere tantillum conuulneratur. Sed lateralem ſectionem ponamus *Cheſeldenianam* curationem eſſe; haec enim propemodum ab omnibus exercetur, qui ſe dicunt calculoſos laterali ſectione curare. *Cheſeldeniana* vero a *Iacobiana* non differt, nempe ea, quam FRATER IACOBVS, vel Argentorati, vt hoc exemplo vtar, calculoſis adhibuit, vel, quam MERYVS laudauit *l. c. Chap. I. II.* Vid. Cl. MORAND in *Mém. de l'Acad. loc. cit. p.* 216. Peruulgata res eſt, RAVIVM, de ſua curandi ratione quaeſitum, reſpondiſſe: legas CELSVM, et MERYVS ſuſpicatus eſt, IACOBVM hanc curandi rationem ab aliquo accepiſſe, cui per CELSI lectionem, in mentem venerit, eiuſmodi curationem excogitare, *loc. cit. p.* 64. MORANDVS vero planiſſimum fecit *l. c. p.* 222. *ſeqq.* lateralem ſectionem, quantum ad partes ſectas attinet, ipſiſſimam CELSICAM, omniumque adeo antiquiſſimam, eſſe. Videtur autem haec ſententia et GALENI aliquo loco confirmari poſſe, qui in *Introd. loc. cit.* ait, Chirurgos, vt poſſint calculum promere, carneam ceruicis veſicae partem incidere. Quare ſectio lateralis debet ita diuidi, vt alia cum paruo apparatu, alia cum magno, fieri dicatur. Illa *Celſica* foret, haec adhuc *Iacobiana* nominata eſt. Vt haec in vniuerſum FALCONETO etiam probari videantur, tamen ſententiam propoſuit, per quam lateralis ſectio, cum magno apparatu facta, *Iacobiana* multo antiquior fuerit. Ante FALCONETVM communis opinio erat, IOANNEM DE ROMANIS, quando nouam calculos curandi viam excogitabat, hoc ſibi propoſitum habuiſſe, vt

masculorum vrinae iter, muliebri simile faceret, ac breuiorem in vesicam viam pararet. Contra FALCONETVS existimat, IOANNEM DE ROMANIS probabiliter credidisse, se, quam repererat, via, aeque facile, ac *Celsica* curatione, ad vesicam peruenire posse *l. c. p. 9.* Quicunque IOANNIS animus fuerit, certum mihi est, inter eos, qui ante IACOBI tempora, aliam calculosis curationem adhibebant, quam, quae vel cum paruo apparatu, vel in hypogastrii ima parte fit, permultos fuisse, qui vel data opera, ceruicem vesicae, super itinerario aperiebant, vel in ea opinione constituti, se, *Marianam* curationem perficere. Conf. FVLBERT. *l. c. p.* 660. Inter hos primus est PETRVS FRANCO, cuius verba apponam: *Estant le rasoir à l'endroit de la dite canule* (sic vocat itinerarium) *il faut copper le col de la vessie sur la cavité d'icelle. La fait, on tramera le dit rasoir par dedans icelle, le quel comme avons dit par cy devant coppera des deux costez, selon qu'il est figuré: ayant fait assez bonne ouverture vers la capacité de la vessie &c.* Et paulo ante dixerat, plagam in latere sinistro faciendam esse, quo loco in *Celsica* fiat *l. c. p.* 130. Reliqui, quos noui, sunt: IOANNES ANDREAS A CRVCE *l. c. Lib. VII. p.* 23. qui vult, totam ceruicem ita aperiendam esse, vt calculus in conspectum prodeat, quod certe in *Mariana* non potest. FRIDER. DE LEAVSON in latere sinistro, duos tresue digitos ab ano, incisionem vult fieri *l. c. C. VIIII.* DVRANTES SCAGCHVS in extremitate natis sinistrae, plagam fecit, vt ceruicem vesicae aperiret *loc. cit. p.* 187. Vid. etiam HILDANVS *loc. cit. Cap. IIII.* COVILLARD *loc. cit. p.* 101. Hos omnes, si non plane *Chefeldenianam* curationem adhibuerunt, proxime tamen ab ea abfuisse oportet. Post IACOBI tempora, praecipueque post RAVII et CHESELDENI prosperrimos successus, plerique, qui *Marianam* exercebant, hanc ita sensim mutarunt, vt nouam curationem facerent, quae dici possit media inter *Marianam* et *Chefeldenianam* esse. An haec fortassis caussa est, quod tanta sit diuersitas in numero calculosorum, qui in nosocomio Domus Dei *Parisiis An. MDCCXX. seqq.* et *An. MDCCXL.* seruati sunt? de qua re vid. MORAND *Traité de la Taille au haut appareil p.* 263. et COGHLANVS *loc. cit. p.* 35. Conf. etiam de recentiorum ratione *Marianam* curationem exercendi DE LAUNAY *loc. cit. p.* 99. *au coté de l'uretbre.* TOLET *loc. cit. p.* 173. LE DRAN *Parallele p.* 59. KOENE *loc. cit. p.* 19. 21. G. DE LA FAYE *l. c. pag.* 223. Vid. etiam ex veteribus PAREVS *loc. cit. Cap. XLII.* Curationum igitur, quae calculosis adhibentur, duo summa genera sunt. Promitur enim calculus, vesica vel super ossibus pubis, incisa, vel sub illis. Sed hoc quidem tribus modis fit. Iter enim vrinae, vel recta plaga aperitur, quod in antiqua *Mariana* fit, vel obliqua, qualem recentiores

tiores faciunt, qui recedere a *Mariana* non volunt, vel transuersa a latere. Haec antiquissima est, et cum aliqua in ferramentis varient, quae sine itinerario adhibetur, *Celsica* nominatur, quae cum ipso, quamuis vulgo *Iacobiana* nominetur, deberet vtique *Franconiana* appellari. Fateri tamen oportet, hanc potissimum in eo a prioribus differre, quod, cum in hac ceruix vesicae et haec ipsa aperiatur, in illis iter vrinae solum.

· Quod GÜNZIVS in praecedente nota et ante eum Franco-Galli chirurgi dudum suspicati sunt, esse scilicet, qua B. S. ALBINVS in *Suppellectili anatom. Rauii* de loco inciso dixit, prorsus falsa, id PETR. CAMPER in L. II. *Demonstr. Anatom. Patholog.* luculenter asseuerat, et iconibus etiam additis, non vesicam, vt ALBINVS dixerit, sed vesicae ceruicem a Rauio incisam esse, docet.

* Inter curationes, quae manu fiunt, paucissimi medentium calculi exsectioni ex renibus, nephrotomiam vocant, locum concedunt. HIPPOCRATES, vbi renum morbos recenset, primo loco calculum nominat. Cui, cum dolor accesserit, superdanda esse, quae tepefacere possint. Si sub his tumor ortus fuerit, cui pus subsit, iuxta renem secandum esse, et, calculo vel arena exemta, vulnus curandum. *In libro de Intern. affection. p.* 539. Hanc curandi rationem improbarunt ex veteribus AVICENNA *Lib. III. Fen.* 18. *Tract.* 2. *Cap.* 18. et SERAPION in *Prax. Tract. IIII. Cap.* 22. Forte, quod aliqui ausi sunt, etiam vbi ren non intumuerat, et pus conceperat, calculum exscindere. Talis debuit sectio esse, qua arcigero Parisiensi calculus exemtus esse dicitur, modo vere renum calculo laborauerit. Vid. PAREVS *Lib. XXIIII. Cap. XIX.* et MEZERAY *loc. cit.* ROSSETVS contendit, hanc curationem, sine praesentissimo mortis periculo, adhiberi posse; debere tamen non in dorso, sed circa ilia, fieri, in *Enfant. Caesar. Assert. p.* 78. et *Part. Caesar. p.* 222. *seqq.* Eadem fere RIOLANI mens fuisse videtur, in *Anthropogr. Lib. II. Cap. XXVI.* Vult autem, si tumori pus subsit, causticum imponendum esse, in *Enchir. Anat. Path. Lib. II. Cap. XXIX.* Huius curationis, a DOMINICO MARCHETTIS aliquando feliciter perfectae, exemplum habetur in *Transact. Philos. No.* 223. *p.* 340. Improbat eam et varia argumenta in eam rem adducit NICOLAVS TVLPIVS in *Obs. med. Lib. IIII. Cap.* 27. A TVLPII sententia hodie ex medentibus paucissimi recedunt. Vid. ex recentissimis IOANNES DOVGLASS. in *Med. Essays of Edinb. Tom. I. Obs. XXI.* sed pauci, etiam vbi calculus abscessum formauit, plagam facere audent. Vulnus enim non coire dicunt, sed perpetuam fistulam manere. Nolo negare, cum renes profunde sub musculis, in dorso siti sint, et magna pinguedinis vis circumfusa, non leuem fistulae metum esse debere. Sed, si sponte tumor ortus est, isque pus concepit,

quis ruptionem tumoris prohibeat, quin se ad internas p tes puris materia conuertat, et hominem tollat? Quare, opera danda sit, ne inflammationi occasio adferatur, p dentis tamen Medici esse puto, non tam expectare, doi abscessus rumpatur, sed maturum protinus incidere. Q enim diutius pus intus continetur, eo maior fistulae me esse debet. Et varia huius curationis exempla habent Vid. de *Nephrotomia* GEORG. WOLFFG. WEDEL *in Diss. Lithotomia Ien. MDCCIIII.* Cl. HEISTER in *Inst. Chir. p.* (*seq.* IACOBVS MERY *loc. cit. p.* 2 *seqq.* et FRANC. COLC *loc. cit. p.* 36 *seqq.*

† *De sectione renum* dissertationem historicam et criticam c scripsit HEVIN *in Monum. Ac. R. chir.* Vol. III.

§. 1357.

Omni tempore vulgo crudelis ac temeraria cura habita fuit, quae calculosis adhibetur. Neque neg potest, Medicinam in hoc etiam nunc saepius falle quamuis in nulla fere chirurgia tam multum elabo tum sit. Igitur, quo plura in hac et genera et te pora periculi sunt, eo minus ad eam festinare con nit. Et qui eam experiri volunt, ante in plurib mortuorum corporibus se exercere debent.

§. 1358.

Calculus, qui vesicam infestat, nullam aetatem m gis exercet, quam puerorum. Inimicior etiam ex l illis est, qui ab humilis fortunae parentibus nati su Ex quo coniicere licet, calculo vtplurimum cibu potionemque occasionem adferre, ex cruda acida viscida materia paratum. Probabile tamen est, aliqua do etiam ex naturali aliquo renum ac vesicae vit nasci. Permulta enim calculosorum exempla habe tur, qui, cum pueri secti fuerint, tamen adolescent ac viri facti, iterum tertiumque calculum in vesi aluerunt *. In adultis contra raro calculus in vesi nascitur, sed tantum increscit. Vtplurimum enim vel paruus lapillus, vel arenulae aliquot, quae cum p ris vel sanguinis particula, concreuerunt, cum loti

e renibus, in veficam deuoluuntur. Ex quo fimul onftare debet, quam variae poffint calculorum in adltis cauffae effe. Vbi eiufmodi lapillus in veficam efcendit, fuper eo, ex tartareis particulis, quae in loo funt, plures cruftae concrefcunt, nifi mollis et renofus calculus fit. Saepe fit, vt, fi talis calculus onfringitur, is, qui ex renibus defcendit, exfiliat. Vt ero tartarea materia fuper lapillo, concrefcere poteft, c etiam fuper omni corpore, quod quacunque via, in eficam delatum eft. Et hic verus veficae calculus eft. nuenta vero funt in calculis, fiue ex viuis, fiue ex mortuis extractis, ferramenta varia, acus, bacilli, glanes plumbeae, pilorum fafciculi, pennae, turundae, ceei, et alia permulta **. Nullam tamen dubitationem dmittit, calculum in vefica, etiam ad puris fanguinisue particulam, et forte etiam muci, qui veficam obnit, adnafci poffe, praecipue, quando vefica intus pluibus cellulis inaequalis eft, in quibus lotium aliquamiu retinetur ***.

* Ex pluribus exemplis, quae afferri poffent, aliquot tantum allegabimus. FRANC. TOLETVS *loc. cit. p.* 256. virum habet, cui, cum admodum puero, calculus fectione extractus fuerit, quinquagefimo tandem aetatis anno, iterum calculus in renibus nafcebatur. Aliud exemplum memorat de LAVNAY *loc. cit. p.* 40 *feq.* quod eo maxime memorabile eft, quod, cum a prima fectione fiftula remanferit, calculus tamen XVII. vnciarum, in vefica concreuit. Bis etiam a calculo liberatus fuit RIOLANVS, quod ipfe teftatur in *Animadu.* in SPIGELIVM, ter ELLAIN, Medicus Parifienfis apud GOURMELENVM in *Operat. p.* 185. et alius apud COLOTVM *loc. cit. p.* 15. Plura exempla hominum, qui ter, quater, imo quinquies, fecti fuerunt, vid. apud HEISTERVM *in Inft. Chir. p.* 1003. et in *Mém. de l'Acad. de Chir. Tom. I. p.* 415 *feqq.*

** Multa exempla collecta vide in PLATNERI *Diff. de calculo ad Veficam adhaerefcente* §. *X.* quibus addi poffunt IOSEPH. COUILLARD *in Obf. Iatrochir. p.* 39. qui calculum extraxit, circa glandem plumbeam concretum, quale exemplum DIONIS quoque memorat *loc. cit. p.* 243. vid. etiam COLOT. *loc. cit. p.* 48. Pilorum fafciculum, circa quem calculofa materia coiuit, OL. BORRICHIVS vidit. confer. ACT. HAFN. *Vol. II. Obf. LV.* Acus futoriae, calculo inhaerentis, hiftoriam

vide fis in *Zod. Med. Gallic. Ann. IIII. p.* 29. Duos calcul super fiftulae, ex quibus tabaci fumum fugimus, fruftis, co cretos habet KOENE *loc. cit. p.* 8. Homo, ex quo hi calc extracti funt, ante calculo fectus fuit. Cumque in vulne pruritum haberet, qui ipfi moleftus erat, illa fiftulae fu immifit, quibus vulnus fricaret, cumque nimis breuia effer in veficam illapfa funt. Turundam ex linteo factam, et c culo obductam, quae ante triginta quatuor annos, in a fceffu fuper offe pubis, perdita fuerat, ex vefica matron eduxit COLOT. *loc. cit. p.* 49 *feqq.* Clauiculam in calcu inuentam memorat MATTHAEVS in *Obf. adi. Eiusd. Quae Med. p.* 128. Aciarium, quod puella pruriens in veficam i trufferat, et fuper quo calculus concretus erat, ex LVISCI RORETIVS habet *loc. cit. p.* 18. Vid. VALLISNIERI *Oper. To III. p.* 310 *feqq.* Haec docent, fi ob quodcunque vitiur fiftula in vefica relinqui debet, per quam vrina euocari pc fit, non nimis diu relinquendam effe, ne, fi arenulae adha ferint, non poffit fine itineris vrinae grauiore noxa recipi

*** Conferri meretur HOVSTETI *Commentatio de calculis t nica inclufis in Mémoir. de l'Acad. de Chir. Tom. I. pa* 395 *feqq.*

§. 1359.

Tranfeamus vero ad ea, vt, quae aliquis in calcul habere poffit notas, indicem. Earumque vt permulta fint, tamen, vnica tantum certa calculi indicia praebet Quorum igitur veficam calculus infeftat, frequens vri nam mittendi cupiditas eft, et grauitatis in perinae ac circa pubem fenfus. Dolor etiam in his partibu fere perpetuus eft, et ad motum in equo et rheda in crefcit. Augetur etiam, vbi vrina mittenda eft, qua faepius, vel intercipitur, vel, quafi tenuiore filo fluit Redditur autem vel aquofa vrina, vel, quae mucum, au quasdam quafi fquamulas, fecum trahit. Vbi motu praeceffit, etiam fanguis fluit inter maximos dolores aut cruentum. Vrina etiam non in omni aegri pofitu profluit. Solent vero aegri, praecipue pueri, partim fcalpere colem, partim extendere. Frequenter etiam contra voluntatem, ac cum moleftia, arrigunt. Vehementiffimus dolor eft, vbi nouiffimae lotii guttae exprimendae funt, tumque et defidendi cupiditas eft. In

his

s omnibus signis est, quod fallat. At fidem calculi ciunt digitus in anum demissus, et ad vesicam datus, aximeque fistula, quae per vrinae iter, in vesicam ompellitur. Tamen ne cum hac quidem in omni su satis certi medentes sunt. Nam, si paruus calcus est, effugere fistulam potest, si mollis et arenosus; l tunica inclusus, suspicionem carunculae facere, iales saepius vesicae increscunt, vel indurati interni sicae velamenti. Quare medentes non satis habere bent, fistulam semel in vesicam demisisse; Et, vbi missa est, huc illuc moueri oportet, quo, si forte callus aliquo in loco lateat, vel maximam partem, tunis vesicae inhaereat, per longam tamen et curiosam quisitionem inueniatur. Certo autem indicio, callum intus esse, cognoscitur, si fistula in calculum indens sonum edit. Multum etiam iuuat cognouisse, um vnus, an plures calculi in vesica sint, mobilesne nt, an adhaerescant, magni, an parui; et num vesica ina sit, an vitium in velamentis habeat. Sed in haec xpedit, saltem in pueris, tam digitis, in anum coniectis, inquirere, quam fistula, in vesicam compulsa.

§. 1360.

Neque vero tutum est, omnes calculosos curare. Secari igitur non debet, cui vesica intumuit, et callo indurata est, cuius vesicae velamentis calculi increuerunt, cum cuius vrina purulentum quid, et mali odoris excernitur, maxime, si aeger ex lumbis dolet, et vitiati renis indicia habentur. Senium quoque absterrere medentes potest, ac si valde corruptus habitus est. Etiam omne neruorum vitium inutilem aegris hanc Chirurgiam facit, et vita periclitatur, si vel nimis magnus calculus est, vel tunica quadam inclusus: Quod si aeger ac necessarii tamen hoc auxilium adhiberi malint, quam nullum, proposito metu, nullam fere spem super-

ſupereſſe, indicandum eſt. Et nunquam licet cert ſalutem promittere. Plurimum tamen ſpei fac poteſt aetas iuuenilis, corpus robuſtum, ac in caete ſanum, calculus, qui nec nimis magnus, nec nir paruus eſt, qui aliquem laeuorem habet, ac mode tam duritiem, neque ad veſicam adhaereſcit. Vider etiam curatio proſperos ſucceſſus habitura eſſe, ſi quod cum vrina excernitur, neque cruentum, neq purulentum, eſt.

§. 1361.

Igitur, vbi vltima experiri ſtatutum eſt, omnia c cumſpectius agenda ſunt. Neque enim id in om tempore experiendum eſt, ſed vere atque autumr Nam internas praecipue partes, cum ſolis ardor, tu frigus, laedit. Videndum tamen, an non ex mora p riculum futurum ſit. Quare, ſi porrigi aeger in illi tempus non poteſt, quod curationi commodiore locum praebet, arte ſubueniendum eſt, vt, ſiue calor ſiue frigoris, nimia vis auertatur. Ad haec nunqu tutum eſt, crudum corpus curationi ſubiicere. Praeſt vero illud victu, quam medicinis, praeparare. Et aſſ mere aeger cibos boni ſucci debet, ex quibus chyl parari poſſit facile meabilis. Neque concedendu eſt, vt aeger ventriculum multis cibis oneret. Proxim diebus ante curationem, ſanguis, inciſa vena, mittend eſt, niſi vel ſumma debilitas, vel aliud quid, obſtiteri Hinc vtile etiam eſt, aluum ſoluere, quae potiſſimun quo die curatio adhibenda eſt, clyſmate iniecto el debet. Nam extrema aluus, ſi a duris faecibus diſter ditur, facile cum ſcalpello, tum calculo, vbi euellitu laedi poteſt. Praeter haec, vbi ad extrema peruentun eſt, Medicus exire iubeat, cum omnes, quibus opus no habet, tum praecipue cognatos aegri, qui ſermonibus lacrymis, aut vultu tantum, flectere eius animum poſ ſent. In qua re tantum diſcriminis eſt, vt robuſtiſſi

mi

s hominibus eo aliquando ita ſolutae vires fuerint, calculo feliciter exemto, tamen, interpoſito aliquo atio, decederent.

§. 1362.

Cum noſtra aetate tam multum in calculoſorum ratione elaboratum ſit, vt plures viae habeantur, ibus ad veſicam perueniri et calculus promi poteſt, nuenire inter medentes debet, quam ex his curatioius aegro adhibere expediat. Neque enim omnibus lem conuenire poteſt. Quare, ſi calculus inſolitae gnitudinis eſt, neque veſica multum vitiata, et par- oportet ſuper pubis oſſibus ſecare, contra, ſi veſica aementer adſtricta ac pene ſcirrhoſa eſt, ceruix veae a latere aperiri debet. Eandem *Franconianam* cuionem, vel etiam, ſi puer eſt, *Celſicam* adhiberi opor-, vbi calculus veſicae ceruici ita inſedit, vt repelli, fiſtula in veſicam coniici, non poſſit. Etiam in nara calculi multum diſcrimen eſt. Igitur, ſi magna is aſpritudo eſt, et ſi quaſi ramos habet, tutiſſimum, *Cheſeldenianam* curandi viam eligere. Si mollis et enoſus, et vrina multas arenulas ſecum trahit, praet eadem via, vel etiam *Mariana*, incedere, modo non ures calculi ſint. Nam molles calculi magni non nt. Interdum tunica incluſi calculi ſunt, vel fungi carunculae veſicae increuerunt. In quo caſu, vel *Franconiana*, vel a *Cheſeldeniana*, ſectione praeſidium tendum eſt; ab hac, ſi calculus, aut fungus, inferiori ſicae parti inhaeret, ab illa, ſi ſuperiori. Requiritur men, vt Medicus in his omnibus curandi rationibus ercitatus ſit, vel, vt ſaltem in mortuorum corporiis ſaepe tentauerit. Aliter adhibere conuenit, in qua exercuit, et quae per plures aegros reſpondit, quams altera praeſtaret.

§. 1363.

§. 1363.

Qui noſtra aetate calculoſos curant, pleriq
Marianum ſequuntur, vel cum magno, quem voca
apparatu, ſecant. Quo maior apparatus eſt, eo c
rioſius omnia agenda, et quorum vel incidere tantu
vſus poſſit, ante curationem, ita diſpoſita, in promp
habeantur, vt curatio nullo caſu turbari queat. F
ramenta igitur ſunt 1) Specilla ex duriſſima chaly
parata, et magis, quam fiſtulae, quibus vrinam em
limur, incurua. Debent etiam longius, quam h
fiſtulae, roſtrum, et in dorſo, qua parte incuru
ſpecillum eſt, ſulcum in longum ductum habere,
in extremo roſtro apertum, quo factum eſſe videt
vt itineraria nominarentur. Qua parte a Medico
neri oportet, plena eſſe debent, ne facile vacille
Neceſſe eſt etiam, vt, qui calculoſos curare vult, cu
quia aetas variat, tum, quia in itinere vrinae quaed
diuerſitates ſunt, varie magna ac plena, varieque
curua ſpecilla habeat. 2) Scalpellum latum et ance
quod cum fixum non ſit, faſciola, ex linteo ſecta, c
cumligari oportet, quo non ſolum fixum ſit, veru
etiam ſine laeſionis metu, firmiter a Medico ten
poſſit. Praeſtat tamen, vt per pollicem tantum, v
ſus apicem, acutum ſit. Sunt etiam, qui fixum e
malunt, et ex acutis labris, quod perinaeo obuertit
parum incuruum, quod ſurſum conuerſum eſt, ſe
rectum. Expedit vero ad minimum duo eiuſm
ſcalpella parata habere, in quibus primum hoc ſit,
probe acuta ſint. 3) Ductor canaliculatus, (*Gorger*
ſuper quo forcipes in veſicam coniici debent. Req
ritur, vt ex auerſa parte lingulam habeat, ex aduer
manubrium paulo plenius et ſiniſtrorſum conuerſu
Huius loco etiam duo ductores adhiberi poſſunt, qu
rum alterum feminam, alterum marem appella
Ille, vt canaliculatus ductor, lingulam et manubriu
hab

ibet, praetereaque criſtam, quae per totum ductom, in longum ducta, in medio eminet. In altero ctore haec criſta deeſt, iſque non in lingulam, ſed aſi in furcam terminatur. 4) Forcipes aliquot, quiis calculus euelli debet; In quibus primum fere eſſe portet, vt ex chalybe paratae ſint, probe indurata, ; cum interdum vis adhibenda eſt, frangantur. Dede aliae magnae eſſe debent, aliae paruae, et ex riſque, aliae rectae, aliae incuruae. Qua parte callum mordere debent, dentatas eſſe oportet, et tanlum excauatas. 5) Vncus ex chalybe factus, qui inrdum in veſicam coniici debet, vel ad paruos calcus promendos, vel ad maiores etiam, ſi in vulnus inlerunt, vt prehendi forcipe non poſſint. Oportet inc vncum, fere vt forcipes, dentatum eſſe. 6) Fernentum, quod, cum in altero extremo, cochlear ferat, in altero nodum, (*Bouton*) in dorſo autem crim habeat, plane, vt ductor, femina dictus, triplicem um habet, vt infra oſtendam. Praeter haec vas aliiod ad manus eſſe debet, oleo tepido plenum. Nam, iaecunque ferramenta in veſicam immittuntur, oleo pido inuncta eſſe oportet. Praeſtat etiam quaſi irſa quadam praecinctum eſſe, cui ferramenta ita haereant, vt manubria promineant *, quam ipſa in itina diſponere, quae a miniſtro teneatur. Is enim plurimum minus ſua curat, quam ad ea attentus t, quae Medicus curans facit. Denique habere etm Medicum faſcias, ſeu ligamina decet, quae, ſic gro iniicienda ſunt, vt immotus praeſtetur.

* Figura tales burſas expreſſerunt ALGHISI *l. c. Tab. VII.* et HEISTERVS *l. c. Tab. XXX. Fig. VI.*

§. 1364.

Haec omnia ad curationem neceſſaria ſunt. Oport vero etiam de poſitu aegri ſollicitum eſſe. Optium eſt, menſam paratam habere, quae non facile di-

dimoueri poſſit, ſuper hac, vel ſedile inuerſum, poi tur, vt dorſi ſummum duas, vel tres, latas manus margine menſae abſit, vel latus aliquis aſſer, eadem margine diſtantia, mobili iunctura firmandus eſt. Iſq fulcro mobili in dorſo inſtructus ſit, cui in mec menſa, in longum ductae, aliquot inciſurae reſpond ant, quo aſſer modo altior ſtatui, modo demitti, poſſit Inter aſſerem vero et marginem menſae, ſaccum ſtr mine plenum, vel culcitram, imponi oportet, qu reſiſtere poſſit. His deinde linteum inſternitur, qua parte aeger ſuper aſſerem collocatur, puluina ſubiiciuntur. Tum aeger his ita imponitur, et fig ratur, vt coxae ſuper marginem menſae collocent et, cruribus diductis, calces ad coxas, manus demiſſ ad malleolos externos, dentur. Interdum tamen m nus ad genua tantum adduci queunt. Vt vero co tineri poſſit, deligari inter ſe debent. Crudele e videtur, et cum terrore, aegris incuſſo, mortem ipſa aliquoties induxit, longam faſciam, quae quatuor c pita habet, ita ceruici iniicere, vt inde variis ductib ad manus pedeſque, deſcendat, quibus aliquoties c cumducitur. Praeſtat igitur manui laqueum iniice eamque et pedem, vel genua, inter ſe deligare.

* Figuram talis menſae vide apud ALGHISI *loc. cit. Tab. VI.*

§. 1365.

Quae vbi hoc modo ordinata ſunt, curandum e vt miniſtri, ſuo quiſque officio, recte fungant Quinque autem miniſtris opus eſt, qui omnem cur tionem ſcire debent, et animo intrepidi eſſe. Tr praeualentes aegrum continent, quorum vnus, qui p aegrum menſam conſcendit, ſuper humeros eius iug lumque incumbit, duo a lateribus obiiciuntur, qui a tero cubito inter crus cubitumque aegri immiſſo, l queum quaſi tendunt, et aegrum eo certius immotu

pra

ſeſtant, altero cubito, ſeu manu potius, extremum
is, circa malleolos, comprehendunt. Quartus, a
ſtro aegri latere, poſt eum, qui crus dextrum con-
et, altum ſedile conſcendit, et corpus ita inclinat,
ſuper abdomen calculoſi, incumbere videatur.
nc aeque peritum ac circumſpectum eſſe oportet,
eum, qui curare vult. Debet enim dextra manu
tum aegri dextrorſum molliter continere, ſimul-
vtriuſque manus indicem digitum, reliquis in
m contractis, ita verſus anum protendere, vt,
tro ſuturae perinaei, ſiniſtro ſiniſtrae perinaei parti,
oſito, cutis in contrarias partes tendatur. Quo
vt proxime ad ſuturam perinaei, in latere ſiniſtro,
is inter vtrumque indicem pateat, qui recta fere
a incidi poſſit. Ad haec omnia quinti miniſtri
tes ſunt, latum illum ſcalpellum, quo plaga fit,
lico curanti ita porrigere, vt in ſe eius aciem con-
at. Ac niſi Chirurgus manu ſiniſtra plagam faci-
quintus miniſter ſemper a dextris eiuſdem ſtare
et.

§. 1366.

Vbi haec ordinata ſunt, Medicus ex incuruis et
atis ſpecillis id, quod maxime conuenire itineri
ae exiſtimat, leniter prius oleo tepido vnctum, ſic,
praeceptum eſt (§. 1338), circumſpecte admodum,
veſicam demittit, et calculum quaerit. Qui vbi
ertus eſt, manubrium ſpecilli ſiniſtra fortiter ap-
hendit, idque altius in veſicam demiſſum, ſic reci-
, vt cum aegri iacentis corpore, angulum fere
tum faciat. Poſt haec neceſſe eſt, ſpecillo quaſi
nu inniti, quo iter rinae aliquantum deorſum
eatur; Eique dorſum ſpecilli, qua parte ſulcum
et, debet intus ſic apprimi, vt inter quarti miniſtri
itos (§. 1365), cutem perinaei, paullulum oblique
rſum, in tumorem attollat, quod deſiderat, vt

manubrium ſpecilli tantillum ad inguen dextr
inclinet.

§. 1367.

Chirurgus deinde ſcalpellum apprehendit, q
quintus miniſter, linteo obuolutum, tenebat, tr
verſumque ori tenendum dat. Antequam enim c
incidi poſſit, in poſitum ſpecilli, dextrae manus i
ce, denuo curioſius inquirendum eſt. Vbi cogni
eſt, ſulcum ſpecilli illi perinaei loco ſubeſſe, qui i
miniſtri digitos patet, ſcalpellum, ex ore recept
tamquam calamum tenet, quo ad ſcribendum vtir
Hinc acies ſcalpelli latum digitum ſub ſcroto, p
naeo obiicitur, et cutis fere vſque ad anum, profu
plaga, inciditur. Protinus autem manubrium
pelli ita ſurſum attolli debet, vt apex recta fere ſul
ſpecilli ſpectet, ad quem etiam demittendus eſt
depreſſo iterum manubrio, ſurſum agi poſſit, et
vrinae patefieri. Hoc ſufficere poteſt, ſi calc
paruus eſt. Vt plurimum vero neceſſe eſt, ſpeci
ad cartilaginem, qua oſſa pubis continentur, appr
re, in eiuſque ſulco, ſcalpellum deorſum agere;
autem et intus ad proſtatam vſque, iter vrinae
plaga diduci poſſit, manubrium ſpecilli aliquan
ad anum inclinatur, et ſcalpellus ita demittitur
altera acies ſurſum, altera deorſum, conuerſa
Plaga facta, dum ſpecillum reſtituitur, debet e
ſcalpellus recipi. Nam haec duo ferramenta ita
oportet, vt non, niſi vnum, et iuncta inter ſe,
videantur. Atque in plaga facienda, praecipue ma
tudinis calculi ratio habeatur, quo facile promi p

§. 1368.

Scalpellum vero non, niſi ita, recipiendum
vt ad ſuperiorem plagae angulum adducatur.
is, qui ſcrotum continebat, hoc ſiniſtrae tradit, de

lpellum prehendit, apicemque fulco fpecilli leuiter primit. Inter haec Medicus ductoris canaliculati gulam, a latere fcalpelli, in fulcum fpecilli coniicit; eoque vt eam vere effe intelligat, ductorem aliquo-; furfum deorfumque, et in vtrumque etiam latus, uet. Vbi fic eius rei fides facta eft, iubet fcalpel-ı tollere, dumque manubrium fpecilli ad anum in-at, ductorem alte in veficam demittit: quo facto, ıs rei certum indicium vrina praebet, quae effluit, cillum finiftra recipit, ac miniftro dat. Deinde, tatis manuum vicibus, ductorem finiftra prehendit, tamen elabi e vefica non patiatur. Sed indicem trae manus canali ductoris imponit. Eum vero, rfum nitendo, non tam recta intrudi oportet, m per vices eleuando deprimendoque, paulatim moueri, quo via aperiatur. Recepto digito, fuper em ductore, forceps, fiue recta, fiue incurua, in cam compellenda eft, fubitoque haec ferramenta inuertenda; vt ductor fuperior fit. Ifque eodem e momento extrahitur. Qui duplici ductore vtun-, vbi is, quem marem nominant, in veficam de-fus eft, fimili ratione fpecillum recipiunt: deinde dem ductoris criftae, fiffuram alterius, qui femina tur, imponunt, vt fuper ea in veficam compelli fit. Plerique hos ductores aliquoties diducunt, vt nus amplient, tumque eos finiftrae manus digitis hendunt, vt, inter ipfos, forceps immitti poffit, ɔ facto ductores recipiendi funt.

§. 1369.

Cum iam eo venit, vt calculus protrahatur, et ceps immitti, fine vi quadam, non potuit, conue- forcipem lente aperire, atque huc illuc inclinare, vulnus aliquantum dilatetur. Quo facto, claudere ıuo forcipem oportet, et calculum quaerere, vt,

cum super eo forceps diducta fuerit, ipse, sine m
attrahendae vesicae, commode prehendi possit. De
autem ea parte prehendi, qua angustissimus est, cau
dumque etiam, ne, cum adduci forceps coeperit,
culus intus effugiat. Quare, nisi specillo capit
(*bouton*) quod, inter brachia forcipis, immitti del
calculus aliter collocari queat, praestat ipsum cum
cipe quasi demittere, eaque tantillum diducta, iter
ita prehendere, vt facile promi possit. Vbi igitur
tis teneri calculum patet, non recta protinus attrah
dus est, sed forceps torquendo, sic tamen, vt len
id fiat, in vtrumque latus, per vices, moueri de
vltimoque ad anum deprimi, vt calculum eo faci
producat. Sed interdum maior calculus non vide
nisi ruptis nimium laceratisque partibus, extrahi pc
Illum alii ita curare volunt, vt, firmiore aliqua forc
immissa, frangant *. Etsi vero magna cura habe
tamen non semper satis caueri potest, ne vesica c
vulneretur. Et cum opus sit, quo singula frusta
trahantur, forcipem saepius in vesicam immitt
possunt facile mortiferae inflammationes excit
Quare praestat, vel inter forcipis brachia, scalpell
quod apicem obtusum ac dorsum habet, immittere
vulnus ampliare.

* Talis forcipis iconem dederunt PETRVS FRANCO *loc.*
p. 137. ex veteribus, ex recentioribus autem ALGHISI
cit. Tab. XV. Fig. I. & II. vid. etiam HEISTERVS in *I*
Chir. Tab. XXVIII. Fig. 7.

§. 1370.

Sed aliae etiamnum varietates sunt, quae anim
versiones quasdam desiderant. Saepius enim plu
calculi sunt, quod, cum ante curationem, saltem
semper, cognosci possit, vbi primus euulsus est, is
aliqua parte laeuorem habet, necesse est, specill
capitatum iniicere. Super huius crista, si plures
c

i ſunt, forceps caute immittitur, et ſinguli protra-
ıtur. Quod tamen, ſi arenoſi calculi ſunt, ſemper
eſſe non eſt. Cum enim forcipe apprehenſi vtplu-
um dilabantur, recepto ſpecillo, vel vncus, vel
hlear, iniicitur, quo fruſta calculi maiora eximan-
Nam, ſi quaedam exigua, vel arena, ſuperſunt,
ius relinquuntur, ſiquidem facilius per vrinam elui
unt.

§. 1371.

Ad haec, calculus etiam nonnunquam veſicae ad-
reſcit, quod non vno modo fit. Nam vel tunicis
cae, modo fere totus, modo aliqua ſpina, inhaeret,
quibuſdam quaſi carunculis mediis, adglutinatur.
i tunica incluſus eſt, non, ſine ingenti periculo,
ipe prehenditur, et attrahitur. Veſicam enim a
amento ſic laedi neceſſe eſt, vt nunquam fere non
fera inflammatio conſequatur. Contra frequenti ob-
ıatione compertum eſt, ſeruari poſſe, quibus cal-
ıs, vel aliqua ſpina, vel media caruncula, veſicae
aerens, euellatur. Maxima tamen cura habenda
ne calculus, cum deducitur, veſicam duplicatam,
ementer agitet; Quare, vbi teneri eiuſmodi calcu-
ı patet, opera danda eſt, vt, forcipe, in vtrumque
ıs, leuiter mota, a veſica diducatur. Si ne ſic qui-
n ſequitur, videndum eſt, an, ſuper digito immiſſo,
ıica, qua calculus retinetur, tantillum incidi poſſit,
od tamen temere faciendum non eſt. Saepius enim
culum ſinere praeſtat, et vulnus glutinare *.

Calculum et veſicam inter ſe glutinari poſſe, a multis exercitatis Chirurgis negatum eſt, a pluribus tamen, luculentis exemplis, confirmatum. Negauit autem iam olim ROSSETVS in *Part. Caeſ. Aſſert.* p. 239. ex recentioribus autem RVYSCHIVS in *Theſ. Anat. II.* p. 30. *ſeq.* COLOTVS *l. c. p.* 117. *ſeqq.* TOLETVS *l. c. Cap. VIII. pag.* 44. ALGHISI *l. c. p.* 24. MARINI *l. c. Cap. VIII. p.* 142. et DOUGLASS. in *Lithotom. Sect. II. p.* 6. *ſeqq.* Contra id confirmaſſe invenio, praeter CELSVM *loc. cit.* et ARETAEVM, GALENVM

in *Iſagog. Cap. XIX.* Plenius hanc rem expoſuit PETRV FRANCO *loc. cit. p.* 117. *ſeqq.* et ex recentioribus permult Conf. PLATNERI *Diſſ. de Calculo ad veſicam adhaereſcent* LE DRAN *in Tr. des Operat. p.* 271. *ſeqq.* et HOVSTET *Commentatio de Calculis tunica incluſis, in Mémoires l'Acad. de Chir. Tom. I. p.* 395. *ſeqq.*

† Deſcripſit caſum rariorem atque ſimul ex aliis ſcriptorib medicis ſimiles collegit IOH. GOTTFR. PFAEHLER in *Diſſer de calculis veſicae vrinariae cyſticis* Praeſide IOH. FRIDE LOBSTEINIO A. 1774. Argentorati defenſa. Ibidem al Diſſert. prodiit ſiſtens: *Raram de calculo veſicae obſeruation* A. IOH. SIGISMVND. MÜLLER. 1768. Praecipue euolue dum eſt Volumen I. *Monument. Acad. R. Chirurg.*

§. 1372.

Vbi iam calculus euulſus eſt, latum aliquod craſſum calidumque ſplenium ſuper vulnus imp nitur, quo frigus et aer arceatur, et, vinctura ſolut aeger reſupinus in lectum collocandus eſt. Sangu enim rariſſime ita fluit, vt ſupprimi debeat. Neq expedit eos ſequi, qui, vt calculi reliquiae eo certi excidere poſſint, vel turundam, vel amplam et fle lem fiſtulam * veſicae per vulnus imponi volunt. I vero, praeter hoc, quod nihil proficit, ſi via ſatis p tefacta, etiam nocet potius, ſi plaga anguſta eſt, vulnus vexando, graues inflammationes mouet, qu vt non raro mors, ſic frequenter fiſtula, excipit.

* Flexilem eiuſmodi fiſtulam primus adhibuiſſe videtur TOL TVS vid. ipſum *l. c. p.* 117. *Fig.* 9.

§. 1373.

Cum aeger paululum quieuit, interpoſita vna teraque hora, vulnus obligari oportet. Conuenit a tem, antequam aeger in lecto collocatur, huic aliqu laneos pannos, hiſque linteum ceratum, inſterner quo poſſit id, quod ex veſica profluit, excipi. Deinc alia faſcia, quam collare (*Collier de miſere*) vocant, c lo ita iniicitur, vt tanquam anſa quaedam, ad vmbi cum vſque propendeat, alia, quae latinorum T aſſin latu

ur, aegri lumbis subiicienda. Eiusque transuersa s altero extremo per prioris fasciae ansam dato, ntrem cingat, altera inter crura dependeat. Quo to, naturales partes atque abdomen oleo rosaceo ngi debent, et huic linteum duplex imponi, scron vero alio linteolo subiecto attolli. Tumque alius vincturae transuersa pars, a latere vmbilici, no- constringitur. Post haec etiam vulneri prospicidum est, quod hoc modo fere optime fit. Splenio 1372.) ablato, quia sanguinem ac lotium excepit, ud simile imponendum est. Super hoc autem pars erius fasciae, inter crura dependens, sic adducitur, cum fissa sit, decussim posita, per vtrumque inguen, alteram huius vincturae partem, quae ventrem cin; in vtroque latere detur. Praeter haec, ne vulnus, l eo, quod femina diducerentur, irritari possit, genua am, quibus puluinar aliquod substernitur, vinctura adam inter se colliganda erunt.

§. 1374.

Nemo dubitat, grauissimum vulnus esse, quod vrie itineri ac vesicae infligitur, vt calculus promi ssit? Neque sanescere potest, quia etiam collisum t, nisi prius fuerit purgatum. Ergo diligens obseratio inflammationis habenda est (390). Plurimum tiam ad felicem curationem confert victus et aeris, liarumque non naturalium rerum, curiosa obseruatio 399. 400. 401. 402). Itaque primis diebus nihil mnino super vulnus imponi debet. Id tantum curare uat, vt pura et calefacta splenia vulnus custodiant. bi vero inflammatio se inclinauit, et ad suppuratioem spectat, idonea sunt medicamenta, quae digerunt 384). Quae tamen ita adhiberi oportet, vt, transitu d ea facto, quae carnem alunt, vulnus breui glutietur.

§. 1375.

Veniam ad eam calculoſorum curationem, in qua ceruix veſicae, a latere, aperitur. Cumque in ea plures varietates ſint, protinus de illa curatione dicamus, quam RAVIVS, a FRATRE IACOBO repertam, emendauit. Eamque ſic a RAVIO ordinatam eſſe habetur. Aeger in tabula minus alta, quam in *Mariana* ſolet, reſupinus collocatur, vt tamen caput et nates, puluinari ſuppoſito, paululum excitatae ſint, ſcapulae contra depreſſae. Vincitur etiam laqueo, quo, carpo iniecto, manus, ad externam genuum partem datae, alligantur *. Deinde ea ſpecilli ſulcati varietas eſt, vt, cum profundior ſulcus ſit, tum in parte tantum incurua ſpecilli ductus. Vbi hoc in veſicam coniectum eſt, manubrium ad ventrem, ac dextrum aegri inguen inclinatur, eoque fit, vt medio fere loco, inter anum et ſiniſtri oſſis iſchii tuber, curuatura ſpecilli ſentiatur. Medicus deinde, dextro genu ſubmiſſo, ſiniſtra manubrium ſpecilli firmiter tenet, dextra ſcalpellum, quod anceps eſt, et in hoc a vulgari recedit, quod cum totum minus latum eſt, tum in tenuem anguſtumque apicem terminatur **. Quo, antequam cutis incidatur, dextrae manus pollice, curuatura ſpecilli quaerenda eſt, vt, an recte poſitum ſit, conſtet, et, an praeter veſicam, nihil ſpecillo, velamentiſque communibus, intercedat. Eiuſque rei fidem facit ſpecillum, quod duos circiter latos digitos, ab ano abeſt, etſi in hac re etiam quaedam variat aetas, ſtatura et plenitudo corporis.

* Vid. figuram laquei apud HEISTERVM *loc. cit. Tab. XXIX. Fig.* 10.

** Figuras ferramentorum, quibus RAVIVS vſus eſt, vide apud ALBINVM *in Ind. ſupellect. Anat.*

§. 1376.

Super ſpecillo igitur, quod firma admodum manu teneri debet, cutis ſubiectaeque partes, profunda plaga,

ga,

, ſic inciduntur, vt ab eo loco orſa, in quo ſectio, uae in *Mariana* fit, terminum habet, vſque ad tuber chii procedat. Hinc indice ſiniſtrae manus, modo vulnus, modo in anum, demiſſo, ſulcus ſpecilli uaeritur; Qui, ſi non ſuo loco eſſe deprehenditur, uam accuratiſſime poteſt, reſtituendus erit, dumque era plaga fit, ne anus laedatur, interdum hic quoque latus deprimitur. Simul etiam aeger monetur, vt rpus nullo modo agitet, miniſtri autem, vt ad id, uod cuique iniunctum eſt, animo attento ſint. Tumue idem ſcalpellus ita immitti debet, vt apex ſulco haereat, ſuper quo veſica ſurſum deorſumque poſimum, incidenda eſt. In reliquis, quae ad ductom, forcipumque immiſſionem, euulſionemque calli attinent, haec tantum animaduerſionem deſident. Ductores, quia altior et aliquantum obliqua aga, magna cum circumſpectione, immitti debent, a veſica aberrent, ac peritonaeum aliaſque vicinas rtes, conuulnerent. Neque etiam digitus, ad dilandam plagam, demittitur, ſed forceps, quae in braiorum longitudine, a vulgaribus diſcrepat, dum in ſica haeret, aliquoties diducitur. Caetera omnia, iam in vulneris curatione, eadem ſunt, ac, quae pra propoſui (1373. 1374).

§. 1377.

Sequitur alia curatio, quae ab eo, a quo reperta ſt, *Cheſeldeniana* nominatur. Eaque dicitur ex *Rauina* orta eſſe, niſi potius, quantum ad plagam attinet, ſa fuerit. Fuerunt tamen aliqua, in hac curatione, auctore ipſo, mutata, quod facit, vt vulgo plures *Cheſeldenianae* curandi viae eſſe habeantur *. Quam ero ipſe nunc ſequitur, haec eſt **: Aeger in men, quae trium pedum altitudinem habet, et cui panus inſternitur, reſupinus ſic collocatur, vt ſolum ca-

 put,

put, puluinare ſubiecto, paullulum excitetur. Deinde vinciri ac teneri debet, plane, vt diximus vulgo in *Mariana* fieri. Eodemque modo ſpecillum incuruum ſulcatumque in veſicam coniiciendum eſt, quod aliquanto longius, minuſque incuruum eſſe oportet. Idque vbi ſic, vt in *Rauiana* praecipitur, collocatum eſt, illi ex miniſtris dextra manu tenendum datur, qui ſiniſtra burſas colligit, et quem, vt manum firmam, ſic animum ad ea, quae ipſi facienda ſunt, quam maxime attentum, habere decet.

* Vid. IACOBVS DOUGLASS *in the Hiſtory of the lateral Oper.* *Poſtſcript, et in the Appendix to the Hiſtory*, item HEISTERVS *loc. cit. p.* 970. *ſeqq.*

** Dedit eius deſcriptionem SHARP *in the Treatiſe on the Operations of Surgery. Cap. XXI.*

§. 1378.

Cum iam ita ſpecillum firmatum eſt, vt eius incurua pars, cutem a latere ani, inter perinaei ſuturam et os iſchii ac pubis, oblique attollat, curans Medicus dextro genu ſubmiſſo, cutem ſubiectumque adipoſum velamentum, longa plaga incidit, quae a latere perinaei, iuxta anum, ad tuber oſſis iſchii pertineat. Deinde ſiniſtrae manus indice, in vulnus impoſito, ſulcum ſpecilli quaerit, idque, vbi dimotum eſt, ita reſtituit, vt poſſit ſuper eiuſdem ſulco, membranea itineris vrinae pars, cum proſtata, a latere, et veſica ipſa aperiri. Quae plaga ſic facienda eſt, vt, membranea parte itineris vrinae patefacta, dorſum ſcalpelli ſulco imponatur, acies vero coxam ſiniſtram reſpiciat. Cum in hac plaga metus ſit, ne ſubiectum inteſtinum laedatur, duo digiti ſiniſtrae manus in vulnus demitti debent, qui ſcalpelli ictum auertant. Magnumque etiam momentum ad felicem curationem habet, adipem neque nimis profunda plaga incidere, neque ictus quaſi repe-

-petere, quoniam ex his pessima vlcera fiunt, quae
i habitu celluloso latius serpunt.

§. 1379.

Vbi via patefacta est, scalpellum recipitur, et qua
rictior summa plaga est, vnguis indicis sinistrae ma-
us in sulcum specilli demittitur, in eumque, super
oc, ductor canaliculatus coniiciendus est, cuius ma-
ubrium in latus sinistrum procedit *. Vt hic certo
i vesicam demitti possit, curans medicus, cum dextra
ianu ministri, qui specillum tenet, huius manubrium
rehendit, idque ad se oblique inclinando, curuatu-
im a vulnere quasi in vesicam recipit, super qua
uctor canaliculatus tuto in vesicam peruenit. Quo
ıcto, specillum recipiendum est, ac forceps, quae
aullulum longiora brachia habere debet **, in vesi-
am compellitur, calculusque protrahitur. Quae res
ullam plane varietatem habet. Habet tamen san-
uinis fluxus, qui in hac curatione vtplurimum maior,
uam in *Mariana* est. Is solet a duabus arteriis pro-
enire, quae a pudendis ortae, ad bulbum, quem
ocant, vrethrae, et ad prostatam, pertinent ***.
Quae ex his laesa sit, videndum est, quanta vi sanguis
profluat, antequam supprimatur. Ergo, si tam
nagna profusio est, vt curationem turbare possit, sta-
im prima plaga facta, cohiberi oportet, si contra, sini,
donec calculus euulsus sit. CHESELDENVS autem, si
patet arteria, filo iniecto, eam ligare iubet ****, si
contra, ellychnium vulneri imponit, quod medicamen-
tum, ad sanguinem supprimendum idoneum, excepit.
Reliqua curatio a *Mariana* non differt.

* Conf. IAC. DOUGLASS *in the Appendix fig. V.* SHARP *loc. cit. Tab. VI. A. B.* et HEISTERVS *loc. cit. Tab. XXXI. fig.* 9.

** Vide icones apud eosdem auctores. Legi etiam merentur, quae SHARPIVS de apertura brachiorum forcipis, ac de eiusdem dentibus, proposuit *loc. cit. Explicat. Tab. VII.*

*** Vide WINSLOW *Tr. du Bas Ventre no.* 577. 578.

**** Fi-

**** Figuram acus, admodum incuruae, habet IAC. DOUGLASS *loc. cit. Fig. XII.* et HEISTERVS *loc. cit. Tab. XXXI. Fig.* 14.

§. 1380.

Et haec quidem curatio a multis, et Anglis, et Gallo Francis, Chirurgis, calculosis adhibetur. Contra FVLBERTVS neminem adhuc inuenit, qui ipsius curandi rationem imitaretur. Haec autem FVLBERTI curatio sic ordinatur: Cum vesica ipsa, inter prostatam sinistrumque vreterem, perforari debeat, primum est, vt aeger ante curationem, quam diutissime possit, vrinam contineat. Quod vt eo facilius possit, ptisanae liberalis potio danda est, quae ex radice dentis canini, liquiritiae ac semine lini, paretur. Fere etiam maior, quam in *Cheseldeniana*, metus est, ne intestinum, quod rectum vocant, laedatur. Quare FVLBERTVS aliquoties aluum soluit, ne retentae faeces intestinum dilatent, et, proxime ante curationem, clysmate infuso, subducit.

§. 1381.

FVLBERTI autem curatio, cum in loco, in quo plaga fit, tum etiam in ferramentis, a caeteris differt. Sunt igitur ex ferramentis: 1) Machinula, qualem NVCKIVS primum, ad viam vrinae intercludendam, reperit, molli aluta obducta, quae gossypio farta est; 2) Acus triquetra, suae fistulae inhaerens, minus plena, quam, quae ad aquam ex ventre euocandam, adhiberi solet, sed multo longior, atque, vt eo firmius teneri queat, in fistulae manubrio, annulo instructa. Fistula etiam in summa parte sulcum in longum ductum habet. 3) Scalpellus longus, acutus, angustus, non anceps, et in manubrio ad angulum obtusum fixus. 4) Ductor canaliculatus, qui duabus partibus inter se iunctis, constat, vt, si opus sit, plaga ampliari possit, 5) alius scalpellus falcatus, qui nonnunquam, ad ampliandum

vulnus,

dnus, inter crura forcipis, demitti debet. Haec fermenta *Fulbertianae* propria ſunt *.

* Vide horum figuras in FVLBERTI *nouvelle methode de tirer la pierre de la veſſie. loc. cit. Tab. I.* Ductor caniculatus pene idem eſt, ac dilatatorium, quo PETRVS FRANCO ad feminarum calculoſarum curationem, vſus eſt, et cuius figuram dedit *loc. cit. p.* 144.

§. 1382.

Vbi ad curationem ipſam peruentum eſt, aeger ane, vt in *Mariana*, collocatur, et vinctus continetur. umque, vt vrinam non mittat, coli machinula ante cta iniicienda eſt, qua iter vrinae intercipitur. Ex iniſtris vero, is, qui burſas colligit, pilam ſiniſtra mau, imo abdomini imponit, quo veſicam deprimat, et l ſiniſtrum latus vrgeat. Inter haec curans Medicus idicem ſiniſtrae manus, oleo prius vnctum, in anum emittit, quem adeo a veſica deducit, et cogit in latus extrum cedere. Quod eo nomine opus eſt, ne ipſe edatur, tum etiam, vt cutis denſa et veſica depreſſa certius perforari queant. Deinde pollicem dextrae ianus coxae ſiniſtrae admouet, vt internum margiem tuberis iſchii inueniat. Prope hunc, et pollicem b ano circiter, non tam atramento, aut molybdoide ipide, quam oculis, punctum deſignatur, ab eoque nea ſurſum ducitur, quae cum ramis oſſium pubis chiique ductum parallelum ſeruat, et proxime ſub croto, duas treſue lineas, a perinaei ſutura, terminatur.

§. 1383.

Cum iam locus ſectionis deſignatus eſt, quem tamen aetas, ſtatura, aliaque, variare debent, acum triquetram arripit, ac per punctum, quod prope coxam eſt, alte in ipſam veſicam adigit *. Acus ita tenetur, t in nullam partem inclinet, niſi, quod ſulcus, qui in umma fiſtulae parte eſt, ad ſcrotum conuerſus eſt. Vbi acum in veſicam perueniſſe iudicat, neque tamen

vrina

vrina per sulcum, fistulae impressum, profluit, acus intra fistulam recipienda est, quo maior vrinae profluendi libertas detur. Vbi hoc iudicio cognitum est, mutatis manuum vicibus, scalpellus rectus dextra prehendi debet, eiusque dorsum sulco, quem in fistula esse dixi, ad acutissimum angulum imponitur. In vesicam quoque, super hoc sulco, adigitur, quod vbi factum est, lotii maior vis effluit. Vt vesica, quantum necesse est, longa, plaga aperiatur, manubrium scalpelli deprimi, et ipsum totum sursum mouendo, a sulco remoueri oportet **, contra, vbi protinus recipitur, attolli, quo cutis etiam satis pateat ***.

* Hoc expressum est a FVLBERTO *loc. cit. Tab. VI.*

** Vide ibidem *Tab. VII.*

*** Vide hoc in *Tab. VIII.*

§. 1384.

Protinus igitur scalpello recepto, ductor canaliculatus, quo FVLBERTVS vtitur, media lingula, in sulcum fistulae coniiciendus est, cui acus triquetra inhaeret, et super hoc, in vesicam demittendus. Vbi demittitur, sulcus ductoris debet deorsum conuersus esse. Quare, cum in vesicam peruenit, cui rei indicium praebet lingula ductoris, in extremo sulco haerens, qui clausus est, protinus acum recipi oportet, eodemque pene momento, sulcum ductoris inuerti. Super hoc, Medicus digitum indicem dextrae manus in plagam demittit, potius, vt, num satis patefactum sit, quaerat, quam, vt plus patefaciat. Vbi igitur satis patere viam deprehendit, forcipem in vesicam compellit, et calculum promit. Saepius accidit, vt se forcipi inferior plagae angulus opponat. Idque cum a cute esse potest, tum a musculo transuerso et parte leuatoris ani. Nullam difficultatem habet scalpellum falcatum, inter brachia forcipis, demittere et has fibras diducere. Aliae obser-

bseruationes necessariae non sunt, praeter hanc, vt lenior aliqua fistula, quae flexilis sit, et carpto, aut io molli linteo, obuoluta, vulneri imponatur. Metus nim est, cum, quia profunda, tum, quia obliqua, plana est, qua vesica patet, ne, quod effluit, in vulnere aereat, et sordida vlcera faciat, quae in his partibus urgare difficillimum est. Vt haec auerti, fistula deissa, possunt, sic quoque sanguis supprimi, si eum arria aliqua laesa fundit *.

* De his obseruationibus vide, quae dicta sunt a FVLBERTO *loc. cit. p.* 678 *seqq.*

§. 1385.

Supra (1356. *) de noua quadam curatione diximus, quam LE CAT, ante quatuor annos, reperit, et uae, quantum ad partem vesicae attinet, quae aperitur, roxime a *Fulbertiana* abest *. Non licet eam plenius xponere **, contra, ac illam, cuius descriptio nuper LE DRAN data fuit, ad quem etiam auctorem referır ***. Quilibet videbit, eam curationem, ex *Maria-a, Cheseldenianaque* veluti compositam esse. Cumque, ı paucissimis, a *Mariana* differat, qualem supra descrisimus, satis habebimus, ea, in quibus vere differt, exosuisse. Ea vero haec sunt. Primum, abrogato ligaurarum vsu, quibus vulgo vtuntur, et quae aegrum on leuiter terrere debent, LE DRAN alias excogitait, quae duas ansas habent, quarum vni manus, alteri es, immittitur, quae duae partes inter se colligari debent ****. Deinde Chirurgus ipse bursas colligit, ac ninistro, vtraque manu, quam mollissime potest, continendas dat: simulque eiusdem ministri indices extenlit, sic, vt dexter futurae perinaei, sinister aduerso nargini ossis ischii sinistri, vsque ad eius tuber, imponatur. LE DRAN nullibi dixit, quali scalpello, ad prinam plagam faciendam, vtatur. Vtebatur autem, ante liquot annos, rigido, et cuius scapus quoque ex chalybe

lybe factus *****. Cutis longiſſima plaga incidenda eſt, quae ab ea perinaei parte orſa, quae oſſium pubis iſchiique vnionis loco reſpondet, vſque eo producatur vt finis vnum pollicem cum dimidio, inferior eo loco ſit, a quo ſpecillum, quod in itinere vrinae eſt, intus ad veſicam incuruatur. Vbi hac plaga, qua, quem dicunt, bulbus inciditur, iter vrinae patefactum eſt, loco ductoris, ſpecillum aliquod rectum, quod, cum ampliore ſulco, in auerſa extremitate, lingulam habet ******. in catheteris ſulcum coniicitur. Eoque in veſicam compulſo, cum in calculum ipſum, tum in eius magnitudinem, aliaque, curioſius inquirendum erit, vt qualis forceps demitti debeat, intelligi poſſit. Poſt haec rectum illud ſpecillum intus itineri vrinae apprimitur ſic, vt ſulcus illud ſpatium reſpiciat, quod anum et tuber iſchii intercedit; Oportet, in hoc ſulco, alium ſcalpellum intus compellere, quo proſtata, cum oſtio veſicae findatur. Non anceps ſcalpellus eſt, acies vero quae, qua parte longiſſima eſt, ſeptem, aut octo, qua latiſſima, ſex, lineas aequat, incurua (*en rondache*). Atque, vbi receptus ſcalpellus eſt, Medicus, ſuper inuerſo ſpecilli ſulco, vulgarem ductorem (*Gorgeret*) in veſicam coniicit. Reliqua, vt in *Mariana*, perficiuntur.

* Vid. FVLBERTVS *loc. cit. Tab.* 4. *et* 5.

** Deſcriptio curationis, quam LE CAT reperit, in proximo fortaſſis Commentariorum Academiae Reg. Scient. Pariſ. habebitur, cum qua ipſam communicauit.

*** Conf. LE DRAN *in Tr. des Operat. pag.* 304 *ſeqq.*

**** Figuram huius ligaturae dedi in *Obſ. Chirurg. de Calcul. Tab. I. Fig. I.*

***** Vide *eaſdem Obſeruat. Tab. I. Fig. III.*

****** Icon *ibidem eſt Fig. V. et apud* LE DRAN *loc. cit. p.* 272 *Fig. I.*

† Lecatius in ſuppellectili magis quam in encheireſi mutauit. Mutationes eas hic deſcribere ſuperuacuum foret. Nemo enim hanc rationem ex ſola librorum lectione didicerit. Quod ne fruſtra a me dictum eſſe videatur, rogo, velis ad animum reuocare, quae ſupra de MORANDO dicta ſunt, ſcilicet eum petiiſſe Londinum, vt *Cheſeldeni* methodum cognoſceret,

ret atque perſpiceret, cum in eo genere eſſet minime imperitus. Interea ab iis, qui animum legendo paſcere voluerint, legi poterunt libri ad §. 1389 excitandi.

§. 1386.

Sunt tamen et aliae quaedam obſeruationes neceſ-ae, quae potiſſimum calculi apprehenſionem extra-nemque ſpectant. Cum, inter ſecandum, vrina nis effluxerit, quod facit, vt veſica in ſe coeat, eaque morbum ſaepius multum adſtricta ſit, nunquam ım eſt, forcipem incautius intus compellere. Nul-ı periculum habere debet iniicere ſic, vt clauus, › brachia forcipis inter ſe iuncta continentur, vſque oram externi vulneris, promoueatur. Vbi calculus ı ſatis tenetur, vt etiam intus effugiat, aperta forci-eius vtrumque brachium, inuicem, huc illuc, ſuper ma veſicae parte, moueri oportet. Eoque ſaepe i dicitur, vt, qui effugerat, calculus, adductis bra-is, ſatis teneatur. Plures animaduerſiones ii calculi iderant, qui, quod admodum magni ſunt, omnem cam implent, aut, qui in aliqua quaſi cellula hae-t. Suadent LE DRAN, vbi calculus promi debet, cipem vertere ſic, vt ex annulis, quibus tenetur, al-os pubis ſpectet, alter anum. Finita curatione, ple-r illa fiſtula in veſicam demittitur, ſi haec ex calculo tricta eſt, aut calculus intus manſit, quem promere ı licuit, vel, ſi, in ipſa curatione, ſanguis ſic effluit, terrere poſſit. In hoc caſu fiſtula linteolo obuoluen-eſt, cui colophonii puluis inſpergatur.

§. 1387.

Supereſt, vt de illa calculoſorum curatione, quam *Celſicam*, vel cum paruo apparatu, nominant, ali-ı ex CELSO proponamus. Homo praeualens ac itus in ſedili alto conſidit, ſupinumque puerum et rſum, ſuper genua ſua, coxis eius collocatis, com-hendit; reductiſque eius cruribus, ipſum quoque

 iubet,

iubet, manibus ad suos poplites, vel malleolos dati eos, quam maxime possit, attrahere, simulque ipse s eos continet, vt super humeros eius, suo pectore, in cumbat. Huic homini etiamnum a lateribus duo v lentes obiiciuntur, qui circumstantes labare eum, q puerum continent, non sinunt. Puerum tamen sur genua hominis collocari, semper necesse non est, a que potest etiam fere commodius certiusque in men figurari.

§. 1388.

Medicus deinde, diligenter vnguibus circumci sinistrae manus duos digitos, indicem et medium, l niter prius vnctos oleo, simul in anum aegri demitt dextraeque digitos, super imum abdomen, leniter i ponit. Calculus igitur digitis, ano subiectis, quaerit atque, vbi repertus est, curiose ad ceruicem deducit Cum iam super vesicae ceruicem est, iuxta anum inc cutis, longa plaga, vsque ad ceruicem vesicae, deb et haec deinde alia transuersa aperiri, quo iter vrir pateat, sic, vt plaga paullo maior, quam calculus, Nam, qui parum patefaciunt, aegrum in certissim periculum coniiciunt, quod calculus iter, cum vi pr mitur, facit, nisi accipit. Ex quo, et sanguinis pro sio, et distentio neruorum, inflammationesque, fi possunt.

† Methodus a GÜNZIO ostensa *Celsianae* non prorsus congr CELSVS enim cutem plaga lunata incidi iubet, cornu ad coxas spectantibus paulum. Haec verba male intelle BROMFIELD in *obseruationibus et casibus chirurgicis* angl scriptis, et teutonice versis (*Chirurgische Wahrnehmung durch* WILLIAM BROMFIELD. *Leipzig* 1774). BROMFIE enim in figura adiecta sectionem lunatam ita facit, vt corr anum adeoque os sacrum spectent, quae iuxta praecept CELSI *coxas* spectare debent paulum. Vnde intelligi pot sectiones illas duas, quarum altera ab ipso BROMFIELD altera ab eius amico, periclitandi caussa, facta est, par aptas esse ad id, quod volebant, illustrandum. Idem BRO FIELD male vertit vocabulum *coxarum* per tuberositat ischii. Coxarum regio est ibi, vbi acetabula sunt. vid. e

CELS

CELSVS ipſe in Cap. I. Lib. VIII. in editione a me curata pag. 506. lin. 10 et 22.

§. 1389.

Cum via patefacta eſt, in conſpectum calculus ve-
t. Qui, niſi excidit, laeuae manus digitis ſic ad ve-
am datis, vt retro recedere, aut aliter effugere, non
ſſit, dextrae index, ſuper calculum, in veſicam con-
itur, et ipſe protrahitur. Si maior calculus eſt, in-
iendus ei vncus eſt, inter ferramenta, ad *Marianam*
rationem neceſſaria, propoſitus. Hunc nunquam
ducere tutum eſt, niſi calculum ſatis teneri pateat,
, ſi hic intus effugiat, is in oram vulneris incidat,
nque conuulneret. At, ſi plures calculi ſunt, di-
:is ſiniſtrae manus, ad vltimam veſicam datis, ad pla-
m deduci ac protrahi debent. Incidere vero poteſt,
digitis conquiri non poſſint. Ergo ſpecillum, et
per hoc forceps, in veſicam coniicitur, quo calculi
rtius promi queant. Aliae varietates huius curatio-
; non ſunt.

† His, quae de variis rationibus ſub oſſe pubis calculoſos ſecandi dicta a GÜNZIO ſunt, quaedam adiiciam. Circa A. 1748 Frater quidam ordinis diſcalceatorum, cui nomen *Coſmi* eſt, FRERE COME, ſcalpellum vagina abſconditum, (*Lithotome caché*) inuenit, eoque vtens ab anno eodem calculoſos curauit, tum in prouinciis, tum in vrbe Pariſiorum. Scalpellum nouum deſcribi tecto tamen nomine ſuo curauit in *Diario Verdunenſi* menſ. Nouemb. a. 1748. et in Diario eruditorum. (*Journal des Sçavans*) *menſ. Decemb.* a. 1748. Ab eo tempore multa de ferramento hoc in vulgus edita ſunt, tum ab aliis, tum vero ac praecipue a LECATIO, chirurgo dexterrimo, acri et pertinaci boni fratris aduerſario. Is enim non parum multa aduerſus eum eiusque methodum dixit. De his legenda ſunt, quae Frater COSMVS voluminibus duobus, ſemper tecto nomine, complexus eſt; quorum prius inſcriptum eſt: *Recueil de pieces importantes ſur l' Operation de la Taille, faite par le Lithotome caché,* à Paris 1751. Huius calci adiecit chartas inſcriptas: *Suite du Recueil.* Alterum Volumen inſcripſit: *Addition à la Suite du Recueil de toutes les pieces,* qui ont eté publiées *au Sujet du Lithotome caché,* à Paris 1753. Scripta a LECATIO haec ſunt: *Pieces concernant l' operation de la Taille. Second Recueil,* à *Rouen* 1752.

 item-

itemque ibidem tertia collectio (*Troisieme Recueil*) 1753 edita. Prima collectio (Le premier Recueil) nihil contra Fratrem COSMVM dictum continet, edita est ibid. 1749. Praeterea prodiit *Parallele de la Taille laterale de Mr.* LE CAT *avec celle du lithotome caché* etc. *par Cl.* NIC. LE CAT, *publiée par* ALEX. PIERRE NAHUIS. *Amsterdam* 1766. Sed Frater COSMVS non solum LECATIVM, sed totum etiam Collegium Illustre Chirurgorum Parisiensium contra se excitauit. vid. *Monument. Ac. R. Chir. Vol. III.* in quo LOUISIVS experimenta de diuersis methodis ab Academia ea capta enarrat. Frater COSMVS non tantum lites eas inter se et chirurgos Parisienses exponit, sed et methodi suae initium, progressum, atque aduersarios ita enarrat, vt nihil praeterea hac de re desideres; Vid. eius Liber §. 1390. cit. Lithotomus autem vagina reconditus vid. et in eodem *Vol. Monum. Ac. R. chir.* et in supra citatis Diariis et in Quaestione medico-chirurgica: *An scalpello vagina recondito cystitome perfectior?* Praeside de PREVAL a MARQVARTO, Parisiis a. 1754 defensa, et adiecta post a COSMO supra cit. *Addition à la Suite du Recueil.* Habet scalpellus is hoc praecipui, vt datus in vesicam ad varios gradus 5. 7. 9. 11. 13. 15. ex vagina sua recedere, et ab ea abductus tam longum vulnus facere possit, quam calculi magnitudo requirere videtur. Vt autem scalpellus impelli in vesicam queat, alio acuto quidem, cutis et cellulositas inde a medio acceleratore iuxta raphen versus tuberositatem ossis ischii inciditur, fitque vulnus pollices duos cum dimidio longum, si homo quidem adultus curatur. Digitus index sinistrae manus explorat catheteris sulcum, quo percepto, is ipse scalpelli mucroni acuto viam monstrat, vt sulcus ille ad septem vel octo lineas nudus in conspectum prodeat. In nudum iam sulcum eum inseritur extremi lithotomi lingula, vt, ea semper in sulco promota, lithotomus sub pubis arcum leniter impellatur, quoad vltra nequeat, obstante eminulo catheteris solido rostro. Si eo ventum est, catheter educitur, et lithotomus, pro cognita magnitudine calculi, recte apparatur, vt apparatus vulnus faciat, ad extrahendum calculum satis patens. Rebus omnibus recte adornatis, reducitur lithotomus; atque, dum hoc fit, incidit vesicae ceruicem, prostatam et bulbum vrethrae sic, vt via ad vesicam recta et expedita pateat, qua forceps plerumque sine conductore in vesicam dari et calculus apprehendi queat. Tantum de lithotomo recondito. Plura qui scire auet, libros citatos legat.

Iam quaedam etiam de *Hawkinsiana* methodo. HAWKINS autem, dato antea in vesicam cathetere sulcato, integumenta communia sectione a vicinia ani ad tuberositatem ischii sinistri diuidit, sulcum catheteris digito indice sinistrae manus explorat vltra bulbum, quem in anteriorem partem protrudit; deinde partem vrethrae membranaceam et transuersi

musculi

musculi partem posteriorem oblique incidit, vt sulcus catheteris ibi nudus sit. In eum postea sulci locum demittit rostrum ductoris canaliculati generis singularis, h. e. cuius margo dexter in aciem assurgit; ita autem rostrum demittitur, vt pars ductoris conuexa spectet inferiorem vrethrae partem et intestinum rectum; atque sic paulatim a sulco eo nunquam deflectente rostro, ductor in vesicam demissus incidit vrethram, partem prostatae maximam et ceruicem vesicae; si in vesicam ventum est, educitur catheter, in caua vero parte conductoris in vesicam datur forceps, postea educitur ductor. Forceps ad vulnus dilatandum aperitur, post rursus clauditur, calculum, quaerit, hoc inuento, iterum aperitur, apprehendit calculum, apprehensum educit. Plura vid. in Thesi *de methodi Hawkinsianae in calculosorum sectione praestantia*, a PETRO FAGUER, Praeside ANTONIO LOUIS, Parisiis 1769 defensa; itemque in Thesibus *de calculo vesicae vrinariae, eoque extrahendo, praeuia sectione ope instrumenti Hawkinsiani emendati*, eodem LOUIS Praeside, a PETR. IOSEPH. DESAULT, 1776 defensis.

Praedicatur etiam ratio ea, qua MOREAU, Chirurgus Parisiensis percelebris vtitur. Sectionem lateralem facit scalpello ancipiti, cuius acies tres pollices longa, lamina autem in parte a cuspide remotiori vix lineas sex lata, quae ne facile frangatur, in media parte maximam crassitiem habet. Encheireses studiosius quidem exposuit CAROL. LVDOVIC. FRIDERIC. BREYER in Dissert. Praeside GEORG. FRIDER. SIGWARTO, Tubingae 1764 defensa. Inscripta est: *Cystotomia Lateralis Moreauiana Noua Eademque Receptis longe praestantior, quia omnino tutior.* Additae sunt Icones, quibus si careas, carebis perspicuitate, etiamsi, quae BREYER dixit, a me descripta legeris. Caeterum non BREYERVS solus sed alii quoque Inuentoris, MOREAU, magnam dexteritatem secandi calculosos multis laudibus extollunt. De sectione calculosorum praeter illa, de quibus ad §. 1388. retuli, alia multa, paene dixerim diffusa, proposuit BROMFIELD l. c. quae tamen legi ab iis debent, qui hanc artis partem excolunt. Ductorem canaliculatum, duplicem et non parum compositum, cui aliqua lamina acuta addita est, laudat, qui cum figuris describi vix potest, sine figuris ne vix quidem, et cui nihilominus praestare videtur illud, de quo paulo supra, *Hawkinsianum*. PETR. CAMPER l. c. etiam haud contemnenda scripsit, minimeque illa, quae de directione ferramentorum commonuit, ita scilicet ea esse admouenda, vt axis instrumenti semper parallelus sit axi vesicae; ista enim ratione caueri, ne ferramenta tam facile a cauo vesicae aberrantia in locum laxum illum, qui vesicam inter et rectum intestinum est, h. e. in cauum spurium incidant. Si forceps plus quam semel in vesicam dari necesse sit, methodum fortasse optimam esse, si chirurgus iuxta apicem digiti indicis laeuae manus specillum demittat, et iuxta hoc machinamenta reliqua.

Vt sectionem lateralem perficeret, multa et in ferramentis et in vinciendo retinendoque aegroto nouauit PALVCCI, atque de cohibenda nouorum calculorum generatione quaedam adiecit in libro inscripto: *Lithotomie nouvellement perfectionnée.* A Vienne 1757.

Ad huius chirurgiae historiam quoque pertinet, quod POUTEAU Filius scripsit in seq. inscriptionis libro: *La Taille au Niveau* etc. *A Avignon* 1765. Describit noua ferramenta, iisque ad faciendam sectionem vtendi methodum. Sed de his et PALVCCI ratione, quia icones inspici debent dici a nobis nihil potest. Sudante hac ipsa charta sub prelo, in manus incidit scriptionum collectio belgica lingua editorum, h. e. *Aanmerkingen over de Veranderingen, welke de Steenen in de Pisblaas der Menschen ondergaan* etc. *door* PETRVS CAMPER. *Te Amsterdam* 1782. Lectu digna inesse video, at neque prorsus legere, neque de lectis referre iam vacat.

§. 1390.

Ab his curationibus, quae sub ossibus pubis fiunt, transeundum ad eam est, in qua summa vesicae pars, in imo abdomine, aperitur. Praecedere hanc curationem ea fere debent, quae *Fulbertianam* praecedere diximus. Si aeger non satis vrinae continere didicit, primum oportet vesicam, in curatione ipsa, aqua, lotioneue alia, tepida implere. Quibus hoc placet, aegrum in mensa, vel, quod praestare debet, in lecto, collocant ante, quam aqua in vesicam coniiciatur, quod optime fit, si fistulae, qua vrinam emolimur, sipho vulgaris accommodatur. In modo autem lotionis, quae immitti debet, aliqua varietas est. Nam, vt immitti debeat, donec se vesica super ossibus, aliquo tumore manifestet, tamen et magnopere cauendum est, ne, quod neruorum distentiones facere solet, vesica, nimia vi aquae subito infusa, distendatur. Non exiguam spem prosperi successus facit vesica sana et spatiosa. Si vitiosa est, praecipueque adstricta, vel alia curandi via eligenda est, vel iubendus aeger, vt, post liberalem potionem, etiam ferratarum aquarum, quam diutissime possit, vrinam contineat. Quo, quia asperior vesicae

calculum attritus auertitur, vesica interdum iterum
npliatur. Cum iam satis aquae immissum est, necesse
t, fistula recepta, colem ministro tenendum dare,
ım, vt vrinae iter intercludatur, tum, vt, depresso
›le, cutis tendatur, quae in imo abdomine incidi debet.

† De hac ratione calculosos curandi recentior scriptor, Anonymus quidem, (sed qui Frater COSMVS, Frere COME, esse librum legentibus haud dubie videtur) et vehementer laudat eam methodum, et ostendit, qua sectio ea fieri possit, etiamsi vesica non impleatur. Liber eius inscriptus est: *Nouvelle methode d'extraire la Pierre hors de la Vessie par dessus le pubis* etc. *à Bruxelles* 1779. Methodus ea vix ac ne vix quidem potest paucis describi, est enim non parum composita. Cui volupe est, poterit legere dubitanter de ea compendio scripta a RICHTERO in *Biblioth. Chirurg. Vol. V.*

§. 1391.

Dixi, aegrum, siue in mensa, siue in lecto, collocanum esse, praestat vero in lecto. Est autem, tum in ·cto, tum in mensa, aliter figurandus, quam in alia cuıtione quacunque. Coxae elatiores sint, pectore et ıpite. Si in lecto collocatur, crura, quae supra sponam inferiorem propendent, fulcris alliganda sunt, maus vero ab vtrinque adstantibus ministris firmandae. Neque haec res varietatem aliquam habet, si aeger in nensa collocatus fuit, praeter hanc, quod genua, vintura quadam, ad fulcimenta mensae, adstringi debent.

§. 1392.

Veniam ad ipsam curationem, quae hoc modo ordinatur. Chirurgus a dextris aegri stat, et, dum alter ex ministris, qui prope stant, manu proxime sub vmbilico imposita, cutem sursum tendit, cutem imi abdominis, tam longa plaga recta, incidit, vt ad radicem colis pertinens, quatuor latos digitos impleat. Vtitur Chirurgus vulgari scalpello, eumque indice sinistrae manus sequitur. Deinde, eodem scalpello, linea alba, aliquantum breuiore plaga, incidenda est, ne perito-

naeum aperiatur, donec vesica sese ostendat. Quae indice laeuae manus, in angulo plagae superiore, posito, alio falcato et rigido scalpello, pubem versus aperienda est. Statim ac tantum patefactum est, vt digitus immitti possit, index eiusdem manus in vesicam coniicitur, quam, ipso quasi in vncum flexo, suspendi oportet, vt ad duorum digitorum latitudinem, commode aperiri possit. Superior angulus huius plagae digitum circiter, infra vrachi exortum, esse debet, inferior alte post ossa pubis descendere. Patefacta vesica, vel digiti, vel forceps, aut etiam vncus, immittitur, et calculus promitur.

§. 1393.

Commodissimum est, statim ac aeger calculo liberatus fuit, vulnus sic obligare. Linteolum molle ac purum iniicitur, quodque multo latius plaga sit. Super hoc tantum lintei carpti ponitur, vt totam plagam impleat. Idque spleniis aliquot, sensim maioribus, contegi oportet, abdomini vero mantile circumdari, quod fascia, aliquoties circumducta, firmandum est. Cum sic vulneri prospectum est, aeger in alium lectum collocatur, qui sic paratus sit, vt alibi dixi (1373). Vrina vero, quae profluit, quoniam lintea iniecta humectat, saepius noua imponenda sunt. Ac, interpositis aliquot diebus, ellychnia et plumaceoli quoque superhaberi debent, qui filo firmati sint, et vnguentum exceperint, quod pus mouet. Vulnus, quo vesica patet, multo citius glutinatur, si post certum tempus, fistula breuior, per vrinae iter, in vesicam coniicitur, vt ibi maneat.

§. 1394.

Omnes fere Chirurgi hanc a FRANCONE repertam, et a DOUGLASSO instauratam, curationem, iam inde a sedecim pene annis, neglexerunt. Fuit tamen, ante tres

es annos circiter, a LE CAT quasi restituta. Qui iam multa, praecipue in ferramentis, mutauit. Eaue haec sunt. 1) Scalpellus fortis rigidus, illi simi-, quem HEISTERVS * habet, praeter hoc, quod in orso obtusam eminentiam habet. 2) Ferramentum, ico non absimile, ex chalybe totum paratum *uspenseur*), 3) duo alia, vncis similia (*Dilatato suspenurs*) quorum dorsum, proxime ab incurua parte, quae ta, paullulum excauata est. 4) Cochlear ex chalybe ctum, quod in altera extrema parte potest vncum ferre.

* *In Instit. Chir. Tab. XXX. Fig. 8.*

§. 1395.

Sequitur ipsa curatio, quam LE CAT hoc modo rdinat: Aeger in lecto collocatur, plane, vt supra 1391) dictum est, praeter hoc, quod caput, subecto puluinari, tantillum excitatur. Neque cutis imi bdominis alia ratione a Chirurgo inciditur, qui ad egri dextram est. Vbi via ad vesicam satis patet, calpellus inuerti debet, et post ossa pubis, in vesicam digi. Quae, cum vmbilicum versus aperiatur, periculosus alias collapsus huius visceris auertitur, qui debet in vulgari curatione contingere, profluente lotione, quae iniecta fuit. Cum vesica satis patefacta est, calpellus protinus sic conuertitur, vt, quae pars in dorso eminet, vesicam sustineat. Tumque scalpello sinistrae tradito, dextra vncus suspensorii, a latere scalpelli, in vesicam demittitur, quae, illo recepto, suspensa tenenda est, et ad plagam externam apprimenda. Sub hoc ferramento reliqua duo, vnum post alterum, in vesicam, coniiciuntur, sic, vt vulnus, vesica vtrinque, ad extremam plagam adducta, amplietur. Horum ferramentorum sinistrum, ab adstante ministro, tenendum est, vt Chirurgus dextra possit, vel cochlea-

re, vel forcipe, aut digitis quoque ipsis, in vesicam coniectis, calculum, inter haec ferramenta, protrahere. Quod hanc vim habet, vt vesica, ab asperiore nonnunquam calculo, laedi non possit.

§. 1396.

In quo aegro LE CAT prima huius curationis experimenta fecit, eum, cum ante curationem, aduersa admodum valetudine conflictaretur, febris prehendit, in qua LE CAT, propter frigus, non audebat venam saepius secare. Quare balneum aliquoties adhibuit, vt aqua per vulnus in vesicam intraret, et plagam elueret. Iussit quoque aegrum in ventrem decumbere, quibus effectum est, vt, lotio naturale iter ingrediente, plaga citius coiret.

§. 1397.

Ab aliquo tempore disputatum fuit, quae, ex his omnibus, optima calculosorum curatio sit; Videtur etiam eorum, a quibus ipsae repertae sunt, is animus fuisse, vt excogitarent aliquam, quae caeteris praestaret. Quod potissimum CHESELDENI exemplo clarum est, qui, cum plurimos eorum restitueret, quibus, vesica super pube incisa, calculum exemit, tamen, noua curandi ratione inuenta, illam neglexit. Et hanc, de aliqua optima calculosis medendi ratione, opinionem existimo plures ad mortem deduxisse. Nempe nulla est ex iis curationibus, quas supra proposui, quae non aliquando debeat reliquis praeferri. Quo tamen negare nolo, *Cheseldenianam*, aut, quae lateralis in vniuersum appellatur, plerisque calculosis conuenire. Saepius tamen praestat, eam, in qua vesica, in imo abdomine, aperitur, caeteris anteferri. Quod eorum potissimum exemplo potest clarum reddi, qui eximiae magnitudinis calculo laborant, vel, quibus tam spatiosa vesica est, vt, pauxillo vrinae retento, ossa

ſa pubis ſupereminеat. De caeteris ſupra quaedam opoſita ſunt (1362).

§. 1398.

Saepius fit, vt calculus, ſi vrina magnis nixibus dditur, in iter vrinae prolabatur, in quo inhaereſcit. qua re plures varietates ſunt. Si aeger recens calılosus eſt, et calculus paruus, in omni parte itineris inae haerere poteſt, ſaepius tamen non longe ab itu, vbi amplior fiſtula vrinalis eſt, foſſam nauiculam nominant, vel in membranea etiam itineris vrinae ırte, cui extus perinaeum reſpondet. Quibus olim ılculus, per *Marianam* praecipue curationem, exemıs fuit, cum ceruix veſicae et illa membranea itineris ·inae pars vehementer diſtenta ſit, parui calculi, qui erum naſcuntur, vrina poſtea promouente, ſolent in is potiſſimum partibus inhaereſcere. Quod etiam in ɔ caſu fit, in quo exiguus calculus, vel arenoſi ac ıollis quaedam reliquiae, intus manſerunt. Sunt etm calculi, qui, cum nimis magni ſint, prolabi in iter rinae non poſſunt, qua parte tamen, ad modum coni, ıgufti ſunt, ceruicem veſicae ſubeunt. Hi calculi eberent omne iter vrinae intercludere, niſi vtpluriıum aliquo canali pertuſi eſſent, aut a latere quaſi ıciſi, vt lotio aliqua via pateret.

§. 1399.

Haec omnia curationem permultum variant. Parus calculus, in quacunque parte itineris vrinae haeeat, non protinus ferro res agenda eſt, ſed colis lacte alido diligenter fouendus, in quo mollientes herbae, adices ac ſemina, decocta ſint. Poſſunt quoque panni, x eiuſmodi lacte expreſſi, coli ac pubi ſuperhaberi, t, ſi calculus, non longe a ceruice veſicae, haeret, pongia ſubiici, quae ſimilem decoctionem exceperit. uuat etiam balneum, ſiue ex aqua fluuiatili, ſiue ex ea,

ea, cui mollientes herbae incoctae sint. Lotiones, quae in aluum immittuntur, non raro calculum promouent, idque etiam olea tepida praestant, si ex mollientium genere sunt, et in iter vrinae immittuntur*.

* Commodum erit, hoc loco, aliqua de iis curationibus subiicere, quae inde ab antiquissimis temporibus, calculo in itinere vrinae inhaerescenti, adhibitae fuerunt. CELSVS duas curandi rationes proposuit, alteram, vt, calculus specillo oriculario euellatur, alteram, vt cole, a latere inciso, eximatur. Desiderat autem, vt, antequam plaga fiat, cutis extrema attrahatur, quo, vbi calculus protractus fuerit, integra pars cutis plagam contegat. *Lib. VII. Cap. XXVI.* Sequuti sunt CELSVM PAVLVS *Lib. VI. Cap. LX.* ALBVCASIS *Lib. II. Cap. LX.* GVIDO DE CAVLIACO *loc. cit.* FRANCO *l. c. p.* 116. GOVRMELENVS *l. c. p.* 183. PAREVS *Lib. XVI. Cap. LX.* DE LEAVSON *l. c. Cap. VII.* HILDANVS *l. c. Cap. XXVI.* GROENEVELTVS *l. c. p.* 57. TOLETVS *l. c. p.* 99. *seqq.* DIONIS *l. c. p.* 234. SHARPIVS *l. c. Cap. XXII.* LE DRAN *Operat. p.* 351. *seqq.* ac recentiores pene omnes. Plures tamen ex his specilli oricularii vel vncinuli vsum non commendarunt, nisi, vbi calculus non longe ab exitu, inhaerescit. Si id fieri non potuerit exitum fistulae siue forfice, siue scalpello diduci debere, et calculum promi. Vid. imprimis TVLPIVS *Lib. III. Obs. Cap. VIII.* Figuras variorum specillorum vel vncinulorum dederunt PAREVS *l. c.* HILDANVS *l. c.* MARINI *l. c. Fig. I.* Sunt etiam varietates quaedam in ea curatione, quae cum sectione fit. Maxima ea est, quam THIBALTVS fecit. Is enim iter vrinae a cole separat, quo loco calculus intus haeret, vt ea parte aperiri fistula possit, qua coli subiicitur. Vid. GARENGEOT. *Operat. Tom. II. p.* 289. Neque non in vulneris curatione variant. Cum enim plerique, calculo exemto, nihil in fistulam demittant, alii specillum, ex plumbo aliaue materia paratum, iniiciunt. Sunt et aliae curationes ab auctoribus propositae. ALBVCASIS *l. c.* terebram proponit, qua in fistulam demissa, calculus perforari ac frangi debeat. Ad hanc terebram tuto demittendam fistulam reperit FRANCO *l. c. p.* 114. vid. etiam PAREVS *l. c. Cap. XXXIX.* et HILDANVS *l. c.* quae curandi ratio hodie nemini probatur. PAREVS *l. c.* experiri ante medicamenta et manum iubet, scilicet, vt oleo amygdalarum dulcium e. g. infuso, calculus digitis ad exitum propellatur, idque a recentioribus quoque multis propositum est. Quia vero calculus, nisi grauiter laesa fistula, expelli hac ratione saepe non potest, plures Medici non sine caussa existimarunt, modo dilatetur fistula, eam curationem succedere debere. Operosius hoc Aegyptii recentiores et Arabes fecerunt, de qua

qua re expositum est apud ALPINVM *in Lib. de Medic. Aegypt. Lib. III. Cap. XIIII.* qui refert, voluisse ipsos ex vesica etiam, flatu immisso, calculos protrahere. Qui hoc ex nostris Medicis et Chirurgis imitati sunt, inter quos est HILDANVS *l. c. p.* 187. VAN HORNE *Microtechn. p.* 457. PVRMANNVS *in Chirurg. Part. II. Cap.* 14. calculo siue ligatura siue compressione firmato, ne recedere posset, per fistulam aliquam, flatum lente in iter vrinae immiserunt, idque, ne exire aer posset, caute constrinxerunt. Cum satis dilatatum erat, calculum sensim versus exitum propellebant. Commodum esse videtur, antequam infletur fistula, oleum tepidum immittere. Vbi prope exitum inhaerescit, FRANCONI aliisque visum est, posse sugendo extrahi, quod tamen reiectum fuit ab HILDANO *l. c.* SOLINGENIVS, vt dilataret fistulam, turundas, ex charta pergamena confectas, adhibuit sensim maiores, ne nimius dolor moueretur *l. c.*

† Noui equidem foeminam quandam, quae filio suo quinquenni hoc genus auxilii, quod sugendo fit, non haesitanter adhibuit, atque, cum ego mirarer, alio tempore iterum si opus quidem fuerit, se adhibituram esse pleno cum risu significauit.

§. 1400.

Alia medendi ratio est, si calculus, non longe ab exitu, inhaerescit. Sunt, qui exiguam forcipem immittunt, et calculum extrahere tentant, quod magnos dolores mouere debet. Quare praestat, antequam forceps in iter vrinae compellatur, oleum tepidum immittere, et, dum extrahitur, colem post calculum constringere, ne recedere possit; Aliquando et illos sequi licet, qui flatu immisso ampliare iter vrinae iubent, et tunc extrahere. Quae si nihil proficiunt, optimum est, ostium fistulae vrinalis sectione tantillum diducere, et calculum, specillo aliquo demisso, eiicere.

§. 1401.

Qui calculi in his partibus subsistunt, quia, cum vrina, recens ad has partes promoti sunt, iter vrinae vtplurimum parum laedunt. Contra cum iis est, qui inter bulbum ac ceruicem vesicae haerent. Saepius enim

enim incidere ſolet, vt arenulae, quae cum vrina promouentur, ſiue nimis anguſtus ille locus ſit, ſiue nimis amplus, qualis in iis eſt, quibus olim calculus, per iter vrinae, exſectus fuit, in membranea eius parte haereant. Nihil attinet dicere, debere eas quotidie noua incrementa capere, quod efficit, vt, dum iter vrinae dilatatur, perinaeum intumeſcat; Calculus vero, qui ſibi hoc modo viam parat, vlcus ſimul facit, quod ſe vtplurimum in plures ſinus diducit, et in fiſtulam degenerat.

§. 1402.

Contra hunc morbum, a ſolo ferro, praeſidium petendum eſt. Eſt autem eadem curatio neceſſaria, ac, quae *Celſica* nominata fuit. Tamen non oportet digitos in anum demittere, et antrorſum ad calculum dare. Prima plaga, quae longior eſſe debet, cutis tantum inciditur, altera ipſum iter vrinae. In eaque cauendum eſt, ne, inciſo, ſuper aliqua eminentia, itinere, qua cauum ſubeſt, relinquatur, quod, dum calculus promitur, vi adhibita, rumpi neceſſe ſit. Quare praeſtat, itinere vrinae aliquantum patefacto, ſpecillum immittere, et ſuper hoc tantum aperire, vt calculus poſſit, leui preſſione, eximi. Interdum etiam ſponte excidit. Vbi calculus protractus fuit, praecipue fiſtulae ratio habenda eſt. Ad eamque curandam neceſſe eſt, quidquid induruit, per ea, quae pus mouent, tollere, de qua re alibi dictum eſt.

§. 1403.

Neque alia ratione curandi illi calculi ſunt, qui, cum parui erant, magnam partem in ceruicem veſicae prolapſi ſunt, et in hac, a continuo profluente vrina, multum increuerunt. Oportet tamen totam ceruicem, ac veſicam ipſam a latere aperire, quo promi talis calculus, ſine grauiore veſicae laeſione, poſſit. Poſſent tales

es calculi incuneati appellari, magis tamen illi, qui -uici ad coni modum inhaerent; Atque hi alia quoe ratione curantur. Si recens malum est, tentare et, an calculus, per fistulam demissam, repelli queat. epius vero non potest. Tumque a *Franconiana* ratione praesidium petendum est. Vbi euulsus fuit, am ceruicem vesicae negligere haud licet. Quae m a calculo induruerit, adhibenda sunt, quae mollit, ac pus mouent.

§. 1404.

Superest, vt de ea curatione dicam, quae calculo hiberi debet, qui, cum breui ante, ad medium vrinae er descenderit, iis, quae supra (1398) proposita nt, eiici non potuit. Medium vrinae iter appello, uod extus a bulbo, vsque ad frenulum pertinet. nte omnia cutis colis, quantum maxime potest, athitur, atque condita glande, lino vincitur, vel, si oc non licet, glande nudata, fasciola post calculum iicitur, quae cutem retractam firmet. Tum colis iistrae manus digitis continetur, sic, vt citra calcum pollex, vltra index sic, et cute ad latus ducta, iter inae, qua parte coli subiectum est, a latere, recta aga, super calculo, inciditur. Isque vel sponte exlit, vel paruo aliquo vnco eximitur. Vbi exemtus :, integra pars cutis remittitur, quae, quia plagam ntegit, glutinationem vulneris multum accelerat. bligandum vero est plumaceolo, ac fascia, quae com in orbem ambit. Tumque raro opus est fistulam, : plumbo paratam, in vrinae iter coniicere, ne lotium er vulnus profluat.

† Calculi vrinae non modo in naturalibus illis vrinae itineribus, sed aliquando etiam extra vias eas formantur, reperiunturque. Qua de re in *Monum. Ac. R. Chir.* Vol. III. pag. 332. seqq. LOVISIVS lectu digna scripsit.

§. 1405.

§. 1405.

Feminis etiam, ſed rarius, calculus cum in renibus, tum in veſica concreſcit. Nam renum fiſtulae, per quas vrina deſtillat, ampliores, quam in viris ſunt. Neque feminarum corpora tanto vtplurimum motu exercentur, vt magna vis terrearum particularum, a corpore detrita, ad renes cum ſanguine promoueri poſſit. Raro quoque euenit, vt calculus, qui ex renibus in veſicam deſcendit, ad inſignem aliquam magnitudinem perueniat, quod videtur ab itineris vrinae amplitudine ac breuitate prouenire. Efficiunt enim, vt parui calculi facile cum vrina promoueantur.

§. 1406.

Quae efficiunt, vt calculus raro ad aliquam magnitudinem in feminis excreſcat, per ea etiam fit, vt saepius ſine ſectione promi poſſit. Olim multi fuerunt, quibus haec curandi ratio placebat *, videtur tamen praecipue a LE DRAN ita propoſita eſſe, vt calculus, cum maiori ſecuritate, protrahi poſſet. Curatio autem haec eſt. Femina reſupina ſuper menſam, aut lectum collocanda eſt, diductiſque cruribus, et calcibus ad nates datis, a duobus miniſtris continenda. Medicus deinde, partibus naturalibus diductis, oſtium itineris vrinae quaerit, per quod fiſtula, quali in feminis vrinam emolimur, et quam ſulcatam eſſe oportet, in veſicam coniicienda eſt. Super hac fiſtula ductor canaliculatus (*Gorgeret*) in veſicam compellitur, quo iam incipit iter vrinae dilatari **. Tum fiſtula recepta, forceps immitti debet, quali ad calculum, in tenellis pueris, protrahendum, vtimur. Haec duo ferramenta paullulum diduci oportet, vt iter vrinae amplietur. Haec ſufficere poſſunt, ſi calculus paruus eſt. Si maior, quam vt ſine metu ruptionis ceruicis veſicae educi poſſit, prima forcipe recepta, neceſſe eſt, aliam

um maiorem iniicere, imo, ſi iter vrinae parum ce-, plures ſenſim maiores, donec et via ſatis aperta, forceps in veſica ſit, qua calculus commode promi ſſit. Si plures calculi ſunt, ſinguli eodem modo otrahendi ſunt.

Placet hic aliqua de variis calculi curationibus ſubiicere, quae feminis adhibentur. CELSVS voluit, ſi calculus in itinere vrinae inhaereat, vnco educendum, ſi maior, ad ſcalpellum deueniendum eſſe ſic, vt veſica alio loco aperiatur, ſi aegra virgo ſit, alia, ſi mulier. Mulieri enim, digitis per naturalia ſubiectis, inter vrinae iter et os pubis, ſuper calculo, incidendum eſſe, virgini ſub ima ſiniſteriore ora, digitis, tamquam maſculo, in anum demiſſis. Vtroque tamen loco plagam faciendam eſſe, quae transuerſa ſit. *In Lib. VII. Cap. XXVI.* Sequitur CELSVM ALBVCASIS in hoc, quod digitos demittendi rationem attinet. Quod vero locum attinet, de virgine non dicit, vbi incidendum ſit, contra in muliere iubet calculum, ad radicem coxae, deducere, ac ſuper eo incidere. Addit etiam animaduerſiones quaſdam de ſanguinis profuſione, quam in tam profundo vulnere magnam eſſe oportet. *In Lib. II. Cap. LXI.* Vix tribus verbis hanc curationem attingit GVIDO DE CAVLIACO *loc. cit.* PETRVS FRANCO eandem proponit ſic, vt digitorum quidem, prout mulier vel virgo eſt, modo per anum, modo per naturalia ſubiiciendorum, aliquam varietatem eſſe ponat, nullam vero loci, qui extus incidi debet *loc. cit. Cap. XXXIV.* Ad haec monet, cauendum eſſe, ne vteri vagina incidatur; Hanc curationem recentiores Chirurgi ſolis virginibus adhibendam eſſe dixerunt, nominaruntque cum paruo apparatu. Videtur eam SHARPIVS commendare, ſi calculus inſignis magnitudinis ſit, *l. c. Cap. XXIII.* Aliam curationem mulieribus conuenire dicunt, quam cum magno apparatu vocant. Fit autem, ſi calculus paruus eſt, ſine ſcalpello, ſi magnus, iter vrinae ſectione ampliandum eſt. Oportet illam curandi rationem iam FRANCONIS aetate cognitam fuiſſe, qui eam reiicit *l. c.* Neque vero fuit ab omnibus eodem modo adhibita. HILDANVS iubet primo ſpecillum parum incuruum, et ſulco inſtructum, in iter vrinae coniicere, ſuper hoc autem ductorem, eoque medio forcipem. Vult tamen, vt calculus eo certius prehendi poſſit, duos ſiniſtrae manus digitos in vaginam demitti debere, et ad veſicam dari. *In Lib. de Lithot. Veſ. Cap. XXII.* Ab eaque curatione parum ea differt, quam TOLETVS deſcripſit, et cum paruo apparatu nominauit, quem ſcilicet putauit inde nomen habere, quod digiti veſicae ſubiiciuntur, et calculus vnco educitur *loc. cit.*

Cap. XVII. *Vid. etiam* MARINI *loc. cit. Cap. XII. p.* 205. Curatio vero cum magno apparatu TOLETO haec eſt. Super ſpecillo ductores demittuntur, et inter hos, vbi diducti fuerunt, et iter vrinae ampliatum, forceps in veſicam conijcitur, qua calculus, vt in maribus, promitur. Hanc curationem propoſitam inuenio a THEVENINO *l. c. Cap. XLIX.* GROENEVELTO *l. c. p.* 53. *ſeq.* DE LAVNAY *l. c. Cap. X. p.* 128. *ſeq.* SAVIARD *Obſ. de Chir. LXXII.* DIONIS *l. c p.* 236. ALGHISI *l. c. Cap. XXIII. p.* 89. *ſeq.* GARENGEOT *Tr. des Operat. Tom. II. p.* 83. Plerique ex his auctoribus ſuadent, ſi calculus maior ſit, quam vt videatur, ſine ruptione ceruicis, euelli poſſe, vel ipſum in veſica frangere vel iter vrinae tantillum incidere. Hanc plagam iam olim PAREVS faciendam eſſe duxit, ſi ipſum recte capio *l. c. Lib. XVI. Cap. XLVII.* nam obſcura praecipue ea ſunt, quae de COLOTIS habet. Neque clariora ſunt, quae apud DI LEAVSON de calculo feminarum inuenio *loc. cit. Part. II Cap. XII.* Alia curatio eſt, quae feminis adhibetur, et quae deberet lateralis nominari. Eam propoſitam eſſe inuenio a MARIANO, etſi ipſe non videtur exercuiſſe *loc. cit. Cap. XXII.* Eadem forte fuerit, quam tribus tantum verbis propoſuit GOVRMELENVS *l. c. p.* 182. *ſeq.* Vere eam exercuit FRATER IACOBVS, quod per plura a MERYO et NOELLO propoſita exempla clarum eſt. Vid. MERY *l.* et poſt hunc RAVIVS, qui tamen virginibus tantum conuenire exiſtimauit. Vid. HERTIVS *l. c. p.* 50 MERYVS autem, hac curatione reiecta, aliam excogitauit, quae ſ ordinatur. Specillum ſulcatum in veſicam compellitur, ſe aliquanto magis incuruum, quam quo vulgo vtuntur. Hc ceruix veſicae in vaginam deprimitur, vt ſimul cum h incidi poſſit, *loc. cit. Cap. IV. p.* 30 Huius curationis vtilitatem probare videntur earum mulierum exempla, quibu calculus in fiſtulam delapſus, vagina intus inciſa, extract fuit ſic, vt etiam lotium continere poſſent. Denique hoc addendum eſt, HILDANVM aliquando mulierem, qu calculo laborabat, veſica in imo abdomine aperta curaſſ *Vid. Obſ. Chir. Cent. I. Obſ. LXVIII.* Eademque curati ſi calculus magnus ſit, a IOANNE DOUGLASSO proponitu *loc. cit. Sect. X.* Neque dubitare licet, debere tutiu quam in maribus, adhiberi poſſe, quoniam veſica femin rum et ſpatioſior eſt, et altius poſita.

** Videtur nullam controuerſiam recipere debere, ſatius eſt vt calculus promi poſſit, iter vrinae ampliare, quam ſect one aperire. Nemo enim ignorat, quam facile part noſtri corporis, vbi vehementer extentae fuerunt, ſeſe r ſtituant. Neque fieri poteſt, vt itinere vrinae patefact calculus, qui non admodum paruus eſt, euellatur, qu iter vrinae etiam dilatetur. Habentur quoque multa exer

P

pla calculorum, qui, cum tam magni essent, vt itinere vrinae, etiam per sectionem, ampliato, non viderentur, nisi rupta ceruice, educi potuisse, tamen vel sponte sibi viam fecerunt, vel, sensim ampliata vrinae via, producti fuerunt sic, vt vrina pro voluntate reddi ac contineri posset. Vid: Cl. HEISTERVS *loc. cit. pag.* 1029. *seqq.* Est tamen magna cura adhibenda, vt iter vrinae lente amplietur. IOANNES DOUGLASSVS vult, si calculus paruus sit, turundas, quae ex spongia praeparata, vel ex radice gentianae factae sint, in vrinae iter demittendas esse sic, vt sensim maiores immittantur, donec tantum haec via pateat, vt forceps per eam immitti queat, et calculus protrahi. Crediderim in ea curatione, quae a LE DRAN proposita fuit, satius futurum esse, vt sensim maiores forcipes, sic ductores quoque maiores immittere, atque ab illo incipere, quem LE DRAN reperit, ad paruum illum scalpellum, ad prostatam, demittendum, quo in ea calculosorum curatione vtitur, quam supra exposui (1385).

† Ad ampliandam vrethram feminae calculo affectae BROMFIELDIVS aliquando feliciter vsus est processu vermiformi intestini coeci animalis parui. Eum per vrethram in vesicam ita dedit, vt caput coecum in vesica esset, patens vero pars foras spectaret. Tum per siphonem paruum iniecit aquae tantum, quantum intestinulum caperet, filoque constrinxit clausitque hanc partem. Et hanc ipsam postea semel vel bis torsit, vt aqua ex ea premeretur in partem, quae in vesica erat, atque adeo ea ampliaretur; itaque nunc exteriorem partem paulo magis foras retraxit. Idem facere deinde iussit adstantem foeminam. Ita paulatim ampliata vrethra calculum reddidit sponte. Vid. l. c.

§. 1407.

Calculo euulso, nisi aegra aliquo morbo tenetur, nil attinet, eam multis medicamentis vexare; tamen quietam eam esse, et genua inter se colligata habere, ...enum non est, vt spatium detur itineri vrinae, quo ...ssit iterum ad priorem angustiam redire. Quod si ...tus est, vt id satis cito fiat, sequi LE DRAN consi...m oportet, et vaginam intus multa aqua calida foue..., cui aliquot herbae et radices ex adstringentibus in...ctae sunt. Videtur etiam commodum esse, spon...m per naturalia subiicere, quae ex eiusmodi lotione, et aceti paullulum accedere potest, expressa sit.

§. 1408.

Cum vero eo peruentum eſt, vt res ſcalpello agenda ſit, haec curatio neceſſaria eſt. Feminae non alio modo, quam quo mares in calculi curatione figurantur, ſuper menſam collocandae ſunt. Neque ſupervacuum eſt, manus et crura aegrae inter ſe deligare, et a lateribus duos valentes obiicere, qui ipſam contineant. Tumque ductor (*Gorgeret*) in viam vrinae coniiciendus eſt, qui ante, quam in lingulam terminatur, quaſi ſpecillum affixum habet, quod longitudine latum pollicem aequat, et ſulco, profunde exſciſſo, inſtructum eſt. Ab initio ductor, non vltra hoc ſpecillum, in vrinae iter demittitur. Eoque ita conuerſo vt ſulcus femen ſiniſtrum reſpiciat, ſcalpellus eodem modo, quo id dictum eſt, a LE DRAN fieri (1385) impellendus eſt, et vrinae iter, plaga a latere facta patefaciendum. Cum via patefacta eſt, et ſcalpellus receptus, digitus dextrae manus index ſulco ductori imponitur, quo iter vrinae lente aperiatur. Tumqu via ſic patet, vt cum forceps apta facile immitti poſſit tum calculus educi.

* Fuit haec curandi ratio a Cl. LE CAT reperta, qui me ean per literas docuit, ac ſimul ferramenta miſit, quibus per ficitur. Scalpellus in multis illi ſimilis eſt, quem cyſtito mum vocat, et in ea curatione adhibet, in qua in maribu ceruicem veſicae aperit. *Vid. Obſeruat. noſtrae de Calcu Cur. Tab. II. Fig. I.* et DIONIS *l. c. Tab. II. K.* Differ tamen in his. Totus ſcalpellus rectus eſt, et aciem habe quae, longitudine duos circiter latos digitos aequat, vl latiſſima eſt, 8 vel 9. lineas implet. Apex acutiſſimus e et a latere ſulcus in longum ductus, qui quam vtilitate habere debeat, non indicauit.

† De ferramentis ad ſectionem feminarum calculoſarui idoneis vid. ERNESTI PLATNERI, IOH. ZACH. Filii, Prol ſio Lipſiae 1770.

§. 1409.

Non multum diſſimilis eſt ea curatio, quam L DRAN feminis adhibet, ſi calculus maior eſt, quam v

poſſit

offit, per ampliatam vrinae viam, educi. Cum enim
)ecillum fulcatum in veficam coniectum eft, et fulcus
l coxam finiftram conuerfus, paruus ille fcalpellus,
ui fupra (1385) defcriptus eft, fuper fulco demitti-
ır fic, vt iter vrinae, vfque ad ceruicem veficae, in-
datur. In qua plaga tamen facienda monet, digitum
:r naturalia fubiiciendum effe, ne vagina laedatur.
edicus deinde, vbi fcalpellus receptus eft, ductorem,
fuper boc digitum, forcipemque demittit, et cal-
ılum promit.

* LE DRAN, quo loco hanc curationem exponit, peculiarem quoque plagae factae medendi modum proponit. Ait enim cellulofum habitum, qui veficam ambit, facile inflammationem concipere. Fiftulam igitur pleniorem demittendam effe, donec inflammatio ad fuppurationem fpectet. Tum enim turundam imponi debere, et cum hac vnguentum, quod pus mouendi virtutem habeat. Turundae quoque tenuiorem fiftulam immitti poffe, ne vrinae fluxum fupprimat. ' *Vid.* LE DRAN *Tr. des Operat. p.* 335. Subiecta ibi obferuatio eft, quae LE DRAN mouit, vt hanc medendi rationem excogitaret. Ipfam enim tentaffe non videtur.

† Vrinae iter plerumque non totum, fed duas tertias eius tantum incidendas effe et alii et BROMFIELD l. c. docent; nam poft facile ita reliquam poffe partem ampliari, vt calculus, maior quoque, egredi poffit.

§. 1410.

Ante dictum eft, aliquos voluiffe, fi magnus calcu-
s fit, veficam, fuper offe pubis, aperiendam effe.
e qua curatione, in feminis quoque fimili, proprie
ıc vnum videtur dicendum effe, vbi lotio idonea in
ficam immiffa fuit, ac fiftula recepta, aliquem ex
iniftris duos digitos per naturalia fubiicere debere,
ibus itinere vrinae compreffo, lotioni exitum prae-
ıdat. Poffet etiam peffus fupponi, ex fubere para-
s, et cera obductus. Haec tamen efficiunt, vt in
, quae virum nondum paffae funt, hanc curationem
hibere non liceat. In his ergo videtur vtile futu-
m effe, fiftulam, quae illi quam LE CAT reperit,

ſimilis ſit *, per iter vrinae, in veſicam coniicere, et incuruam partem, in qua ſulcus in longum ductus eſt, intus aduerſae veſicae parti apprimere, quae hoc modo, etiam vacuata vrina, tuto incidi poſſet.

* Vid. in *Medic. Eſſays Vol. V. Tab. VI. Fig.* 4.

† Feminae quae ter pepererat, ex veſica per vaginam inciſa eductus eſt calculus quatuor fere vnciarum pondo. Vulnus ſic ſatis facile ſanatum. Vid. *Nou. Act. Acad. N. Cur.* Vol. I. pag. 18. ſeqq.

DE PARTV SECVNDVM NATVRAM
ET DE EMBRYVLCIA.

§. 1411.

A Chirurgo ſaepe auxilium requirunt parturientes, quibus, ſi opem ferre vult, neceſſe eſt, vt habeat notitiam muliebrium, vteri, qualis eſt in omnibus feminis, maxime autem in grauidis, parturientibus, puerperis. Noſſe debet huius ligamenta, eius os, quod internum, vel os tincae, vocant, et huius, quae in vterum gerentibus parturientibuſque vario tempore incidunt, mutationes conuerſioneſque. Oſſa etiam, ex quibus peluis componitur, et quae a virorum oſſibus differunt, conſideranda ſunt, et noſcenda etiam, quae ad foetum pertinent, ſecundae, vmbilicus, et, quas hic habet, arterias, venamque, placenta, velamenta, et humor, qui his continetur. Omnium harum, aliarumque, rerum notitia ſe inſtruere poteſt, cui frequens occaſio eſt grauidarum parturientiumque et puerperarum corpora poſt obitum incidendi.

† Ars obſtetricia poſt tempora PLATNERI noſtri tanta incrementa cepit, quanta maxima. Quae cum compendio comprehendi nequeant, nihil capiti huic addo aliud, quam librorum de ea ſcriptorum et memoria noſtra editorum, non omnium quidem, ſed praecipuorum, enumerationem ſuccinctam. Laude digniores ſunt:

1) IOH. GEORG. ROEDERERI Elementa Artis obſtetriciae. Edit. III. cura WRISBERGII. Goettingae 1766. in 8uo.

2) IOSEPH.

2) IOSEPH. IACOB. PLENCK Anfangsgründe der Geburtshülfe. Wien 1768. cum Fig. Latine versa et aucta ab auctore sup. anno.

3) WILLIAM SMELLIE, a Treatise on the Theorie and Practice of Widwifery, T. I. II. III. in 8uo.

a) Idem Liber gallice versus a PREVILLE et inscriptus: Traité de la Theorie et Practique des accouchemens, à Paris. Par PREVILLE. T. I. 1754. T. II. 1756. T. III. 1763.

b) Idem Liber teutonice versus a KOENIGSDOERFERO prodiit Altenburgi 1755.

4) L'Art des Accouchemens, demontré par des Principes de Physique et de Mecanique. Par ANDRE LEVRET, à Paris 1761. in 8uo. cum Fig.

Idem Liber teutonice versus.

5) Traité des Accouchemens en Faveur des Eleves. Par DELEURYE F. A. à Paris 1770 in 8uo.

Idem Liber teutonice versus et inscriptus: Herrn DELEURYE Abhandlung über die Geburten etc. übersetzt von IOH. GOTTFRIED FLEMMING, Breslau 1778. Reliquis praeferri inre potest meritoque.

6) GEORGE WILHELM STEIN Theoretische Anleitung zur Geburtshülfe. Cassel 1770. in 8uo.

7) Eiusdem STEINII Anleitung zur Geburtshülfe, Cassel 1772, in 8uo. cum Fig.

8) L'Art des Accouchemens par M. BAUDELOCQUE, à Paris 1781. in 8uo. cum Fig. Tom. I. II.

Idem laude dignissimus liber in vernaculam nostram versus et inscriptus: BAUDELOQUES *Anleitung zur Entbindungskunst, mit vielen verbesserten Kupfern, und mit Anmerkungen versehen, und herausgegeben von* PHILIPP FRIEDERICH MECKEL. Lipsiae 1782.

9) IOH. STEIDELE *Abhandlung von dem unvermeidlichen Gebrauche der Instrumente in der Geburtshülfe*, Wien 1774. 8uo. cum Fig.

Liber is mole paruus, at grauis materie et Chirurgis, medicinam obstetriciam facientibus vtilis est admodum.

10) Non chirurgis quidem sed mulieribus obstetricibus tamen dicatus, minimeque improbandus est, quem IOH. GOTTFR. FLEMMING, Lipsiae 1778. edidit et inscripsit: *Unterricht für angehende Hebammen.*

§. 1412.

Sed, quamuis haec omnia scientia comprehenderit hirurgus, vix opitulari poterit feminis, nisi vsu etiam xercitus sit. Oportet igitur eum prius adesse partuientibus, quae facili naturalique partu prolem edunt,

et tandem etiam aliis, quibus, ſeu viuus, ſeu mortuus, infans manu atque ferramentis excutiendus eſt.

§. 1413.

Grauiditatis plures notae ſunt, quas omnes conferri oportet, cum ſingulae fallaces ſint, et decipere poſſint. Nam et in his fere nihil perpetuum eſt. Femina itaque partum aluo continet, cui catamenia non reſpondent, mammae turgent, et glandulae in areolis mammarum, quas ſebaceas vocant, magis inflantur, cui ſolitus cibus faſtidium creat, vomitumque movet, quae inſueta appetit, atque in ea inſuperabili deſiderio, quod picam appellant, fertur. Grauidae etiam frequentius dentium dolore fatigantur. Tertio circiter menſe inflatur venter, qui, durior, digito magis renititur, prominente aliquantum vmbilico. Hoc vero minus in primiparis, magis in aliis, quae ſaepius pepererunt, deprehenditur. Tandem, quarto, quintoue, circiter menſe, percipitur, tum a matre in ipſo vtero, tum, ſi extrinſecus manus ventri imponitur, motio viui, et quaſi geſticulantis, infantis. Haec foetus agitatio ab aliis motibus diſcernenda eſt, qui a ſpiritu, ad inferiora deuoluto, et inteſtinum inflante, nec non a ſpaſmis, quibus inteſtina interdum quaſi vertuntur, proficiſcuntur.

§. 1414.

Certiorem vero notam habere poteſt obſtetrix, ſi illa digitos, indicem mediumque, oleo illitos, in pudenda mulieris demittit, et os vteri internum attrectatu explorat. Hoc enim, quod vterum non gerentibus pudendis obuerſum, tangenti digito, prominentiori ora vel quaſi corona cinctum conſtrictumque, obuium eſt, intumeſcente vtero, inferiora anumque verſus inclinatur, vt etiam vltimis menſibus, difficilius digito explorari queat. Illud vero iſtis temporibus paulatim am-

mpliatur, prominentior eius ora depreſſior fit, tan-
emque et haec et ille ſinus quaſi complanantur. Cui
bſtetriciam artem exercere animus eſt, eum oportet
aec diſcrimina, quae variis, tum geſtationis, tum par-
us, temporibus in hoc interno vteri ore incidunt, in
luribus feminis, ſtudioſius indagare.

§. 1415.

Grauidis nihil nocentius eſt, quam, ſi vario genere
edicamentorum abutuntur, et in ſecunda valetudine,
duerſae praeſidia conſumunt. Caueant ſibi, ne vehe-
entioribus, corporis, exercitationibus, cuius inſuetae
int, animique repentinis commotionibus, partum
ondum maturum elidant. Hoc etiam fieri poteſt, ſi,
horacibus, aliiſque adſtrictioribus veſtibus, amictae,
entrem comprimunt, vel eum, proiectiorem, altius-
ulis calceamentis vſae, rectorum muſculorum inten-
ione vrgent. Vltimis menſibus plus eſſe conuenit,
nde vero ingens male interpretanibus natus eſt
rror, grauidam ſe nullis obligare debere legibus, ſed
mni ciborum genere, etiam valentiſſimo, vti poſſe.
Ex cibo enim, qui in ſtomacho non concoquitur, cru-
itas, et ex hac plures, et feminae, et partui, pernicio-
iſſimi morbi naſcuntur. Confert, ſaepius cibum, ſed
xiguum aliquid, aſſumere, et dilutius bibere, corpus
ero, citra defatigationem, pro eius natura, et pro ipſa
onſuetudine, diligenter exercere. Quibus ſanguis
bundat, et quibus eum mittendi iam conſuetudo facta
ſt, iis, viceſima circiter hebdomade, et iterum expletis
nenſibus, mox ante partum, aliquid eius detrahi pot-
ſt. Aeſtimandae vero ſunt vires, vt, poſt ſanguinis
letractionem, ſuperſit, quo, in vna muliere, duo cor-
ora ſimul ſuſtineri queant. Optime etiam grauidis
uccurritur, praecipue iis, quae, pleniori cibo vſae, cor-
oris exercitationem negligunt, ſi illis ſaepius, inter-

poſito tamen tempore, aluus ducitur, et noxia materia in inferiora depellitur. Subſtante tamen cruditate, hoc alienum eſt, quae abſtinentia et modico victu tollitur. Intus medicamenta lenia danda ſunt, inter quae, rheum caeteris omnibus praeferendum eſſe, vſus docuit. Nec, vbi aluus non reſpondet, alienae ſunt lotiones, quae in illam immittuntur, modo nec acres ſint, nec nimis calidae. Plures ſe vltimis diebus in calidam demittunt, balneoque vtuntur, vt iis muliebria relaxentur, quae vtilis eſſe poteſt iis, quae adſtricto corpore ſunt, et quibus primus partus inſtat, non aeque aliis, in quibus id magis ſuperuacuum, quam neceſſarium, eſt.

§. 1416.

Sunt, qui negant, infantem in vtero ſecundum naturam certa ratione collocatum eſſe *, id quod primis menſibus a vero propius videtur. Sed tamen, plerumque vltimis menſibus, infans ita compoſitus eſt, vt quaſi erecto corpore ſedeat, et faciem abdominis muſculis grauidae obuerſam habeat **. Vltimis diebus inclinatur caput, ad os vteri deſcendit, idque vrget. Hoc dum incidit, in imo ventre, etiam extrinſecus mutatio percipitur, quippe qui altius deſcendit, et in iis, quae numeroſum partum ediderunt, propendet. Hic infantis poſitus, ſi naturalis non eſt, eſt tamen frequentiſſimus. Explicandae etiam ſunt notae, quae oſtendunt, partum inſtare, de quibus illud, quod de grauiditatis ſignis retulimus, repetendum eſt. Femina, vt modo diximus, plerumque, ventrem deorſum verſum deuolui, ſentit, illi crebra vrinae cupiditas eſt, quae aliquando vix, et non ſine difficultate, redditur. Ex naturalibus fertur humor mucoſus, cui interdum ſanguinolenta admixta ſunt. Tandem in lumbis dolor exoritur, qui per interualla increſcit. Sub finem illi dolores ad femora pedeſque deſcendunt, qui etiam, vbi

bi illi magis intenduntur, contremiſcunt. Differt ritur hic dolor a ventris torminibus, et inteſtini coli iorbo, in quibus dolor vagus eſt, vehemenſque, non er interualla ſe remittit, nec ad inferiora tendit, et, iepe admotis calidis fomentis, et deuoluto ad inferiora entris ſonitu, diſcutitur. Certiſſimum vero indicium ſt, ſi, inſerto in muliebria vnctae manus digito, cirumciſisque vnguibus, obſtetrix cognoſcit, vrgentibus lis doloribus, os vteri adaperiri, et in illo tunicam, umore diſtentam, digito obniti. Huius velamenti equalis rotunduſque tumor plerumque, caput proxiaum, atque naturalem partum futurum eſſe, ſignificat.

* Vid. LA MOTTE *Traité des Accouchem. L. I. Cap. XXI. p.* 119.
** MAURICEAU *L. II. Cap. III. p.* 215. *r. fig.*

§. 1417.

Vbi tandem os vteri ſatis adapertum eſt, oportet, nulierem recte, et, vel in ſedili ad id aptato, vel reſuinam, tranſuerſo lecto, ſic collocari, vt eius feminius illia comprimantur. A lateribus aliae feminae debent aſſiſtere, quae parturientis femora inter ſe diducunt, et, ſi illa in lectulo ſupina iacet, cum pedibus continent. Quae in ſedili pariunt, illarum pedes ſubectis fulcimentis innituntur, et ob id valentioribus niibus partum iuuare poſſunt. Num femina in ſedili, ıum in lectulo, collocanda ſit, ſaepe diſputari ſolet. Si, nec foetus, nec vterus, aliter, quam naturaliter eſſe ſolent, compoſitus eſt, fere magis opportunum videtur ſedile, in quo mulier illa fultura ſuſtinetur, vt, collectis magis viribus, partum elidere poſſit. In aliis caſibus praeferri lectulus debet, de quibus infra dicam. Nihil vero magis alienum ac peſtiferum eſt, quam, ſi ab obſtetricibus femina compellitur, vt laborioſis nixibus partum feſtinet, antequam os vteri ſatis patet, et antequam certo conſtat, infantem recte compoſitum eſſe. His enim intempeſtiuis laboribus franguntur vires, et

non

non raro, si infans transuersus est, et aliter compositus, brachium, aliaeque partes, per os vteri altius descendunt, vt post illa membra nec possint replicari, nec infans queat dirigi, nec facile manibus extrahi. Sub illis nixibus os vteri magis adaperitur, quod oleo, aliove blando pingui perfundendum est, vt partus facilius exire possit.

§. 1418.

Dum vero sic dolores magis et magis intenduntur, tandem rumpuntur velamenta, effluit humor, qui iis continetur, quo etiam partes illae lubricae redduntur, caput infantis descendit, atque magis os vteri vrget, quo tandem id comprehenditur. Tunc mulier non mediocriter sibi opitulatur, si illa viribus ad foetum excludendum connititur, cui plerumque, vbi humeri ad os vteri compelluntur, noua mora impedimentumque iniicitur, auctis nixibus doloribusque superandum. Eo ipso tempore obstetrix manibus comprehendit infantem, eumque educit.

§. 1419.

Quoties autem infans protractus est, vmbilicus ad alterum transuersum digitum a ventre lino constringitur paulo pleniori, et praeciditur, ligata etiam illa vmbilici parte, quae a secundis dependet. Sequuntur plerumque secundae, quae vero, si vtero nimium inhaerent, extrahendae sunt. Ob id obstetrix praecisi vmbilici finem sinistra prehendit, et huius digitis circumdat, dextra autem vmbilicum ad secundas vsque sequitur, atque eum leniter trahit, concutitque, donec tandem secundae excidant. Si maiori vi adducitur vmbilicus, nonnunquam fit, vt is rumpatur, et periculosa sanguinis profusio concitetur, vel, vt, cum secundis, ipse vterus inuertatur, prouoluaturque. Interea, dum obstetrix hoc molitur, imperandum est mulieri,

vt

: animam comprimat, tuſſiatque, quod, preſſis a dia-
hragmate abdominis viſceribus, ſecundae melius eli-
untur. Nec alienum eſt, interea alicuius feminae
ıanu parturientis ventrem, multa tamen adhibita mo-
ɜratione, premi atque fricari.

§. 1420.

Vbi autem, id quod crebrius incidit, ſecundae non
·quuntur, ſed penitus ad vterum adhaereſcunt, ea
iſſenſio inter medentes eſt, quod alii neceſſarium eſſe
ontendunt, ſecundas protinus, demiſſis in vterum
ıctae manus digitis, diduci atque protrahi, alii vero
oc naturae committunt, qui aſſeuerant, illas ab vtero
contrahente, nulla alia vi adhibita, expelli, vt ſponte
ıcidant. Pro vtraque ſententia experimenta adferun-
ır, quibus id probatur. Igitur hi, qui, feſtinandum
ſe, volunt, neceſſarium eſſe proponunt, vt obſtetrix,
rotracto infante, manum protinus in vterum, hiante
dhuc eius ore, demittat, et digitos inter vterum et
ecundas, harum videlicet extremam oram, ita inſerat,
t molles digitorum apices vtero, duri vngues ſecun-
is, obuerſi ſint, vtque has ſic glubendo quaſi ab vte-
ɔ diducet, et cum coacto ſanguine, aliiſque quae in-
ıs ſunt, eximat. Addunt, eo tempore ſine moleſtia
ɔtam manum intus eſſe poſſe, contracto autem vtero,
ius os ita rurſus arctari, vt manus in eum inſeri ne-
ueat. Iubent etiam, ſi ſecundae, vel omnes, vel ea-
ım diſruptarum partes, a minus perita obſtetrice in
tero relictae fuerint, vnctae manus digito indice os
teri iterum adaperire, rurſuſque alterum demittere,
t per has eaſdem occaſiones alios, donec tota eſſe in-
ıs manus poſſit, atque ſic omnia, quae vtero inhae-
ɜnt, educere. Probant enim, ex diſruptis, et in vtero
elictis, ſecundis, ſaepe ſanguinem cum periculo ruere,
t hunc vix conquieſcere, niſi vtero contracto, nec
vero

vero vterum contrahi posse, nisi ille vacuus fuerit. Addunt, si nullum ex sanguinis cursu oriatur periculum, illa, quae vtero inhaerescunt, tandem corrumpi, ita, vt vitium etiam ad vterum, et ab hoc ad totius corporis humida transeat, vel ea in carnes informes, quas molas vocant, verti, non raro cum muliere senescentes. Has vero non prohibere tantum, quo minus femina iterum concipere possit, sed etiam alia grauissimorum morborum genera parere *. Alii vero, qui, contrariam viam ingrediendam esse, volunt, probant, hanc secundas auellendi rationem valde periculosam esse, violari enim vterum, et in hac inflammationem concitari, relinqui non raro exulcerationes, ac varii generis tumores, imo carcinomata. Minus periculi esse, si, contrahente sese vtero, sponte secedant secundae, hoc vix non semper fieri, cum ipse vterus in ima internaque sua parte musculum habeat fibrasque in orbem ductas, quarum actione illae excutiantur **.

* Vid. IO. VARANDAEVS *de Affectibus Mulierum L. II. Cap XI.* Inter alios plures LA MOTTE *Traité des Accouchemens L. V. Cap. I. p.* 725. et Doctissimi Viri mihique amicissimi Dn. D. IO. VALENT. HARTTRANFFT *Diss. de non differenda Secundinarum adhaerentium extractione, Lips. MDCCXXXV.*

** Inter hos princeps est FRID. RVYSCHIVS *Aduers. Decad. II. Obs. X. p.* 30. et *in Tract. Anatom. de Musculo in fundo vteri obseruato, Amstelod. Anno MDCCXXVI.*

§. 1421.

Si vero de his, quae per magnae contentionis disputationes a medicis tractata fuerunt, atque tractantur, dicendum, quae proxima vero videntur, res non sine periculo est, si secundae non protrahuntur, vel omnes vel earum, partes, in vtero relinquuntur. Dum etiam manus in vterum demittitur, cum secundis excuti possunt alia, quae saepe intus sunt, coactus sanguis, molae, quae nisi eximantur nouis doloribus, post partum saeuientibus, exturbantur. Sed vero multa etiam

:iam genera et tempora periculi ſunt, ſi ſecundae val-
ȝ inhaereſcentes vi adhibita diducuntur. Quare ma-
is tutum omnino videtur, ſi, protracto infante, ſine
ıora educi poſſunt ſecundae. Sed vero, cum id ſaepe
on, niſi aegerrime, fiat, nec ad eas eximendas adeo
roperandum eſſe, plures in arte exercitati viri praeci-
ıunt, qui iubent, vt, niſi aliud quid, veluti grauior
nguinis profuſio, id exigat, feminae temporis paıum
ɜtur, quo a laboribus reſpirare poſſit, vireſque colli-
ɜre. Eam quoque, ſi in ſedili partum ediderit, reſu-
ınam in lectulo collocandam eſſe, cum ſic non tam
cile ipſe vterus ſecundas manu tractas ſequatur. Sae-
ȝ enim fieri, vt, contracto paulatim vtero, ſecundae,
ıae ab initio non, niſi vi adhibita, diduci potuiſſent,
ıe negotio, tracto concuſſoque paululum vmbilico,
cidant *.

* Hanc ſententiam propoſuit prae caeteris ALEX. MONRO *in the Medical Eſſays Vol. II. Obſ. XI. p.* 220.

§. 1422.

Edito infante, eductiſque ſecundis, mulieris pu-
ɜnda panno tepefacto operienda ſunt, ne aër vterum,
ınc apertum, offendat. Femina in lectulo collo-
nda eſt, et, illi ſi iam numeroſum partum edidit, fa-
ia, qua venter paululum adſtringitur, iniicienda.
aec ſuperuacanea plerumque eſſe ſolet in femina,
ıae primum partum enixa eſt, cum illa tantum infir-
itatem relaxati vteri, peritonaei, atque muſculorum
ɔdominis, ſi qua eſt, adiuuare poſſit. Ea vero, ſi ar-
ius circumdatur, et nimium, praecipue vterum, pre-
it, omnibus valde nocitura eſt.

§. 1423.

Gemellorum quilibet habet ſuum velamentum,
ıumque vmbilicum. Illa vero ſecundarum pars, quam
centiores placentam vocant, interdum diuiſa, inter-
dum

dum autem ita concreta eſt, vt dirimi ſine laceratione non poſſit. Si, poſt editum partum, deligatumque vmbilicum, mulieri venter non detumeſcit, ſed durus manet, atque impoſitae manui renititur, obſtetrix debet, antequam ſecundas diducit, vmbilicum ſequi, et manu in vterum demiſſa, num alius infans intus ſit, experiri. Si infans in vtero eſt, is doloribus parturientiſque nixibus etiam ad inferiora compellitur, et, ſi recte compoſitus eſt, excluditur. Praeſtat vero, ſi, talem intus eſſe, certo conſtat, ipſum partum accelerare, et ob id etiam velamenta, ſi adhuc integra ſunt, digitis rumpere, pedes conquirere, et infantem extrahere. Si gemelli in vtero, et eorum velamenta rupta, ſunt, illi commode, prehenſis pedibus, extrahuntur, ea vero ſedulitas neceſſaria eſt, et cautio, ne chirurgus vtrumque infantem, correpto vno, vtriuſque pede, ſimul adducat. Ex ſecundis gemellorum, illas, quae ad priorem partum pertinent, prius extrahi oportet.

§. 1424.

Iam vero ad eos caſus veniendum, vbi partus, qui per ſe excidere haud poteſt, manu chirurgi dirigendus, eximenduſque, vel etiam ferramentis excutiendus eſt, cuius rei plures cauſae atque occaſiones ſunt, quae ſummam prudentiam moderationemque deſiderant. Ante omnia vero hoc exploratum eſſe debet, num partus viuus ſit, num iam in vtero materno extinctus, cuius rei plura habemus indicia, quae vero etiam, cum, vt ſupra, occaſione grauiditatis, retulimus, omnes fallere poſſint, ſedulo conferre, et certo iudicio ponderare, debet Chirurgus.

§. 1425.

Partum itaque emortuum eſſe, interdum ex euidentibus cauſis cognoſcitur. Si mulieris venter, ictu illato, caſu ab alto, facto, vel alia ratione, vehementer commo-

ommotus, violatusque, fuit, vel, si aliud quid incidit, eluti, si mulier subito terrore, metuue iniecto, comnota fuit, si illa post aliquot dierum languorem inhoruit, nullo insequente calore, si crebrius animo linquiur, si faciei color nouo pallore mutatus est, ac luridus, oculos habet graues, liuentes labentesque, si os olet, iammae emacuerunt, venter desidit, et in eo non moti ifantis, sed grauitatis aliquis sensus est. Certiores otae sunt, postquam sub ipsis doloribus vteri os aperım est, et corpori mortuo iniecta manus frigus; nul)s vero arteriarum ictus, sentit, et, si ab illo epideriis secedit, si foedi humoris sanies, et cum illo humi), quod naturaliter amnio continetur, etiam stercus, el, vt vocant, meconium, profluit. Incidere tamen test, vt, viuo etiam infante, nullos arteriarum ictus ercipiamus in membro, quod ab vteri ore interno ilenter comprimitur, a quo membro etiam, si illud ıngraena affectum est, epidermis separari potest. Si fantis etiam viui, clunes, obuersi sint eosque, et inntis ventrem, dum hic replicatus descendit, os vteri omprehendit atque vrget, meconium etiam ex viuo ırtu exprimitur, et cum illo humore effertur.

§. 1426.

Partus vero emortuus, si recte compositus est, eaem via, qua viuus, excidere solet. Interdum, si is ansuersus, vel aliter collocatus, est, is optime in pe:s conuertitur, et manu chirurgi extrahitur, de qua ırtum dirigendi ratione mox dicendum. Si vero cait ad os vteri haeret, et per illud, vel propter magnidinem, vel membrorum conformationem, vel etiam opter muliebrium angustias efferri nequit, res ferraentis agenda est. Iam vero ab aliquot annis inuene fuerunt maiores ampliores que forcipes, quae ita aptantur, vt illarum laminae caput infantis compre-

Fff hendant,

hendant, quibus non ſolum emortui, ſed viui etiam, partus extrahuntur. His enim ferramentis non ſolum infans prehendi, ſed os vteri etiam ampliari, aliquantum poteſt *. Alii genere quodam laquei vtuntur quem certis accommodatiſque ferramentis ſuper infantis caput iniiciunt, et ſic illaqueatum adducunt, totumque corpus extrahunt. Etiam, viuos ſic eximi poſſe infantes, ſcribunt **. Frequentiſſimum vero eſt in his caſibus, ſi certo conſtat, partum emortuum eſſe eum vnco excuti.

* Figuram huius forcipis, vel, vt vocant, *Extractoris*, vide in WILLIAM GIFFARD'S *Caſes in Midwifry*, quem hoc ferramento crebrius vſum fuiſſe illae eius obſeruationes docent. Aliam figuram dedit ALEXANDER BVTTER, Chirurgus Edinburgenſis, *in the Medical Eſſays Vol. VIII. Obſ. XX. p.* 320. Confer. EDMVND CHAPMAN'S *Eſſay on the improvement of Midwifery Cap. I. p.* 13.

** Huius laquei (*Fillet*) mentionem facit CHAPMANN *l. c. p.* 12.

§. 1427.

Hoc vero recenti re fieri oportet, ne aliquam, quae per ſe moritura, erat, occidiſſe videamur. Manus enim admoueri non debet mulieri, quae plurium dierum laboribus vigiliiſque exhauſta confectaque eſt, quae febricitat, cuius arteriae aequis interuallis non mouentur, ſed ſubeunt, atque interdum quieſcunt, quae ſomno vltra debitum vrgetur, cuius venter atque genitalia, quod inflammationem acceperunt, intumuerunt.

§. 1428.

Si vero partum ferramentis euellere ſtatutum eſt, ante omnia mulier vrinam reddat, vel haec, ſi aliquid eam reddi naturaliter, prohibet, demiſſa in vrinae iter (1338) argentea fiſtula euocetur. Oportet vero reſupinam mulierem tranſuerſo lectulo ſubiecto inter corpus et lectum ſcorteo puluino, ita collocari, vt imus ventei

ınter in confpectu fit, et vt mulieris feminibus ilia)mprimantur. Ad latus duo valentes aſſidere oport, qui femora cruraque continent, et alius miniſter tergo toti corpori incumbit, atque prohibet, quo inus id, dum partus adducitur, ſequatur. Tum chiırgus diligenter, vnguibus circumciſis, digitos, lenir oleo vnctos, in pudendum demittit, vt emortui ırtus habitum, poſitumque, ſentiat, et inueniat, vbi ıcus demitti poſſit. Antequam vero hoc fit, ſi caput ·oximum eſt, ſed vero maius, verticem aperiri, et cebrum eximi, oportet. Foratur membrana, quae in ıerorum ſummo capite eſt, fontanellam vocant, vel rfice, vel alio ferramento, cuius varii modi ſunt *. ındem vero cerebrum, vel nudis digitis, vel alio fermento, cochlearis inſtar formato, euellitur. Cauenım vero ſedulo, ne caluariae oſſa mulieris genitalia)eritudine ſua laedant. Tandem vncus, vndique ıuis, et acuminis breuis, demittitur, et, vel oculo, l auri, vel ori, vel occipiti, vel maiori etiam in caluaforamini, per quod ſpinalis medulla deſcendit, initur. Optime autem vncus pone aurem, vbi in ultis apophyſis maſtoidea eſt, defigitur. Cura enim benda eſt, dum vncus adducitur, ne eius acumen in vteri, vel in muliebria, delabatur, ex qua re ingens ɔrtis periculum oriri poteſt. Vnci manubrium non habet, quae oſtendit, cui parti eius acumen obrſum ſit.

* Varia ad id excogitata ſunt ferramenta a MAURICEAU, a Celeberr. FRIEDIO, *Argentoratenſi*, aliisque, in quibus ſcalpelli acumen, vagina incluſum, elatere, vel cochlea, vel alia ratione, mouetur.

§. 1429.

Defixo ſic vnco, is a chirurgo, mediante dextra, ıiter adducendus eſt, ſiniſtra intus poſita, quae infann ſimul, quantum fieri poteſt, dirigit. Sed vero c, quod in omnibus his curationibus perpetuum eſt,

ſedulo teneri debet, vbi manum, vel ferramenta, in vterum demittere, aliquid in eo moliri chirurgum oportet, is vt, compreſſo per dolores vtero, quieſcat, hiante vero vtero, deſinenteque dolore, procedat, et id, quod propoſitum eſt, efficiat, neceſſe eſt. Qui enim, vrgentibus doloribus, manus intus dare, vel foetum dirigere, aut aliquod membrum replicare, audent, iis euenire poteſt, vt vterus rumpatur, mulierque ſubita morte rapiatur, cuius partus poſt obitum in ventre reperiri ſolet *. Vbi vero partus vnco protractus fuit caetera agenda ſunt, vt iam ſuperius expoſui **.

* Vid. HILDANVS *Cent. I. Obſ.* 64. *Cent. IV. Obſ.* 57. *Ephem Nat. Cur. Cent. IX. Obſ.* 19. *p.* 21. *et Obſ.* HEISTERI *in Act Nat. Cur. Vol. I. Obſ.* 186. *p.* 397. et EIVSD. *Diſſert. de Foet ex vtero materno exſcindendo et de ruptura vteri. Alto MDCCXX.*

** Partum alii aliis ferramentis excutere voluerunt. Machi na a FRANCISCO MAURICEAU inuenta (*le Tire tete d* MAURICEAU) artificioſius effecta eſt, qua vero partus vi tuto prehendi poteſt. Vid. MAURICEAU *l. c. L. II. Cap XXXII. p.* 367. IO. PALFINVS, Gandauenſis Chirurgus, pro poſuit duas laminas, ſatis amplas, recuruas, quibus infanti caput vtrinque prehendere et educere voluit. Vid. Cel. HEI STERI *Inſt. Chirurg. P. II. Sect. V. Cap.* 152. *p.* 1046. *et Tab XXXIII. Fig.* 16. Haec PALFINI ferramenta eo lubentiu adduco, quod mihi perſuaſum eſt, illa inueniendis illis for cipibus, quarum ſuperius mentio facta eſt, occaſionem de diſſe. Aliud inuentum eſt Celeberrimi Viri, apud Arger toratenſes Obſtetricii, Dn. D. IO. IAC. FRIEDII, qui aliu κεφαλȣ̃λκον, vel *Tiretete*, reperit. Vide *Acta Erud. Ann MDCCXXIX. Menſ. Aug. p.* 347. *Tab. IV. fig.* 1. Alibi (§. 1 dictum eſt, paucioribus ferramentis vti debere chirurgum id quod vel maxime obſtetricium decet, qui, vbi rem mani bus agere poteſt, merito negligit ferramenta.

§. 1430.

Si partus emortuus in tranſuerſum iacet, medenti propoſitum eſſe debet, vt, conquiſitis adductiſque pe dibus, eum protrahat. Incidere vero poteſt, vt, attra cto ſic infante, auulſum caput in vtero maneat. Ho ſine mora auferendum eſt, vel digito in os inſerto, ve forcipe

ırcipe, vel illis, modo deſcriptis, ferramentis, ex ıibus forceps, et id, quo Cel. D. FRIEDIVS vtitur, ɔtiora caeteris videntur. PETRVS AMANDVS, Chiırgus Gallus, reticulum inuenit, quo caput, ſic ıulſum, extrahere inſtituit *.

* Vid. *Les nouvelles obſervations ſur la Pratique des Accouchemens Obſ. LXXIII. p. 235.*

§. 1431.

Quoties autem partus emortuus tranſuerſus, eius ero manus, vel alia pars, in propinquo eſt, et per os eri prominet, infans autem, id quod interdum incire ſolet, dirigi, ac in pedes conuerti non poteſt, ıod, quia os vteri inflatum inflammatumque eſt, anus intus dari nequit, et quod ipſe partus, eiuſque ırs, quae proxima eſt, intumuit, ac replicari nequit, ım hae difficultates faciunt, vt is, qui ſolidus non it, conciſus eximi debeat. Conciditur autem infans io vnco, qui in interiore parte per totam aciem cacuitur. Hoc vnco, vel, id quod magis tutum vietur, ſcalpello incuruo, falcato, cuius mucro glebuın habet, praeciduntur carnes prominentis humeri rope articulum cum omoplata, et humerus rotando ıagis, quam trahendo, ex ſinu ſuo euellitur. Iam ero chirurgo enitendum eſt, vt manum inferat, et edes conquirat. Si vero nec tunc os vteri manum lmittit, corpuſculum illo vnco forandum, effuſo huıore exemtiſque viſceribus, extenuandum, atque ſic, el manu, vel alio vnco, etiam duplex acumen haben-, extrahendum eſt *. Magna diligentia adhiberi ebet, ne vncus, putri corpuſculo iniectus, elabatur, ı quo, quid periculi ſit, ſupra poſitum fuit. Non emere ad hanc horrificam medendi rationem feſtiandum eſt, quae ſaepe vitari poteſt, ſi chirurgus pportuno tempore accerſitur, et ſi is, rerum ſuarum

peritus, partum non recte compositum in pedes dirigere, et per hos eum protrahere, potest.

* Aliud ferramenti, vel scalpelli, genus, quod annulum habet, quo id digito indici aptatur, delineatum vid. *in the Medical Essays Vol. V. Obs. XXXIX. p.* 445.

§. 1432.

Atque vero hoc non de emortuis tantum infantibus, sed etiam de viuis, intelligi debet. Partum vero, quamuis adhuc velamentis suis inclusus sit, modo adapertum os vteri fuerit, transuersum esse, sciri potest, si, vrgentibus doloribus, illud velamentum non globosum, quale ab insequente capite redditur, digito obnititur, sed fere aequale est et flaccidum. Ruptis vero his tunicis, habitum infantis digito sentire potest chirurgus, cui infantis pollices indicio sunt, cuius lateris manus, vel pes, in propinquo sit. Partus vero, qui sic compositi sunt, nisi conuertantur, edi nequeunt, id quod, vt ex hactenus dictis intelligi potest, mox ab initio fieri debet, quo tempore mulier nondum adeo oppressa doloribus est. Quare, si ex velamentorum habitu sentit chirurgus, partum recte compositum non esse, expedit, ea sine mora digito forare, atque rumpere, infantem vero dirigere atque extrahere. Infans dirigitur, si chirurgus, vt supra retuli, vnctam manum in vterum inserit, id quod, se remittentibus doloribus, fieri oportet, cum, iis substantibus, vt iam retulimus, quiescendum sit. Vbi tota manus, per has occasiones demissa, intus est, debet digitis pedes conquirere, et, his apprehensis, infantem educere. Sic enim non difficulter protrahitur, modo is, vbi ad nates vsque eductus est, iniecto prius tepefacto linteo, duabus manibus prehendatur, et ita conuertatur, vt eius vultus perinaeo mulieris obuersus sit. Brachia, si obnituntur, digitis adduci possunt. Si non vterque pes inueniri potest, adducendus est vnus, qui proximus,

us, quem alter sequitur. Omnes igitur in pedes ... nuertuntur, et viui protrahuntur, quorum ceruix, ...cies, auris, pectus, tergum, abdomen, in propinquo ...t, nec minus illi, qui, in pedes conuersi, Agrippa...m more, descendunt, quos conuertere non opus ...t. Nec oportet, si manus in vterum inseri, et pe...s inueniri, possunt, membrum, quod proximum est, ...iam in vteri ore haeret, replicari, cum illud adductis ...dibus, sponte sequatur.

§. 1433.

Non raro infantes obuersis clunibus vtero emer...nt. Hoc si tempestiue deprehendit chirurgus, eum ...portet nates paululum retro repellere, atque sic cor...us rectius reddere, post pedes conquirere, et his ...rtum educere. Sed vero, vbi retropelli clunes ...mmode nequeunt, chirurgus inguinibus infantis ...riusque manus digitum indicem iniicere, et sic eum ...mplicatum protrahere, potest, ad quam rem magni...do genitalium plurimum facit.

§. 1434.

Solet etiam euenire, vt vmbilicus, dum infans ad...uc in vtero est, foris sit, et ex eo propendeat, quae ...es summum, mortisque, periculum infanti afferre ...otest. Ante omnia, digitis vmbilico admotis, expe...iendum est, num arteriae in eo moueantur, ex quo ...ntelligitur, vitam nondum deseruisse infantem. Huic ...utem sine mora succurrendum, isque, conquisitis pe...ibus, celerius protrahendus est. Nam, si maternis, ...entisque, nixibus eliditur, comprimitur vmbilicus, ...istitur in eius arteriis venaque sanguis, et infans, ...uasi strangulatus, antequam lucem aspicere potest, ...itam amittit.

§. 1435.

Nec ignorari oportet, difficultates, quibus parturientes affliguntur, non ſemper a partu male compoſito oriri, ſed etiam ab vtero, ſi is aliter collocatus eſt, quam naturaliter eſſe debet, et in obliquum flexus. Nonnunquam, praecipue in feminis obeſis, quibus venter, et ipſe vterus, cum ſuis ligamentis, frequenti partu iam relaxatus eſt, is ſuper pectinis oſſa anteriora verſus inclinatus propendet. Hoc ſi incidit, infans ita deuoluitur, vt ſuo capite oſſi ſacro mulieris innitatur. Ex qua re ſequitur, vt eidem et coccygis oſſi etiam os vteri obuerſum ſit. Hoc igitur difficilius digito poteſt explorari, cuius ſuperior ſaltem ora ſentitur. Haec omnia ſub primis doloribus optime cognoſcuntur, et tunc confert, mulierem non in ſedili, ſed in lectulo, reſupinam, coxis etiam elatioribus, collocari. Chirurgum oportet, altera manu mulieris ſic iacentis ventrem paulatim, et multa adhibita moderatione, deprimere, alterius manus digito, ſub ipſis etiam doloribus, quantum fieri poteſt, ori vteri inſerto, huius ceruicem paululum leuare, vt ſic vterus rectior fiat. Aliquid conferre poteſt, ſi coccygis os in iunioribus aliquantum deprimitur.

§. 1436.

Vitium huic contrarium eſt, ſi vteri ima pars, fundum vocant, nimium reſupinata, tergo mulieris quaſi affixa eſt. Nec in hoc caſu os vteri loco ſuo, et digito tangenti obſtetricis obuium eſſe poteſt, quod ſub oſſibus pectinis vrinae itineri proximum latere ſolet. Infans autem, ſi is caeteroquin recte compoſitus eſt, dum exitum molitur, ab obliquo vtero ſe contrahente ad oſſa pectinis propellitur, quibus, capite innixus excludi nequit. Ad hanc rem aliquid conferre videtur, ſi mulieri peluis anguſtior eſt, et ſi illa tempore,

ore, quo vterum gerit, frequentius ſupina cubat. ruſtra autem ſunt omnes mulieris labores, nixuſque, iſi prius, et vterus, et ipſe infans, recte compoſitus t. Antequam in hoc caſu hoc molitur chirurgus, ıulier vrinam reddat, et tum ille digito vnctae manus, ıb pectinis oſſibus, os vteri, inſerto in hoc, quan- ım fieri poteſt, digito, explicare, illud, ſub ipſis et- m doloribus, paulatim deorſum, et perinaeum ver- ım, premere, alteram autem manum ventri ſuper ectinis oſſibus imponere, et hunc, ſumma adhibita ıoderatione, aliquantum deprimere debet. Interea, bi digitus in os vteri inferi potuit, caput, quod oſſi- us pectinis innititur, etiam expediendum et deorſum erſum ducendum eſt. Omnia haec modice molliter- ıe tractanda eſſe, nemo non intelligit. Sub his ex- edit, mulierem non ſupinam cubare, ſed erecto cor- ore, et capite in priora magis inclinato, eſſe, genu- uſque inniti. Vbi, tum vterus, tum partus, recte ompoſitus eſt, mulier doloribus iungat ſuos etiam ixus, quibus infans exturbatur. Si tamen manus in terum inferi potuit, fere et hic commodius eſt, par- ım, prehenſis pedibus, extrahi.

§. 1437.

Etiam in latus inclinatur vterus, id quod inter- um in puſillis foeminis fit, in quibus vterus, quod um, pleniorem, peluis ſatis comprehendere nequit, ıpra illam aſſurgit, qui facile in latus detorquetur. onge frequentius hoc fit, ſi inteſtina, in latere dex- o coecum, in latere ſiniſtro colon, quod ibi replica- ım eſt, flatibus, vel ſtercore plenum vicinum vterum rgent, et in contrariam partem propellunt. Pluri- ıum confert, ſi mulier tempore grauiditatis frequen- ius in vnum latus cubare ſolita eſt. Hoc vitium ognoſcitur, ſi venter non aequalis eſt, ſed in vno

 latere

latere magis, quam in altero, tumet. Os vteri in oppoſita parte, plerumque ſub oſſe iſchio, vel etiam ſub altero oſſe pectinis, deliteſcit, quod vltimum incidit, ſi vterus ita obliquatus eſt, vt eius fundus non ſolum in vnum latus, ſed etiam in partem poſteriorem, inclinatus ſit. Si vero vterus in latus, v. g. dextrum, deflexus eſt, atque ſimul propendet, os vteri, quod, vt ſupra retuli, inteſtino recto incumbit, in ſiniſtro latere reperitur. Etiam in his caſibus recte collocari femina debet, et os vteri, quantum fieri poteſt, dirigi. Saepe ante caetera neceſſarium eſt, aluum lotionibus ducere, ſi, ante partum venter ſuppreſſus, parum reddidit. Plerumque etiam hic optime res geritur, ſi, adaperto ore interno, partus, conquiſitis prehenſiſque pedibus, protrahitur. Nam, in omnibus his caſibus priora tempora opportuniſſima curationibus eſſe, hisque intermiſſis, ſaepe, et mulierem, et partum, mortis periculo ſubiici, vſus docuit.

§. 1438.

Minime diſtantem curationem etiam requirit ſanguinis profuſio, quae, antequam partus excluſus eſt, interdum incidere ſolet. Nam de ea, quae abortus periculum facit, hic agendum non eſt. Si parum fluit ſanguis, imperanda eſt quies, aliaque adhibenda auxilia ſunt, quae alibi (417. 418) executus ſum. Si vero cum impetu ruit ſanguis, intelligitur, ſecundarum aliquam partem ab vtero auulſam eſſe, et ex huius vaſorum hiantibus oſculis ſanguinem ferri. Hoc ipſum comprobatur, ſi euidens cauſa fuit, et vterus ictu, extrinſecus illato, caſu, ſaltuue, aliaque corporis exercitatione, vel animi perturbatione, commotus. Interdum etiam partus, vmbilico ſuo irretitus, et quaſi illaqueatus, eſt, quem, dum exitum molitur, trahit, et ſecundas ab vtero diducit. Reperiuntur etiam feminae,

ae, quibus fecundae, et id, quod placentam vocamus, ɔfi ori vteri inhaerefcunt, quae, dum illud os dolori-us ampliatur, diducuntur, vt ex patentioribus arteria-ım ofculis, vel iis etiam difruptis, fanguis cum peri-ulo profundatur. Vnicum praefidium aduerfus hoc ınguinis profluuium eft, infantem protinus, et fefti-anter, etiam aliqua vi adhibita, protrahere. Digitus, leo vnctus, inferi debet in os vteri, quamuis hoc et-m parum dehifcat, qui, fi in eo continetur, alius di-itus debet demitti, et per has occafiones alius. Dum ero fic digitis adaperitur os vteri, dolores concitan-ur, quibus infans propellitur. Data intus manu, ɔfae, fi eas appofitas fentit, fecundae digitis forandae ınt, et rumpenda velamenta, atque infans, conquifi-s pedibus, fine mora protrahendus eft. Inuenio ta-ıen recentiorem fcriptorem, qui, aliam curandi viam ıgreffus, iubet, excitatis doloribus, naturalem partum eleriorem facere. Dolores mouet, dum, inferto in s vteri digito, illud paulatim dilatat. Oftendit enim, ritato fic ad fui contractionem vtero, ora vaforum ınguinem fundentium adftringi, et fanguinem fup-rimi, ipfumque partum expelli. Ob id, vt vterus fe ıelius poffit in anguftum adducere, ampliato vteri re, rumpenda effe velamenta, vt humor affundatur. ic enim, id quod experimentis probat, minori peri-ulo mulieres, etiam iam fanguine fere exhauftas, par-um edere potuiffe, et omnem profufionem conquie-iffe *. Experiendum erit, quae medendi ratio mife-is feminis maiorem fecuritatem praeftare poffit.

* Vid. *Comment. de Haemorrhagia vteri grauidarum in Acad. Chirurg. Vol. I. p.* 358. *Edit. in* 4.

§. 1439.

Grauis et miferabilis cafus eft, fi per naturales ·ias partus excludi nequit, id quod ex variis caufis in-cidere

cidere ſolet. Interdum verendorum, oſſiumque, conformatio et figura, nimiaque anguſtia, id prohibet *. Nonnunquam orae naturalium inter ſe a natiuitate glutinatae ſunt, aliquando vero, exulceratione facta, per malam curationem ſaneſcendo iunctae. Quomodo, his inciſis atque diductis, iis, quae inter ſe cohaerent, ſuccurrendum ſit, protinus, vbi de atretis dicetur (1443), exponam. Infans ſi humore diſtenditur, id quod fieri interdum ſolet, et ſi chirurgus certus eſt, eum emortuum eſſe, oportet eius corpus digito indice forari, vt, effuſo humore, extenuatum, manibus, vel etiam vnco, poſſit extrahi. Nam vix ſperari poteſt, ſuperſtitem futuram eſſe parturientem, ſi ſcalpello os vteri incidatur, amplieturque, id quod Clarum Profeſſorem auſum eſſe legimus **. Si naturalibus, quorum nimia anguſtia eſt, fruſtra admota fuerunt fomenta, aliaque, quae maxime ad emolliendum poſſunt, ſupereſt auxilium, quod, quamuis incertum temerariumque ſit, adhiberi oportet, cum ſit vnicum. Sectionem Caeſaream vocant hanc chirurgiam, qua, inciſo parturientis ventre, vteroque partus protrahitur. Nunquam hoc negligi, ſed protinus, et ſine mora, fieri, debet, ſi puerpera, antequam partum enixa eſt, morte occubuit, et, vel exploratum, vel probabile, eſt, infanti vitam ſuppetere ***. Multa tamen prudentia adhiberi oportet, ne feminam, quae, ſanguine exhauſta, viribus defecta, vel grauitate morbi, doloriſque acerbitate, oppreſſa, animo linquitur, atque quaſi exanimis iacet, ſuperſtite vita, nulla adhibita moderatione, incidamus ****. Iam vero plurium obſeruatione compertum, et ita comprobatum, eſt, vt nulla dubitatio relicta ſit, non raro feliciter cedere hanc medendi rationem, ſi illa etiam viuis feminis adhibeatur, et ex earum inciſo vtero partus, vel viuus, vel mortuus, eximatur *****. Imo, fuiſſe dicuntur feminae, quibus haec

aec anceps et periculosa curatio iterum, et aliquoties, dhibita fuit ******.

* Vide Casum in *Comment. Acad. Chir. p.* 646.

** THOMAS SIMONIVS, Clarus Professor Scotus, vid. *the Medical Essays Vol. III. Obs. XIX. p.* 315. os vteri callosum incidit, femina post viginti et quatuor horas obiit, quamuis ex illis plagis nulla secuta fuerit sanguinis profusio.

*** Vide HEISTERI *Dissert.* supra ad §. 1430. * citata.

**** Senatus Venetus legem tulit, qua cauit, ne puerperae mortuae, quarum partus adhuc viuus educendus est, decussata sectione incidantur, sed simplici, qua alias vtuntur chirurgi, qui viuae matri hanc chirurgiam adhibere solent. Hoc me docuit Celeberr. WINSLOVIVS in *Quaest. med. Chirurg. An ad seruandam prae foetu matrem obstetricum hamatile minus, anceps et aeque insons, quam ad seruandum cum matre foetum Sectio Caesarea? Lutetiae, Anno MDCCXLIV. proposita.*

***** Omnia fere, quae ad Sectionem Caesaream attinent, congessit Chirurgus Gallus SIMONIVS *in Comment. Acad. Chirurg. Vol. I. p.* 623. Vide PLINIVM *Hist. Nat. Lib. VII. Cap. IX. T. I. Edit.* HARDVINI *p.* 378. vel Caesares *v. eundem l. c.* De Origine tamen huius denominationis multis disputat AELIVS SPARTIANVS in Vita Aelii Veri in *Hist. Augustae Scriptor T. I. p.* 224. Conf. SEXTVS POMPEIVS FESTVS *de Verb. Signif. Lib. III. p.* 61. qui Caesares a caesarie appellatos fuisse prodidit. Qui inter recentiores primus hanc curandi viam ingressus esse videtur, fuit *ὀρχότομος* Heluetus, qui anno circiter MD. propriam vxorem curauit tam feliciter, vt ea post gemellos, et quatuor adhuc infantes, enixa fuerit. Vid. BAVHINVS *in Appendice ad* ROSSETVM *p.* 162. Hanc vero chirurgiam post singulari studio exposuit, et medentibus commendauit FRANCISCVS ROSSETVS *in Traité nouveau de l'Hysterotomotokie ou Enfantement Caesarien,* à *Paris, MDLXXXI:* quem libellum modo laudatus CASPARVS BAVHINVS in latinum sermonem vertit, eique alias obseruationes addidit. Latine eum edidit et multum adauxit ipse ROSSETVS *Anno MDXC.* cui titulus: Ὑστεροτομοτοκίας, *i. e. Caesarei Partus Assertio historiologica, et eodem anno* Carmen scripsit, cui Titulus: *Dialogus Apologeticus pro Caesareo Partu in maleuoli cuiusdam Pseudoprotei dicteria.* Plures enim habuit aduersarios, de quibus vide modo dictam Commentationem. PAREVS, cuius magnum illo tempore nomen fuit, de hac medendi ratione et eius successu dubitauit *in Lib. XXIII. Cap. XXXI. p.* 702. Variae in illis Commentariis huius curationis feliciter peractae leguntur historiae, partim ex Autoribus

bus exſcriptae, partim quae haud ita pridem Lutetiae animaduerſione diligenti plurium Chirurgorum notatae fuerant, quibus addimus Obſeruationes *in the Medical Eſſays Vol. V. P. I. Obſ. XXXVII. p.* 439. *et XXXVIII. p.* 444. Non vero hac Chirurgia tantum partus in vtero haerentes protrahuntur, ſed etiam aliis, qui forte, tubae Fallopianae, vel alii viſceri, adhaerentes, extra vterum, ſolo abdomine concluſi, aliquando per plures annos circumferuntur. Talis fuit, vt alias obſeruationes iam mittamus, foetus Muſſipontanus a LAVRENTIO STRAVSSIO ſingulari ſtudio deſcriptus *in Reſolutione Caſus Muſſipontani, Darmſtadii, An. MDCLXII.* Confer THOMAM BARTHOLINVM *de Inſolitis Partus Viis Cap. XI. p.* 74. nec non ille foetus a RVDOLPHO IACOBO CAMERARIO deſcriptus et delineatus in *Diſſ. de Foetu XLVI annorum, Tubingae, MDCCXX.* Alii caſus plures in hac Diſſertatione allegantur. Nonnunquam hi partus, in abdomine ſeneſcentes, ſibi viam, per peritonaeum et abdominis muſculos, concitata magna ſuppuratione, aperiunt. Vid. BARTHOLINVS *l. c. Cap. V.* ex ROSSETO et aliis Autoribus. Conferatur *Iſtoria d'un feto eſtratto felicimente interno dalle parti deretane ſcritta da* GIOVAN DOMENICO SANTORINI, *in Venezia, MDCCXXVII. §. XXX.* vbi etiam plura exempla ab Autoribus propoſita leguntur. Oſſa corruptorum foetuum per inteſtinum rectum extracta fuerunt a LITTRIO, Academico Gallo. Vid. *Comm. Acad. Reg. Sc. Anno MDCCII. p.* 313. et ex muliere alia, praeſente Celeberr. SANTORINO, a Chirurgo NICOLAO PATVNA, qui eundem caſum, de quo SANTORINVS in mox citato Tractatu egit, libello quodam deſcripſit, edito *Venetiis, MDCCXXVII.* In alia muliere alter infans per vlcus vmbilici extractus fuit, alterius oſſa per aluum exturbata. Vid. *the Medical Eſſays l. c. Obſ. XXXVIII. p.* 441. Partum vero talem, inciſo abdomine, extraxit ABRAHAMVS CYPRIANVS Profeſſor Franequeranus qui edidit *de hoc caſu Epiſtolam, Lugd. Bat. MDCC.* Mulier, poſtquam hanc curationem ſuſtinuerat, iterum filium, et poſt etiam gemellos, peperit *l. c. p.* 14. Confer de Sectione Caeſarea, praeter ROSSETVM, *Traité de l'Operation Ceſarienne par* JEAN RULEAU, *à Paris, MDCCIV. et Voorſtelling van de Noodſaakelikheit der Keiſerlyke Snee door* DIONISIVS VAN DER STERREN, *tot Leyden Anno MDCLXXXII.*

****** Vide *Comment. Acad. Chirurg. l. c. p.* 637.

§. 1440.

At enim, ſi, vbi aliter ſuccurri non poteſt, hanc ſectionem experiri vult chirurgus, oportet, mulierem ſupinam iacere, ita tamen, vt illud latus, quod ſecari debet,

ebet, ſuperius ſit. Incidantur, iuxta lineam albam, laga maiori, quae ab vmbilico ad oſſa pubis fere deſcenit, tum abdominis muſculi, tum peritonaeum, vbi ımen vitandum, ne violetur arteria epigaſtrica. Hac laga facta, vterus conſpicitur, qui alia plaga, magis ı ceruice, quam eius imà parte, vel fundo, aperienus eſt, quod imo vtero ſecundae adhaerent, quas vulerari periculoſum eſt. Arteriis, ſi ex iis ſanguis pronditur, vinciendo proſpiciendum eſt. Educuntur er plagam, et infans; atque etiam ſecundae, quae ab ero diducendae ſunt. His peractis, plerumque vulus ſutura adducitur, et imponuntur medicamenta, iae putredinem auertunt. Nam plagae tandem citrix inducitur, cui pannum obiici, vel ſuper eam iud quid deligari, oportet, quo illa reprimatur. Nam hac curatione frequentius hernia relinquitur *†.

* Vide MICHAELIS DOERINGII *Epiſtolam ad* GVILIELMVM FABRICIVM HILDANVM, *de Hernia vterina. Witteb. MDCXII.* proſtat etiam in HILDANI *Operibus p.* 893.

† Annis abhinc paucis problema propoſitum eſt de ſectione ſynchondroſeos oſſium pubis facienda, iis datis peluis conditionibus, quibus fit, vt exitus eius nimis anguſtus naturalem pariendi rationem haud admittat. Capta ſunt experimenta de animalibus brutis, et, vt genius hominum aetatis noſtrae, in noua quaeque ruentium fert, protinus fuerunt, qui idem genus curandi, triſte profecto, etiam in hominibus proſequi haud dubitarent. Verum de his ſtilum abſtineo, lectoreſque ablegatos volo ad ſcriptores maxime idoneos probatoſque. Legantur igitur, quae in conſeſſibus publicis Academiae Regiae Chirurgorum Pariſienſium acta ſunt et poſt litteris mandata in Commentariis eiuſdem Academiae inſcriptis: *Seances Publiques de l'Academie Royale de Chirurgie. A Paris* 1779. pag. 102. ſeqq. vbi et Facta, ſectionem ſynchondroſeos oſſium pectinis attinentia, et ab illuſtri Academia habitum eorundem examen atque aequum de iis decretum, ſincere ac perſpicue ſunt perſcripta. In ſupra laudato BAUDELOCQUII libro cum de omni artis obſtetriciae hiſtoria tum quoque ſeorſim Tom. II. de ſectione ſymphyſeos oſſium pectinis leguntur haud contemnenda. Qui vero libris iis haud gaudent, illi poſſunt legere et colligere ea, quae ex aliis excerpta per

Vol-

Volumina Bibliothecae chirurgicae suae dispersim comm[e]minit RICHTERVS.

§. 1441.

Pudenda mulieris, post difficilem partum nimium vexata, saepe intumescunt, quibus admoueri deben[t] fomenta tepida ex emollientibus herbis, quae, vel e[x] aqua, vel lacte, coquuntur. Si perinaeum ruptum fuit, vulnus colluendum est vino calido, et mulier ex[-]tentis compressisque in vnum feminibus cubare debe[t], quae, ne sub somno diducantur, fascia deligari queun[t]. Sunt, qui plagam in perinaeo suendam esse, volunt *.

* Vid. *Ephem. Nat. Cur. Cent. VII. Obs.* 44. *p.* 90.

ἌΤΡΗΤΟΙ.

§. 1442.

Ἄτρητοι *, Atretae, dicuntur feminae, quarum na[-]turalia praeclusa sunt, vt concubitum non ad[-]mittant. Vel membrana pudendo opposita est, ve[l] eius orae inter se glutinatae sunt, id quod, vel ex vte[-]ro materno esse solet, vel incidit, dum, exulceratione in his partibus facta, illae orae atque tunicae per ma[-]lam curationem sanescendo iunguntur. Si in puellis, quibus catamenia instant, sanguis in haec loca con[-]fluit, et ei nullus exitus datur, eas non raro neruorum distentio, febris, cum inflammatione, aliaque grauissi[-]morum atque pernicialium morborum genera mal[e] habent. Membrana, si opposita est, sine negotio in[-]ciditur, si vero caro pudendum repleuit, idque prot[i-]nus in vtero matris euenit, malum saepe nullam cura[-]tionem recipit. Nec minorem difficultatem illu[d] habet, si tunicae, post exulcerationem sanescendo, in vnum iunctae, coiuerunt.

* Ἄτρητοι κατὰ τὰ γεννητικὰ μόρια. PAVLVS *Lib. VI. Cap. LXXXI. p.* 92. *Edit. Aldi.*

§. 1443

§. 1443.

Femina resupina, eo modo, quo in partu difficili guratur, super lectum ita collocatur, vt verenda in onspectu sint. Membrana, si adest, scalpello incidiır, et exitus datur sanguini, aliique humori, qui rentus fuerat. Si vero per cicatricem orae inter se nctae sunt, suspensa manu illae incidi, et inter se luci, debent, diligentia adhibita, ne vrinae iter vio:ur. Aperto igitur pudendo, demittenda est turun maior, pleniorque, etiam aliquo medicamento, ad nguinem sistendum, vel cicatricem inducendam, oneo resperſa, vel madefacta. Sunt, qui ad id vtunr ampliori fistula, ex ebore facta, et crebrioribus maibusque foraminibus pertusa, vt effluere possit om; humor. Turunda, vel fistula, non prius recipi bet, quam, donec, persanatis omnibus, cicatrix sit.

VTERI PROCIDENTIA.

§. 1444.

t ipse vterus, et illa pudendi pars, quam vaginam appellant, procidere solet *. Vterus, aperto post tum ore interno, quandoque inuersus procidit, xime, si valenter inhaerescunt secundae, et vmbili; multum trahitur, vel, si obstetrix manu non secun, sed vterum, prehendit, et adducit. Raro sic vteper dolores, qui vehementer post partum femin excruciare solent, ita deuoluitur. Hoc vitii ge; cognoscitur ex ipso tumoris habitu, et si is globopropendet **. In huius mali curatione properann, et protinus vterus manu recondendus, est. Fena quietem seruare, et non aliter cubare, debet, ım extentis cruribus, et compressis in vnum, etiam :ia deligatis, feminibus. Vbi deuolutus vterus non ›tinus repositus fuit, isque contrahente se ore inter-

no, premitur, ſaepe feminae cita, et fere inopina, mor rapiuntur, vel iis magna inflammatio atque gangrae naſcitur.

* Magna controuerſia aliquando fuit, num ipſe vterus pr cidere poſſit. Vid. DAV. VAN DER BECKE *de Procidenr vteri*

** Vid. Obſ. et figuram in RVYSCHII *Obſ. Anat. Chiru Obſ. X. p.* 16. *fig.* 12.

† Vid. *Ontleed en Heelkundige Verhandeling over de Uitzæ kingen en Uitwaſſen der Lyfmoeder en Schede etc. Te U recht* 1767. 8uo. Item LEVRETTI Diſſert. in *Journal Médecine*, par ROUX Tom. XI.

§. 1445.

Totus autem vterus cum ore interno deſcend et ex naturalibus partibus prolabitur, ſi eius ſic di ligamenta, quibus vterus in ſede ſua continetur, c caeteris partibus relaxata ſunt *, vel, ſi vterus ip ſcirrho ſimilis, induratus eſt, et tumidus, atque ſic po deroſior, delabitur **. Nec hoc malum ſemper tc poteſt, vbi enim vetuſtas acceſſit, parum ſpei ſuper et vbi in vtero ſcirrhus, vel carcinoma, eſt, omnia rationibus irritantur. Si relaxata ſunt ligamenta, v um recenti re tolli poteſt. Reſupina collocanda mulier, et id, quod deuolutum eſt, ſuſpenſa manu condendum. Admoueri poſſunt fomenta ex re mentibus, etiam ſuffimenta. Haec vero medicamer ſi iis nimis valenter retenta fuerit materia, noc poſſunt, quare praeſtat, peſſis vti, quae naturalibus c dita, vterum, ne rurſus delabi poſſit, prohibent. Fi autem ex ſubere, et cera obducuntur. Vt menſtr aliiſque humidis, in pudenda confluentibus exitus tur, peſſos perforatos eſſe, conuenit, qui etiam mag tudini naturalium aptari debent ***. Prae cete omnibus quies neceſſaria eſt, et vt femina reſupina bet. Interdum, ſi vitium recens fuit, et femina iun eſt, his peſſis per tempus admotis, vterus in ſed

ſu

iam reuertit, et in ea manet. Aliis autem peſſi auxi-
um per omnem vitam neceſſarium eſt.

* Vid. RVYSCH *c. l. Obſ. IX. fig.* 11.

** *c. l. Obſ. VII. fig.* 8. et H. VAN SANDEN *Diſſert. de Prolapſu vteri, Regiom. MDCCXII.*

*** Peſſos delineatos vide in HEISTERI *Inſtit. Tab. XXXIV.* Alius modus deſcribitur a THOMA SIMEON *in the Medical Eſſays Vol. III. Obſ. XVIII. pag.* 311.

† De Peſſis vid. apud WILLIAM SMELLIE Tab. XXXVII. LEVRETTI animaduerſiones de peſſis ſeu *Remarques ſur les peſſaires in Journal de Médec.* Tom. XXXIV. et Tom. XXXVI. nec non *Edinb. Eſſay.* Tom. III. praecipue *Verhandelingen van de Hollandſche Maatſchappye etc. te Harlem* Deel. V. In eiuſdem ſocietatis commentariis et Tom. quidem XIXmo (Deel XIX.) laudatur ſpongia marina, quae commodiſſime ſedet, ac praeterea medicamentoſos humores ex facili hauriens, partibus relaxatis robur quoddam reddere poteſt. De remedio hoc vid. quoque *Sammlung auserleſener Abhandlungen für praktiſche Aerzte, Siebender Band.*

§. 1446.

Frequentiſſimum vero inter haec vitium eſt, ſi pu-
ndi, vel ſic dictae vaginae, tunica relaxata procidit,
ius rei varius modus atque varia figura eſt. Inter-
m ora circum circa reſoluta deuoluitur, et, botuli
aſi in modum, ex verendis dependet. Nonnun-
am in vno latere id, quod relaxatum eſt, in tumo-
n excreſcit ingentem, et qui verum atque ingens
coma repraeſentat. Id, quod deſcendit, non raro
lammationem accipit, quandoque etiam illud, quo-
m veſtimentis affricatur, exaſperatur, induraturque.
lum plerumque naſcitur, ſi a frequenti laborioſoque
tu, vel a nimio humorum profluuio, etiam ab ad-
tis extrinſecus emollientibus, tunicae relaxatae ſunt.

§. 1447.

Vitio, ſi recens eſt, mederi poteſt Chirurgus, ſi
quod deuolutum eſt, recondit, et fomenta et ſuffi-
, quibus reprimendi facultas eſt, admouet. Opor-

tet vero, feminam quietem feruare, et fupinam, com-pressis adstrictisque femoribus, iacere. Id, quod fu-pra de medicamentis, quae menstrua supprimere pos-sunt, dictum fuit, etiam hic sedulo tenendum est; quare confert, illo tempore, quo prouenire solent, a omni medicamentorum genere abstinere. Si inflam-matio se ostendit, fomenta adhibenda sunt, aduersus eam idonea. Vbi autem in illis pudendi tunicis magna imbecillitas est, perfecta curatio sperari nequit, quare admota fascia id, quod descendit, inuoluendum est, ne iniuriis externis exasperetur. Si autem hoc in magnum tumorem excreuit, et hic ad radicem tenuior est, scal-pello praecidi, vel, id quod magis tutum est, vincien-do tolli potest*.

* Vide figuram in MECKEREN *Obseru. Cap.* 54. Ante plures annos magnus eiusmodi tumor, ex naturalibus propendens ligatura prius iniecta, post, scalpello etiam adhibito, abla-tus fuit, et mulier conualuit.

F I N I S.

APPEN-

APPENDIX

NONNVLLORVM

MEDICAMENTORVM

COMPOSITORVM

HINC ET INDE

CITATORVM.

I. Pulueres.

(§. 163.)

Rec. Farinae volatil.
Fabarum ana Vnc. j.
Cort. medii Sambuci
Fl. Sambuci ana Vnc. Sem.
Camphorae cum ſacchar. contritae Drachm. ij.
M. F. Pulu. D. S. Puluis reſoluens externe vſurp.

(§. 164.)

Rec. Farinae volatil. Vnc. vj.
Plumbi vſti
Bol. rubr. ana Vnc. ij.
Maſtich. elect.
Oliban.
Ceruſſae ana Vnc. j.
M. F. Pulu. D. S. Pulu. Mynſichti ad eryſipelas.

(§. 240.)

Rec. Ol. Cinamom.
Cort. Citri ana gtt. ij.
Caryophyll. gtt. j.
Sacchar. Canar. Drachm. ij.
M. F. Elaeoſacch. admiſce
Laudani opiat. gr. ij.
M. D. S. hora vna ante operationem ſumend.

(§. 739.)

Rec. Rad. Scillae rec. Libr. Sem.
Pulu. Rad. Vincetox. Vnc. ij.
Cont. in pulpam, quae, in vmbra ſiccata, pulueriſ.

Rec. huius Puluer. Scrup. Sem.
Rad. Ari
Pimpinell. alb.
Nitr. dep. ana gr. v.
M. F. Pulu. pro vna dosi.

II. Electuarium.

(§. 205. 390. 394. 417.)

Rec. Pulu. Cort. Peruu. opt. Vnc. Sem.
Confect. Alkermes Vnc. j.
M. diu. in 8. part. S. omni quadrihorio partem vnam sumend.

III. Boli.

(§. 505.)

Rec. Turpeth. mineral. gr. xij.
Lap. Contrayeru. Drachm. j.
Theriac. Andromach. q. s.
M. F. Boli No. III. D. S. quotidie ante cubitum vnum.

IV. Emulsio.

(§. 124. 130.)

Rec. Sem. Papau. alb.
Card. Mariae.
Amygdal. dulc. excort. ana Drachm. ij.
Aq. Fragar. Vnc. iv.
Ceras. nigr. Vnc. ij.
M. F. Emulsio, adde
Bals. Peruu. Vitel. Oui sol. gtt. x-xv.
Syr. Althaeae Fernel. Drachm. iij.
M. D. S. omni bihorio cochl. j. sumend.

V. Linctus.

(§. 137.)

Rec. Mucil. Sem. Cydonior. Vnc. ij.
Mell. rosat.
Rob. Diamor. ana Vnc. Sem.
Nitr. dep. Drachm. Sem.
M. D. S. interne ad collum.

(§. 914. 915.)

Rec. Aq. Theriacal. Vnc. j.
Tinct. Myrrh.
Eff. Succin. ana Drachm. Sem.
Mell. rosat.
Syr. Violar. ana Vnc. Sem.
M. D. S. vt supra.

VI. Infusa vinosa.

(§. 739.)

Rec. Rad. Ari,
Scillae,
Bryoniae ana Vnc. j.
Herb. Trifol. fibrin.
Centaur. min. ana Mp. j.
Bacc. Lauri,
Cort. Winteran. ana Drachm. iij.
Fol. Senae s. st. Vnc. Sem.
Rhabarb. opt. Vnc. j.
Agarici in petia ligat. Drachm. ij.
Sal. tart. Vnc. j
Conc. Cont. M. F. Species. D. in Sindone.

ad has species affunditur in vase bene obturato Mens. em. aquae feruentis, et postquam per aliquot horas lo-o calido stetit, iterumque refriguit, affunditur adhuc Mens. j. vini rhenani optimi, et in cella asseruatur. Quo-idie de eo mane Vnc. ij. s. iij. bibuntur.

(§. 267. 739.)

Rec. Sal. ſtipit. Fabar. Vnc. iij.
affunde Aq. fontan.
Vini Rhenan. merac. ana Libr. j.
ſtent per noctem; bulliant hora matutina, D. S.
Quotidie Vnc. j. ad ij. bis ſumend.

VII. Apozema laxans.

(§. 63. 114. 191. 213. 269. 305. 496. 857. 901. 1024. 1313.)

Rec. Pulp. Tamarind. Vnc. Sem.
Crem. Tartari Drachm. j.
Fol. Senae ſ. ſt. Scrup. ij.
M. Coq. in ſ. qu. Aq. fontan.
Rec. Colatur. et in ea leni calore ſolue
Mannae Calabr. rec. Vnc. j.
Dep. add. cum pauco Sacchar.
Ol. Syrae gtt. ij.
D. S. Potio laxans pro vna doſi.

Aut:

Rec. Rhabarb. opt. Drachm. ij.
Crem. Tartari Drachm. iß.
Paſſul. minor. Vnc. Sem.
M. Conc. Coq. in ſ. q. Aq. fontan.
Rec. Colatur. et in ea leni calore ſolue
Mannae Calabr. rec. Drachm. vj.
Dep. add. cum pauco Sacchar.
Ol. deſt. Aniſi gt. j.
D. S. vt ſupra.

VIII. Ptiſana.

(§. 64. 162. 191. 213. 269. 303. 400.)

Rec. Decoct. Hordei Libr. ij.

Oxym.

Oxym. ſimpl. Vnc. iij.
Syr. Acetoſ. Citri Vnc. iij.
M. D. S. de ea iteratis vicibus cochl. j. bibere poteſt.

Aut:

Rec. Tamarind. Vnc. ij.
Hordei mund.
Rad. Scorzoner. ana. Vnc. j.
Herb. Acetoſ. Mp. IV.
Conc. M. Coq. in Aq. fontan. Menſ. IV.
per quadrant. horae.

Rec. Colatur.
adde Rob. Ribeſ. Vnc. ij.
Nitri dep. Drach. iij.
Sol. M. D. S. vt ſupra.

IX. Decoctum Ligni ſancti.

(§. 1055.)

Rec. Raſ. Ligni ſancti ponder. virid. Vnc. x.
Sal. Tartari Drachm. Sem.
Digere cum Aq. fontan. Libr. iv. per XXIV. horas coq. per duas horas, ſub finem adde Spiritus Vini rectificatiſſ. Vnc. iv.
Colat. D. S. quatuor de die Vnc. iv. bibend.

Aut:

Rec. Raſur. Ligni ſanct. pond. Vnc. vj.
Sal. Tartari Drachm. j.
M. Coq. per horam in vaſe clauſo cum
Aq. fontan. Menſ. IV,
poſt horam adde
Rad. Polypod. Vnc. iß.
Cort. Ligni Saſſafr. Vnc. j.
Coq. adhuc per dimid. horae, Colat.
D. S. vt ſupra.

X. Gar-

X. Gargariſmata.

(§. 135.)

Rec. Rad. Althaeae.
Biſtortae ana Vnc. j.
Herb. Saluiae
Prunel. ana Mp. ij.
Fl. Sambuc.
Roſar. ana Pug. ij.
Conc. M. Coq. in ſ. q. Aq. fontan.
Rec. Colat. Libr. j.
adde Rob. Dianuc. Vnc. Sem.
Nitri dep. Drachm. iß.
Sol. D. S. Gargariſma

(§. 136.)

Rec. Rad. Althaeae Vnc. ij.
Herb. Parietar.
Mercurial. ana Mp. j.
Fl. Maluae
Papav. errat. ana Pug. iij.
Sem. Foenu graec. Vnc. j.
Conc. Cont. M. Coq. in Aq. fontan. Menſ. iij. per quadrant. horae.
Rec. Colatur. Libr. ij.
adde Syr. Capillor. Vener. Monſp.
Althaeae Fernel. ana Vnc. iß.
M. D. S. Gargariſma emolliens.

Aut:

Rec. Herb. Parietar.
Violar. ana Mp. ij.
Fl. Verbaſci Pug. iij.
Caricar. pingu. No. VIII.
Conc. M. Coq. in ſ. q. Aq. fontan. per quadrant. horae.
Rec.

Rec. Colatur. Libr. ij.
adde Mel. rosat.
Rob Diamor. ana Vnc. j.
Nitri dep. Drachm. ij.
Spirit. Sulphur. gtt. xv.
M. D. S. vt supra.

IX. Clysteres.

(§. 63. 167. 305. 659. 682. 811. 840. 1016. 1023. 1024. 1313.)

Rec. Spec. Emollient. Vnc. j.
Sem. Carui Vnc. Sem.
M. Coq. in s. q. Seri lactis vel lactis ebutyrati.
Rec. Colatur. Libr. j.
adde Mel. despum. Vnc. iß.
Ol. Lilior. alb. Vnc. Sem.
Nitri dep. Drach. iß.
M. F. Clyster. App.

(§. 505.)

Rec. Aq. Selteran. Vnc. viij.
Nitri dep. Drachm. iß.
Mel. rosat. Vnc. j.
M. F. Clyster. Appl.

Aut:

Rec. Decoct. Hordei Vnc. viij.
Nitri dep. Drachm. ij.
Aceti corn.
Syr. Rosar. pallid. ana Vnc. j.
M. F. Clyster. Appl.

(§. 659. 811. 1313.)

Rec. Sapon. Venet. Drach. vj.
Coq. in s. q. Seri lactis.
Rec. Colat. Vnc. x.
adde Mellis Vnc. Sem.
M. F. Clyster. Appl.

(§. 811.)

(§. 811.)

Rec. Rad. Althaeae Vnc. j.
Fl. Chamomill. Mp. ij.
Fol. Peti Drachm. iß.
Conc. M. Coq. in ſ. q. Aq. fontan.
Rec. Colatur. Libr. j.
adde Elect. Hierae picrae
Mel. anthoſ. ana Vnc. Sem.
Sal. com. Drachm. j.
Sol. M. F. Clyſter. Appl.

XII. Iniectio.

(§. 906.)

Rec. Cort. Ligni ſancti ſubtiliſ. pulueriſ. Vnc. iv.
Rad. Ariſtoloch. long. Drachm. ij
Herb. Agrim.
Abſinth. ana Miß.
Myrrhae Vnc. j.
Mellis Vnc. iij.
M. F. cum Vini rubri Libr. iv. Decoctum
Colat. appl. vel iniiciat.

XIII. Epithemata.

(§. 76. 723. 1115.)

Rec. Rad. Tormentil.
Biſtortae ana Vnc. Sem.
Herb. Rutae
Abſinth.
Fl. Sambuc. ana Mp. j.
Conc. M. Coq. in Vini Gallici rubri libr. iß.
Colat. D.

(§. 79. 521. 723.)

Rec. Herb. Scordii j.
Rutae
Abſinth.
Origan. ana Mp. j.

Con

Conc. M. Coq. cum Vini Rhen.
Aq. fontan. ana Libr j.
Colat. add. Aq. Prophylaꝺ. Vnc. ij.
M. D.

(§. 193. 195. 723.)

Rec. Herb. Rutae
Abſinth.
Maluae ana Mp. jv.
Alliar. Mp. j.
Farin. Sem. Lini Vnc. j.
M. Coq. in vaſe clauſo cum Acet. et Aq. fontan.
ana q. ſ.
Rec. Colat. Libr. iv.
adde Sal. Ammoniac. Vnc. Sem.
Spir. Matric. Vnc. j.
Sol. M. D.

Aut:

Rec. Aceti deſtil. Vnc. ij.
Aq. Menth. Libr. j.
Sal. Ammoniac. Drachm. ij.
Vini albi Vnc. vj.
M. Sol. D.

(§. 300.)

Rec. Herb. Rutae
Millefol.
Abſinth. ana Mp. Sem.
Malicorii Vnc. Sem.
Sem. Foenicul. Drachm. ij.
onc. Cont. M. Coq. dimid. horae cum
Vini rubri Gallici Menſ. j.
Col. D.

(§. 743.)

(§. 743.)

Rec. Lithargyr. Vnc. j.
G. Animae
Myrrhae ana Vnc. Sem.
M. Coq. cum Vini rubri Gallici Libr. ij.
Col. D.

XIV. Cataplaſmata.

(§. 91. 104. 146. 192. 202. 810)

Rec. Rad. Althaeae Vnc. ij.
Herb. Parietar.
Verbaſci
Melilot. ana Mp. j.
Farin. Sem. Lini Vnc. iij.
M. Coq. cum ſ. q. Lactis ad Conſiſt. Catapl.

Aut:

Rec. Rad. Lilior. alb. Vnc. ij.
Herb. Maluae
Melilot. ana Mp. ij.
Abſinth. Mp. j.
Pulu M. Coq. cum ſ. q. Aq. fontan. ad Conſiſt. Catapl. adde
Farin. Sem. Lini.
Foen. graec. ana Vnc. jß.
Ol. Lilior. alb. q. ſ.

(§. 92. 104.)

Rec. Mel. ad ſpiſſitud. coct. Vnc. iij.
Cepar. vſtulat. Vnc. jß.
Gum. Galban. in Acet. ſol.
Sapon. Venet. ana Vnc. j.
M. F. c. ſ. q. Ol. Verbaſc. l. a. Cataplaſma.

Au-

Aut:

Rec. Caricar. pingu. Vnc. iij.
Cepar. vſtulat. Drachm. iij.
f. Coq. cum pauca Aq. ad Conſiſt. Catapl.
adde Farinae Sem. Lini Vnc. iß.
Ol. Lini Vnc. ij.
M. F. Catapl.

(§. 135. 136. 222. 454.)

Rec. Micae Panis cand. Vnc. vj.
Pulu. Herb. Hyoſcyam.
Melilot. ana Vnc. ij.
. Coq. in ſ. q. Lact. ad Conſiſt. Catapl.
adde Croci Or. Drachm. Sem.
Ol. Lilior. alb. Vnc. ij.
Vitel. Ouor. No. iij.
M. F. Catapl.

XV. Vnguenta.

Vnguentum de Tutia.

(§. 228. 292. 300. 316. 323. 333. 334. 583. 585. 586. 771.)

Rec. Tutiae a ſordibus repurgatae Vnc. jv.
Igniatur decies et extinguatur Vino alb.
ae trita et lota conuert. in Pulu. ſubtiliſſ.

Rec. huius Pulu. Drachm. j.
Butyr. Majal. vel Axung. Capon. rec. Drachm. iij.
Gum. Ammon. Scrup. Sem.
M. F. Liniment.

 (§. 292.)

Vnguent. Ophthalm. rubr.

(§. 292.)

Rec. Butyr. Majal. Vnc. iij.
Cerae alb. virgin. Drachm. iij.
Fund. leni igne, adde
Mercur. praecip. rubr. bene triti Drachm.
M. exacte D.

Vnguent. digest.

(§. 202. 384. 386. 389. 952.)

Rec. Terebinth. Venet. lot. Vnc. ij.
Vitell. Oui No. j.
Croci Or. Scrup. ß.
M. exacte add.
Ol. Hyperic. q. s.

Aut:

Rec. Terebinth. Venet. Vnc. j.
Vitel. Oui No. j
exacte M. adde
Mel. Rosat. Vnc. Sem.
M. adde denuo
Aloës
Myrrh. subtiliss. puluerisat. ana Drachm.
Sapon. Venet. subt. rasi Drachm. j.
M.

Vnguent. neruin.

(§. 445. 1116.)

Rec. Vnguent. Neruin. off. Vnc. j.
Balsam. Peruuian. Drachm. ij.
Ol. dest. Caryophyl.

Lau.

Lauendul.
Macis ana Drachm. Sem.
M. D.

Balſ. Arcaei.

(§. 147. 387. 396. 522. 704.)

Rec. Terebinth. Venet.
G. Elemi ana Vnc. Sem.
Pingued. caſtrat. Vnc. ij.
Porcin. antiq. Vnc. j.
Liquefiant ad ignem F. Liniment.

XVI. Emplaſtra.

Empl. defenſ. vir. Würtzii.

(§. 76. 168. 1115. 1232.)

Rec. Cerae citrin.
Reſin. ana Vnc. viij.
Seui hircin.
Terebinth. ana Vnc. vj.
Pulu. Herb. Alchimill. Vnc. iv.
M. F. l. a. Empl.

(§. 267.)

Rec. G. Galban.
Opoponac.
Ammoniac. ana Vnc. j.
Myrrhae Vnc. Sem.

Camphorae Drachm. j.
Ol. Lilior. alb.
Axung. Anat. ana Drachm. vj.
Cerae q. ſ.
M. F. l. a. Emplaſt.

Empl. de Minio Harris.

(§. 274.)

Rec. Ol. Oliuar. Libr. j.
Chamaem. Vnc. ij.
Vngu. Popul. Vnc. vj.
poſt debitam illorum agitationem cum ſpatula ſupr ignem, adde
Minii Libr. Sem. et denique diſſolue
Cerae alb. in fruſtula confractae Vnc. i
Continuetur agitatio, donec reducatur in Maſſa Emplaſtri.

Emplaſt. Diaphor. Mynſ.

(§. 115. 125. 132. 136. 168. 267. 723. 724. 855. 1217.)

Rec. Cerae flau. Vnc. ix.
Colophon.
G. Bdell. ana Vnc. iv.
Ammon. cum Aceto dep. Vnc. ij.
Maſtich. el.
Olibani ana Vnc. Sem.
Sandarac. Vnc. j.
Succin. flau. Vnc. iij.
Terebinth. Venet. Vnc. ij.
Cerae cum Coloph. liquatae et ab igne ſepoſ. ac pau lulum refriger. Tereb. G. Ammon. colliq. et tanden reliqua pulueriſ. admiſc.

Emplaſ

Emplaſt. Saponat. Barb.

(§. 146. 723. 855.)

Rec. Ol. Oliuar. Vnc. xx.
Sapon. Venet. Vnc. iij.
Minii.
Ceruſſ. ana Libr. Sem.
M. F. l. a. Emplaſt.

XVII. Collyria.

(§. 291.)

Rec. Aq. Foenicul.
Roſar. ſ. Sal. ana Vnc. ij.
Tutiae praepar. Scrup. j.
Vitriol. calcin gr. viij.
M.

(§. 300.)

Rec. Aq. Roſar.
Plantag. ana Vnc. ij.
Vulnerar. non ſpirituoſ. Drachm. vj.
Tutiae praepar. Scrup. Sem.
M.

(§. 300. 305. 306.)

R. Aq. Foenicul. Vnc. iv.
Lap. Diuini gr. iij.
Croci Metall. gr. v.
Sol. M.

XVIII. Lapis diuinus.

(§. 300. 305. 306. 910. 916.)

Rec. Nitri
Vitrioli
Alumin. ana Libr. Sem.
M. Fluant in Crucibulo, ſub finem adde
Camphorae Drachm. j.
Eff. ſeru. Vſ.

XIX. Liquor Belloſtii.

(§. 201. 214. 1060.)

Rec. Mercur. curr. Vnc. j.
Aq. fortis Vnc. ij.
Sol. in loco calido, deinde adde
Aq. fontan. vel diſtil. Libr. vj.
M.

XX. Aqua Phagedaenica.

(§. 274. 737. 782. 910. 913. 950.)

Rec. Calc. viuae Libr. Sem.
Aq. fontan. feruid. Menſ. ij.
M. agitat. effund. per Inclinat.
Rec. huius Aq. Calc. Libr. j.
Merc. ſublimat. Scrup. Sem. vel gr. xv.
M. l. a.

ADDEN

ADDENDA.

Quanquam fortaſſe, quae lectoribus rerum chirurgicarum gnaris in hoc libro omiſſa eſſe videantur, tam multa ſint, vt breui ſpicilegio colligi, et paucis chartis deſcribi non prorſus poſſint, nolui tamen committere, vt ſollertia mea in iis quoque deſideraretur, quae vel cognita mihi ac perſpecta addi poterant, niſi feſtinante calamo et vrgentibus operis, ſubinde temeraſſem, vel ſero demum, attamen ſic ſatis tempeſtiue, in notitiam meam venerunt, vt abſoluto operi ſubiungi poſſent. Sunt autem fere haec pauca:

§. 607. Commendanda erat PETITI obſeruatio, qua medicos (vid. *Monum. Acad. R. Scient. Pariſ.*) docuit, infantes teneriores poſſe linguam ſuam ita replicare et quaſi vorare, vt, reſpiratione primo multum impedita, deinde prorſus cohibita, ſuffocati moriantur. Eius periculi notae ſunt, ſi, nulla alia cauſſa data, puer infans difficulter et multo cum labore ſpiritum ducit, facies eius tumet turgetque ac rubet. Cognitae cauſſae remedium in promtu eſt. Linguam ad ſuperiora et poſteriora reflexam ſi chirurgus digito in os dato ad anteriora et inferiora oris retrahit, priſtina libertas reſpirationis protinus infanti redditur.

§. 821. not. lin. 4. pro *iliis* lege *ilibus*.

§. 831. Pro *lineamque albam verſus* legendum *iliaque verſus*.

§. 872. Singularem acum triquetram deſcripſit JOHN ANDREE in *Account of an Elaſtic Trochar for Tapping the Hydrocele* etc. *London* 1781.

Ad cap. de Vlceribus §. 914. mentio facienda erat diſſertationis, quam de vtilitate caloris actualis, in per-

ſanandis vlceribus, conſpicua conſcripſit FAVRE. Legitur autem in Vol. V. *Monument. Acad. R. Chir. Paris*

De commodis a ſpongia marina in vlcerum vetustorum curatione ſperandis ſcripſit G. I. VAN WY in *Handelingen ven het geneeskundig Genootſchap, onder* D ZINSPRECK: *Seruandis ciuibus. Deel I.* Ex belgico ſermone in linguam Germaniae ſuperioris translata et legas in *Auserleſenen Abhandlungen für praktiſche Aerzte et Siebenden Bande.*

§. 1142. Excitandus erat CHRIST. GOTTL. LVDWIGVS, quondam noſter, qui in Volum. II. *Aduerſar. med. pract.* de cauſſis ſcolioſeos optime ſcripſit. Poſt eum CORNELIVS HENRIC. A ROY edidit *Commentationem anatomico-chirurgicam de ſcolioſi Lugd. Batau.* 1774. quam legiſſe iuuabit.

§. 1145. Obſeruationes recentiores illae, quas PERCIVAL POTT cum chirurgis communicauit, inprimis ad locum hunc pertinent. Leguntur autem in *Remarks on that Kind of Palſy of the lower Limbs, which is frequently found to accompany a curvature of the ſpine, and is ſuppoſed, to be cauſed by it* etc. London 1779. itemque in *Farther Remarks on the uſeleſs ſtate of the lower Limbs in conſequence of a curvature of the Spine, being a Supplement to a former Treatiſe on that ſubject*, by PERCIVAL POTT, London 1782. Docet autem vir peritiſſimus imbecillitatem extremitatum inferiorum illam, qua multi gibberoſorum hominum laborant, et quae in iis a paralytica affectione propior eſt, non a curuatura ſpinae, verum gibberoſitatem ſpinae et imbecillitatem crurum a cauſſa communi quadam, effici, eamque fere in aliquo vitio humorum et metaſtaſi ad vertebras et ligamenta conuerſorum cerni. Et cum ex medico docto, cui CAMERON nomen eſt, intellexiſſet, vlcere in loco curuaturae arte facto,

cto, sanatam esse eius generis paralysin, idem genus curandi in non paucis gibberosis affectione crurum paralytica laborantibus, adhibuit, et saltem crura confirmata, saepe quoque gibber sublatum magna cum animi voluptate vidit. Seu setaceis seu fonticulis vsus fuerit, idem effectum est. Solet tamen fonticulos excitare, in vtroque quidem gibberis latere vnum. Haec quidem POTT. Ego vero crurum imbecillitatem in gibberosis semper non tam a gibbere, quam a caussa quadam gibberis et affectionis illius paralyticae communi effici, vix crediderim. Quotquot enim gibbere spinae affecti sunt, habent illi omnes femora et crura parum bene nutrita. Non tamen omnes gibberosi a caussa interna difformitatem spinae suae contraxerunt.

§. 1175. Hoc ipso temporis momento, quo addenda haec conscribebam, in manus incidit nouissimo anno edita, ANDREAE BONN *Commentatio de Humero luxato, Lugd. Batau.* 1782. In qua humeri articulus et vicinae partes accurate describuntur, Auctorum sententiae de luxatione humeri exponuntur, obseruationes humeri luxati anatomicae leguntur, experimenta anatomica in cadaueribus instituta adducuntur, denique diagnosis, prognosis et curatio ita proponuntur, vt nihil praeterea desideres, sed Auctori de diligenti tractatione sumtae sibi materiae gratias agas habeasque; legisse certe non poenitebit. Per temporis rationem mihi non licuit esse prolixiori.

§. 1445. ad not. † de pessis. De his legatur quoque IOH. THEBESII *Hebammenkunst. Liegnitz* 1759. in 8vo. Nam Tabula decima et in ea figura decima sexta exhibet iconem fasciae eius, quam FRIEDIVS, celeberrimus quondam apud Argentoratenses obstetriciae artis Doctor, ad retinenda pessaria, nemini non cognita illa, vtilem iudicauit et commendauit. Videatur

etiam *Essay sur l' abus de regles generales*, qui s' opposent aux progrès de l' Art des accouchemens par Mr. LEVRET, à Paris 1766. pag. 164. De vsu spongiae marinae vulgaribus pessis substituendae et humore adstringente quodam imbuendae, praeter volumen XIX Societatis Harlemensis in nota §. 1445 adductum, videas, si lubet IOH. LEACKE anglice scriptum librum de curatione morborum diuturnorum sexus sequioris, quem in vernaculam suam versum legere Germani possunt. Inscriptus est: JOHN LEACE *Anleitung zur Heilung der Krankheiten des weiblichen Geschlechts. Leipzig* 1779. *pag.* 95.

FIGVRA-

FIGVRARVM EXPLICATIO

Tab. I.

Fig I. Turundarum genus, quod Galli *les Meches* appellant, et quo in curationibus fiſtularum, quae ad anum ſunt, potiſſimum vtuntur. §. 20. 1009.

Fig. II. Pilae, ſeu glomi minores, Gallis *Pelottes*. In herniarum curationibus imponuntur vulneri. §. 21. 839.

Fig. III. Glomus maior, Gallis le *Gateau*, imponitur, poſtquam membrum praeciſum fuit. §. 21. 239.

Fig. IV. Minores glomi, quibus, ſi caluaria modiolo exciſa fuit, foramina implentur. §. 21. 563. 2. 571.

Fig. V. Linteolum caeſitium, cuius ora in fila reſoluta eſt, quod, loco turundae, in pectoris vulnera demittitur. §. 22. 639.

Fig. IX. Minora inſtrumenta, ex argento, quae cuſpides acutas ex chalybe habent. Ea WOOLHOVSIVS ſcarificatoria vocabat, quae extenuandis leucomatis, aliiſque cicatricibus corneae, adhiberi poſſunt. §. 319. 320.

Tab. II.

Fig. X. Machina SENFFII pro comprimendo Aneuryſmate. §. 432.

a) Cochlea, qua mediante pila

b) apprimitur tumori.

cc) ferrei vnci, quibus lora,

dd) quae brachium comprehendunt, innectuntur.

Tab. III.

Fig. VI. N. 1. et 2. Lanceola, cuius cuſpis incurua eſt. Apta eſt aperiendis in oculo puſtulis ardentibus. §. 228. et 310.

Fig.

Tab. IV.

Tab. V.

Tab. VI.

INDEX

Numerus §. indicat, * vero notas.

F. *Facies*

F.

G.

H.


I


L.


M.

N.


Vlcus



TAB. I.
Fig. II.
Fig. IX.
Fig. III.
Fig. I.
b
a
Fig. IV.
c
Fig. V.



TAB II.
Fig. X.
c
c
b
Fig. X.
d
d


Fig. VII.
TAB. III.
Fig. VII.
Fig. XI.
no. 1.
no. 2.
Fig. VI.
no. 2.
no. 1.


TAB. IV.









TAB. V.














TAB. VI.
Fig. XVIII.


Fig. XIII.

